TITVLORVM
OMNIVM IVRIS TAM CIVILIS, QVAM CANONICI EXPOSITIONES:

Sebaſtiano Brant, I. V. doctore celeberrimo authore.

HIS ACCESSIT,

Modus ſtudendi in utroque iure, per Ioannem Baptiſtam Caccialupum.

Omnia ad uetuſtorum exemplarium fidem nunc demum diligentisſime repurgata.



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

1547

IN TITVLORVM IVRIS INTERPRETA*tionem, ad Doctorem Andream Helmut, Sebastiani Brant Praefatio.*

FORET admiratione dignum, ornatissime uir, totiusq; eloquentiæ & facundiæ columen, ac longè princeps, cur ego adolescens nullius peritiæ, aut artis bonæ gnarus, hāc mihi usurpem prouinciam, ut ausim non modo de iuris principiis, sed & maxime ad te uirum omnium acutissimum scribere, cuius domi iura nascuntur, Noctuas profecto Athenas fero. Et, ut apertius loquar, balbutiens ego, iudicari potius abs te, quam uideri uolui. Quamobrem cum te nouissem uirum humanum, ac perdoctum, mihiq; fauentissimū: sumpsi animum, liberiusq; meas ad te lusi pueriles ineptias. Cū enim nuper inter auditorum gregem, uelut alter Tityrus (ut soleo) hoc est, mercenarius, legum Titulos, seu mauis Rubricas, totius iuris & legitimæ scientiæ primordia & elementa, interpretarer: factum est, ut me inconsulto ex mea lectione (ceu Tages ex glebula) opus insperatum, & forte suo non indignum auctore, prorupit. Quod cū ego planius elimare, seu forte superflua, aut perperam posita interlinire properarem, Impressorum importunitas (quibus nihil satis festinatur) meam interuertit diligentiam. Quid multa? continere non potui equum Lydum ad currendum accinctī: acta res est ut uti uides. Tibi tamen uiro celeberrimo, quem haud ab re Aulum Cassellium, uel Messalam, aut, si pateris, Q. Scæuolam appellauero: tibi inquā, hoc opus, quantulūcunq; sit, dedicare statui: ut & tibi curæ, & limæ labor incumberet: teq; participem latratus (quem uobis minimè defuturum scio) efficerem. Latret igitur

criticus quisquis uolet,modo nunquam latrare desinat:nostra enim ad euentum festinat,& in medium res. Tibi nominatim hoc opusculum dicatum emittere placuit. In qua interpretatione multis quidem omnia,& pluribus cognita:grata tamen & utilia iuuenibus reperies:nonnulla tamen quæ uel altius repetēda,uel copiosius differenda fuerūt,strictim enarrauimus:ne magnitudo principii plus quam par est excresceret. Et ne epistolæ modum excedam, iam finem loquendi facturus,paululum quippiam de legalium titulorū laudibus annectam,quæ quidē sunt prima cunabula,& ciuilis prudentiæ præexercitamenta,a sacratissimis legumlatoribus deriuata, ac imperiali splendore illuminata. Ea est nobilis illa rerum domina,per quam reguntur omnia, & sine qua factum est nihil,in auten.ut om.obe.iudi.prouin.in princ.coll.v. Ipsa est quæ neminem in paupertate uiuere sinit,neq; in anxietate mori.in autē. de here.& fal.in fi.coll.i.& ex qua caute agens nihil poterit damnificari.ut ibi.Ipsa est sanctissima ciuilis sapientia,quæ pretio nūmario nō est æstimanda.l.i.ff.de uar.& extraord.cog.Et est firmissima quo ad mundum:Insti. de re.diui.§.sanctæ.& sine ea orbis diu persistere non posset .in aut.habita C.ne fi.pro pa.per quam non minus prouidetur humano generi,quam si patria armis defenderetur.l.aduocati.C.de aduo.diuer.iudi.Ipsa est quæ nobilitat addiscentes.l.prouidendum.C.de postu.exhibet magistratus,in procœ.Insti.circa fi.& honores conduplicat.c.uenerabilis. de præb. & .c.de multa. Etut uera per omnia fatear suos professores per orbem terrarum facit gloriose principari,eosq; immortali gloria post exutum hominem in cælestibus afficit Atque ut uno omnia concludamus uerbo,Satius, ah satius precastor foret,omnino reticere,quam parum de eius laudibus loqui:ut Seruius noster Honoratus de Carthagine inquit,Tu tamen uir Iureconsultissime,qui totius patriæ nostræ oraculum existis, si quid minus quam oporteat , amplius ne quam deceat dixerimus : tua præsentia,& repetita lectione illustrabis.

Viue,uale,& superes longæui Nestoris annos,
Eloquii princeps Scæuola docte uale.

EXPOSITIONES TIT. VTRIVSQVE IVRIS PER SEBASTIANVM BRANT.

CVM difficile, immo impossibile sit, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio .i. q. i. principatus. Et uniuscuiusque rei potissima pars sit principium. l. i. ff. de ori. iu. Magnum igitur Deum, & Saluatorem nostrum Iesum Christum, & eius auxilium inuocantes, in auten. de ar. in princi. oportet iuri operam daturos prius erudire animam quàm corpus in proœ. ff. §. il lud. Et istud sibi ponere principium, sine quo totum corruet ædificium. i. q. i. cum Paulus, Ac dicere cum Marone Virgi. ab Ioue principium. glo. in. c. sedes. de rescrip. Aliàs enim præposterus diceretur ordo: deficiente humano subsidio, conuocare ad auxilium diuinum de con. dist i. Christianus. in fi. Quia igitur ardua prima uia est, ut dicit glo. in l. ij ff de uerb sig. ideo à facilioribus & leuioribus studium quoque, præcipue tamen iuris inchoandum est. Ne in desperationem, quæ plerunq; iuuenes auertit, iuris studiosos inducat, insti. de iust. & iur. §. his ergo.

LEGVM itaque imperialium facturus interpretationem, ab explanatione Titulorum exordiri statui, & id quidem quam breuissime: post ubi paululum quippiam de libris legum, ac eorum cognitione & differentia in medium afferemus.

LIBRI legum principaliter tres reperiuntur. Digestorum, siue pandectarum primus appellatus, eo quia digerit omnes disputationes legum, & in se quasi in suo aluo côtinet. C. de ue. iur. enu. l. ij. §. cum omnia. Pandectæ dicuntur à pan, quod est totum, & dectem doctrinæ: qui à totius iuris doctrinam continent ut dicit glos. in proœ. insti. §. igitur. uel potius a $\pi\alpha\nu$, quod omne significat, & $\delta\acute{\epsilon}\chi o\mu\alpha\iota$, id est, capio: dicuntur enim libri aliquid uniuersaliter comprehendentes: hinc Pandectæ legum, theologiæ, uel medicinæ denominantur. Et continet hic liber Digestorum tres partes principales: quæ deinceps in quinquaginta particulares distributæ sunt libros: qui comprehenduntur in Digesto Veteri, infortiato, & Nouo. Vetus Digestum tractat pricipaliter de his, quæ uetustiori iure, puta à iure naturali originem sumpserunt, quemadmodum sunt quasi omnes contractus & placitãdi usus, qui sunt à iure naturali,

Pande ctæ.

Dige. Vetus.

saltem secundario, hoc est, iure gentium introducti. Insti. de iure nat. §. Ius autem gentium. propter istam puritatem & simplicitatem ueteris iuris quale in Digesto ueteri continetur, liber iste Veteris. ff. solet alba pelle, puroq; cooperto tegi.

Infortiatū. Secunda pars Digestorum est Digestum Infortiati, appellata eo uocabulo propter fortes leges circa hæreditates disponentes, ut dicit glos. in rubro Infortiati: uel est uocabulum magistrale, de quo disputare curiosum est, ut ibi dicit glos. Et propterea solet nigra pelle uestiri: quia de causis hæreditariis, & bonis defunctorum tractat: quo euentu lugubris uestis, hoc est nigra, eligi debet. ff. de his qui no. infa. l. genero. iuncta glo. f. fi. & in l. decreto. C. eodem.

Nouū Tertia pars. ff. appellaẽ Digestum Nouum: eo quia post uetus ius duodecim tab. noua contineat Prætorum edicta, tractans de criminibus, & delictis, & eorum pœnis: & ideo rubea & sanguinolenta ueste induit.

Codex. SECVNDVS liber legum est Codex, qui quodammodo eosdem continet titulos, qui & in libris. ff. continentur: nisi q modicos habet superadditos, & de nouo inuentos. Et ē iste liber nouior, & recẽtior q̄ leges. ff. ut dicit tex. in. l. ij. C. de ue. iu. en. & ideo florida & uiridi ueste induitur.

Volumen. Tertius liber legum est Volumen, continens in se primo institutiones imperiales. Secundo tres libros ultimos Codicis: hoc est, decimum, undecimum, & duodecimum: qui ideo nō fuerunt repositi ad alios nouem libros Codicis, tractantes de iure priuato: quia hi tres continent ius publicum, & tractant de iure fisci, nec unquam leguntur in scholis: ut dicit glo. Insti. de iust. & iur. §. fi. Tertio continet Volumen nouem collationes Autenticorum. Quarto Consuetudines Feudorum, quæ collatio decima appellatur. Adduntur & hodie quæ iā Extrauagantes quæ Collatio. xi. solet appellari: & ab ista congerie & conuolutione uariorum librorum, hic liber Volumen appellatus est. Et quia partim Codicis & nouarum constitutionum, & partim etiam quasdam pœnales & fiscales sanctiones continet, & in nonnullis locis pœnam transgressoribus irrogat idcirco bipartita ueste, uiridi puta & rubea coloratus incedit. Coll. Autē.

RVBRICAE DIGESTI VETERIS. LIBER I.

De Iustitia & iure.

IMPERATOR Iustinianus expositurus iura populi Romani, præmittit de Iustitia, à qua ueluti matre, & quasi fonte quodā, omnia iura emanant. Quod enim iustitia uult, id ius prosequitur. Videādum ergo quid sit Iustitia, quid Ius: unde dicatur, & quot sint eius positiones. Iustitia. Iustitia est constans & perpetua uolūtas, ius suum unicuiq; tribuens. A iustitia Ius appellatur, sicut filia à matre. Est autem Ius, ars Iuris diuisio.

boni & æqui, cuius merito quis nos Sacerdotes appellat, id est, sacra iura ministrantes. Est duplex ius, Publicum & Priuatum. Publicum spectat ad statum Reip. principaliter: Priuatum ad singulorum utilitatem. Priuatum ius triplex est: Naturale, quod natura omnia animalia docuit: Gentium, quod apud omnes gētes æqualiter obseruatur: Ciuile, quod unaquæque ciuitas sibi constituit. Ius ciuile duplex est: Scriptum, quod consistit in sex partibus, Lege, Plebiscito, Senatusconsulto, Princip͞u placito, prætorum edicto, & in Prudentum respōso. Non scriptum ius est, quod usus approbauit.

De origine Iuris ciuilis, omnium magistratuum, & successione prudentum.

Origo omnis iuris in ciuitate Romana ex lege.x i i.tab. sumpsit exordiū. Initio enim ciuitatis Romanæ, populus sine certa lege, manu solius regis gubernabatur. Aucta postmodum ciuitate, Romana, Romulus populū in triginta partēs diuisit: quas partes Curias appellauit: quia tunc Reip. curam gerebant: per quas ipse leges quasdam Curiatas ad populum tulit. Tulerunt & sequentes reges: quas omnes Sextus Papyrius uno libro conscripsit: & ab eo appellatum Ius Papyrianum: Deinde expulsis regibus propter uiolatam Lucretiam, omnes leges exoleuerunt, in desuetudinemq; abierunt: & populus Romanus cœpit quasi uiginti annis magis consuetudine, q̃ lege uti. Postea ne id diutius fieret, constituti sunt publica auctoritate decem uiri, per quos peterentur leges a Græcis ciuitatibus Atheniēsium & Lacedæmoniorum,

Curiæ.

Ius Papyrianum.

lex.xij tab.

ut dicit tex. Insti. de iur. natur. §. & non ineleganter. quorum nomina ponuntur. vij. distin. c. ij. Has leges in tabulis æneis scriptas pro rostris posuerunt: datumq; est eisdem decem uiris uno anno ius prædictas leges corrigere, & si opus esset interpretari: qui animaduertentes aliquid deesse primis legibus, alias duas eisdem tabulas adiecerunt: & ita ex accidenti appellatæ sunt Leges.x i i.tabul. His legibus cœpit interpretatio prudentum desiderari: quæ disputatio prudentum communi nomine appellatur ius ciuile. Ex his legibus eodem tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarēt: quæ pars iuris Legis actiones id est, legitimæ actiones appellat. Et ideo eodem tempore hæc tria iura nata sunt: Leges.x i i.tab. Ex his fluere cœpit Ius ciuile: ex iisdem legibus Actiones compositæ sunt Augescente ciuitate euenit ut pleps in discordiā cum patribus ueniret, & secederet in montem Auentinum, sibiq; iura constitueret, quæ Plebiscita uocātur, & postea pro lege assumpta: ut inter Plebiscita, & Legem species constituendi interesset. potestas autē esset eadem. Deinde ob difficilem cōgregationem populi & plebis cura Reip. ad Senatum deducta est, qui se cœpit interponere: idq; ius appellabatur Senatusconsultum. eodem tēpore magistratus uel Prætores iura reddebant proponentes edicta, ut quisque sciat de qua re dicturi essent, seq; premuniret: quæ Edicta Prætoris uel Ius honorarium appellantur: quia ab honore Prætoris uenerat. Nouissime euenit, ut necesse esset Reip. per unum consuli. Igitur constituto principe, data

Prudētum respōsa.

Plebiscita.

Senatuscōsulta.

Prætorū edicta

Principis placitū.

est ei potestas, ut quod constituisset, ratum esset: quae Principalis constitutio, uel Principis placitum appellat.

De legibus & senatusconsultis, & longa consuetudine.

Lex. Lex est quod populus Romanus senatorio magistratu, ueluti consule constituebat. Vel, Lex est, cui omnes homines decet obedire. Legis uirtus haec est, Imperare, uetare permittere, punire. Senatusconsultum est, quod senatus iubet, atque constituit. Nō enī ambigitur, Senatū ius facere posse: hinc Velleianū, Macedonianum, & alia multa. Consuetudo est ius nō scriptū, quod pro lege seruatur, cū deficit lex. i. distin. consuetudo. Nam diuturni mores consensu utentium approbati legē imitantur. Insti. de iure natur. §. ex non scripto. Et est cōsuetudo optima legum interpres. l. si de interpretatione. infra eod.

Sena/tuscō/sultū. Cōsue/tudo.

De constitutionibus principum.

Cōsti/tutio/nes. Quod principi placet, legis habet uigorem: quicquid enim Imperator per epistolā statuit, uel cognoscens decreuit, uel de plano interlocutus est, uel edicto praecepit: legē esse constat. Istae leges appellant Cōstitutiones. Et quaedā sunt generales, quae sine dubio oēs ligant. Quaedā personales, quae nec ad exemplum trahuntur: quia quod princeps alicui ob merita indulsit, uel poenam irrogauit, uel alicui sine exemplo subuenit, personam nō egreditur: & illud appellatur Priuilegiū, quasi priuata lex.

De statu hominum.

Status hominū dicitur conditio uel qualitas personarū, qua quis plurimum potest. Et appellatur hic titulus in Institu. de iure personarū. Oēs ergo homines, uel personae, aut sunt liberi, uel serui. Liber dicitur, qui ex naturali facultate facere potest quicquid libet: nisi quod ui aut iure prohibetur. ȷ. l. iiij. Seruus autē dicitur, qui ex constitutione iurisgentium alieno domino cōtra naturā, id est, cōtra ius naturale, subiicitur. Appellatus seruus, eo ꝙ Imperatores captiuos in bello seruari iubebant, ne occiderentur. Qui etiam Mancipia dicti sunt, quia manu capiuntur. Oīs Seruus aut nascitur, ut ex ancillis nostris: aut fit, & hoc dupliciter: uel iure gentium per captiuitatem, ut ş. ut uel iure ciuili, quando liber homo maior uiginti annis, ad pretium participādū se uenūdari passus ē, ignorāti cōditionē suā. Liberi hoīes in duplici spē reperiunt. Aut. n. sunt Ingenui qui ex mre libera nati sunt: Aut Libertini, qui ex seruitute manumissi sunt.

Liber. Ser/uus. Māci/pia. Inge/nui. Liber/tini.

De his qui sunt sui uel alieni iuris.

Cognitis personis quae alieno iuri subiectae sunt: similiter etiam intelligemus quae sui iuris sunt. Est autem duplex potestas, seu ius personarum: Dominica uidelicet, quae sub se habet seruos: quicquid enim seruus acquirit, id domino acquiritur. Est & potestas patria: Liberi enim nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus, in potestate nostra sunt. Sed ex ciuibus Romanis id est, liberis hominibus, quidā sunt Patresfamil. quidā Filiifam. quaedā Matresfa. quaedam Filiaefa. Patresfa. sunt qui suae potestatis sunt: siue sint puberes siue impuberes Simili modo Matresfa. Filii aūt. & Filiaefa. dicunt, qui sub aliena, id ē, patria ptāte sunt.

Pote/stas du/plex. Patres fami. Filiifa.

De adoptionibus & emancipationibus.

Adoptio est actus legitimus, per quem quis fit filius, qui alias non est inde appellata Adoptio, quia optionis filius quis efficitur. Est autẽ Adoptio duplex: habet enim se ut genus, & species: cum diuidatur in Arrogationem, & Adoptionẽ simplicem. Arrogatio fit auctoritate principis: quando ille qui sui iuris, est arrogatur: quo casu qui adoptat interrogatur, an uelit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Et is qui adoptatur interrogatur, an id fieri patiatur: inde & Arrogatio dicta: quo casu transit adoptatus cum oĩbus bonis & liberis in potestatem adoptatoris. Adoptio simplex fit imperio magistratus, id est cuiuslibet iudicis de eo qui in potestate parentis est, & manet in eiusdem potestate, adoptione etiam facta Vnde solet dici: Arrogo q suus est, & habet meus eẽ necesse. Pr̃es adopto suũ, nec patris desinit esse. Emãcipatio dicit̃, cum filius a patre suo quasi manumittitur, ut exeat de patria potestate. Fit autem multis modis ut ius patriæ potestatis soluatur. Aut enim per mortem patris naturalem, uel ciuilem: Aut per adeptionem alicuius magnæ dignitatis: quales enumerãtur in auten. constit. quæ de dig. col. vi & aliis modis no. Instit. quib. mo ius pa. po. sol.

Ado/ptio du/plex. Arro/gatio.

Emã/cipa/tio.

De rerum diuisione & qualitate.

Res diuini et huma ni iuris.

Omnium rerum duo sunt genera, quædam sunt Diuini iuris, ueluti res sacræ, religiosæ, & sanctæ. Aliæ humani iuris, ueluti res profanæ. Quod diuini iuris est, id nullius in bonis est. Dicuntur autẽ res sacræ, quæ publice consecratæ sunt, uel rite per pontifices dedicatæ, siue in agro, siue in ciuitate sint: Et differunt Sacer & Sacrarium: quia Sacer locus est, qui consecratus est: Sacrarium autem locus in quo sacra reponunt. Religiosum locum unusquisq; sua uoluntate facit, dum mortuum infert in locum suum, id est. in fundũ proprium. Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sanctum dictum a sagminibus Sunt enim Sagmina quædam herbæ quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos uiolaret. Sicut legati Græcorum ferunt ea, quæ uocantur Cerynthea. Et proprie dicimus Sancta, quæ nec profana sunt, sed sanctione quadam ꝯfirmata: ut leges sanctæ sũt, & muri & portæ ciuitatum: quia pœnales sanctiones constitutæ sunt in eos, qui aliquid moliuntur in portis uel muris, & ideo siquis uiolauerit muros, capite puniatur. Sicut qui transcendunt scalis admotis, uel alia qualibet ratione. Hinc Lucanus in .i. Fraterno primi maduerũt sanguine muri. Hæ res q̃ humani iuris sunt, aut sunt publicæ, aut priuatæ. Quæ publicæ sunt nullius in bonis esse creduntur: ipsius enĩ vniuersitatis sunt: Priuatæ autẽ sunt, q̃ singulorũ sunt. Præterea q̃dã res sunt corporales, q̃ scilicet sui natura tãgi possunt. ueluti fundus, homo &c. Incorporales sunt, quæ tangi nõ possunt: qlia sunt ea q̃ i iure cõsistũt: sicut hæreditas, obligatio, contractus usus fructus, seruitutes: & his similia. Quædã iu. nat. cõis sunt: & ista ꝯceduat occupãti: sicut ẽ aer,

Rerũ humani iuris diuiſio.

aqua profluens, & mare, & litora maris, & oīa quae in his reperiuntur. Alia autem flumina pene omnia, & portus, & ripae publica sunt, id est, ad usum totius populi cōcessa: nam proprietas nulli acquiritur. Quaedam res sunt uniuersitatis, non singulorum: ueluti quae in ciuitatibus sunt: ut theatra, stadia, & si qua alia sunt communia ciuitatum.

De Senatoribus.

Senator est uir consularis dictus à senio, uel senectute: solis enim senibus cura Reip. demandabatur. l. sem/per. ꝗ. de iur. imu. & l. ad rēpublicam. de mune. & hono. hi etiā Patres conscripti dicebantur, quia eorum nomina scripta erant in diadematibus capitum eorū, ut dicit glos. Insti. quib. mod. ius pa. po. sol. §. filiusfam. Et erant centum numero Senatores Romae ut colligitur ex. l. fin. in prin. C. de petit. haered. & inde eorum iudicium Cētumuirale appellatum fuit, ut ibi. Martialis, Hunc miratur adhuc centum grauis hasta uirorum. Et in alio loco de filio reguli: Iam clamor centumq; uiri. Hi & Senatusconsulta faciebant, ut supra diximus.

Patris conscripti.

Cētūuirale iudiciū.

De officio Consulis.

Officium Consulis est, ut ex senatusconsulto consilij causam examinet. Ortum habuit creatio cōsulum ex eo: cum enim expulsi essent reges, Romae ꝯstituti sunt duo, penes quos summum ius esset: qui ab eo, quòd plurimum Reip. consulerent, Consules appellati sunt. Ne tamen per omnia regiam sibi potestatem uendicarent: lata lege factū est, ut ab eis prouocatio esset: ne ue possent in caput ciuis Romani animaduertere, nisi iussu populi. Solum relictum est eis ut coercere possent, & in uincula publica duci iubere. Inde erat ꝙ duodecim lictores cum fascibus, id est, uirgis & laqueis consulem praecederent à quibus iuxta mandatum Consulis malefactores, seu rebelles ligarentur: unde etiam Lictores dicti: & sanguine. s uirgis si opus foret caederentur.

Consulū creatio.

Lictores.

De officio Praefecti Praetorio.

Praefecti praetorio officium ex eo sumpsit originem, ut essent aequales magistris equitum. Nam cum apud ueteres Dictatoribus summa potestas committeretur, elegerunt sibi Dictatores militiae gratia magistros equitum, qui secundam post eos potestatem gererent. Cum autem regimentū Reip. ad Imperatores translatum esset electi sunt a principibus Praefecti praetorio, ad similitudinem Magistrorum equitum: & quia praeficiebātur praetorio imperiali, ubi causas examinabant, ideo Praefecti praetorio appellati sunt. Et data est eis plenior licentia ad disciplinae publicae emendationem: & intantum aucta est eorum auctoritas, ut appellari à Praefectis praetorio nō possit. Habent & aliud priuilegium, quia minores aetate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis Praefectis praetorio resti tui non possunt: & iste est illustris.

Dictator. magister equitū.

Praefecti praeto.

De officio Praefecti Vrbis.

Praefectus urbis est, cui a domino Imperatore commissa est urbis administratio. ꝗ. l. i. §. cum urbem. Et est eius potestas maxima in ciuilibus & criminalibus causis. Nam in ciuilibus contingentibus in ipsa urbe, uel extra, intra centesimum millia re contentiosam iurisdictionem sibi

uendicauit. in criminalibus punit capite, etiam inconsulto principe: ut. j. de leg. iij. l. i. §. hi. Et est Præfectus maior omnibus magistratibus in urbe: ut. j. l. iiij. Et habet duplex Priuilegiū: quia liberat à patria potestate, & à curiali conditione, ut in auten. constituti. quæ de dign. col. vi. & C. de decu. l. ulti.

De Officio Quæstoris.

Apud ueteres crebrior fuit opinio, Tullum Hostilium tertium Romanorum regem, primum in Rempu. Quæstores introduxisse. Et a genere quærendi Quæstores dictos. Nam cum ærarium siue fiscus populi auctus esse cœpisset, ut essent qui illi præessent, constituti sunt. Quæstores, qui pecuniæ præessent: dicti ab eo, quod inquirendæ & conseruandæ pecuniæ causa creati essent. Constituti etiam erant a populo Quæstores qui capitalibus rebus præessent, & sentētijs legēdis, quorum meminit lex. xij. tab. Talis erat Minos apud Virgiliū, cū ait. Quæstor Minos urnā mouet. Solebāt etiam ex Quæstorib[9] quidā puīcias sortiri, & surrogari a Procōsulibus. Erāt & Quæstores qui candidati principis appellabantur: hi solis libris principalibus legendis uacabant, & in senatu epistolas principis legerunt: ut dicit glo. in procе. nstitu.

De officio Prætoris.

Postquā electi erant duo Consules & hi urgente necessitate aliquando belli s finitimis auocarentur, neque essent qui in ciuitate ius reddere possent: factum est, ut Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus est eo quòd in urbe ius redderet: post aliquot deinde annos non sufficiente eo Prætore, cum multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est & alius Prætor, qui Peregrin[9] appellatus est, ab eo, qꝫ plerūq; inter peregrinos ius dicebat. l. ij. §. de orig. iur. dictus Prætor a præeundo, quasi Præitor: hinc Prætura, dignitas Prætoris: hinc Prætorium tabernaculum prætorū: ut inquit. Fest. Pomp. Et est officium eius Romæ tantum: in prouincijs enim eligunt Præsides. Et habent potestatem condendi edicta sub breuiloquio, & in albo, id est, in loco quodam publico & eminenti dealbato, ubi scribebant: & siquis hoc album corrupit, tenebatur pœna quinquaginta solidorum, ut. j. de iur. om. iu. l. si quis id. Horum edictorum compendiosa breuitas amplam materiam præbuit iurisconsultis interpretādi & respondendi de iure. Nec possunt constitui nisi tres: licet olim fuerint. xviii. ut j. e. l. ult. & §. de orig. iur. l. ij. §. diuus deinde Augustus. de offi. præfe. uigi. hanc rubricam uide. C. eod. titu.

De officio Proconsulis & Legati.

Proconsul est, qui cum potestate consulis in prouincias mittebatur: dictus quasi Consul procul missus. Et talis ubique pconsularia insignia habet statim postquam urbem egressus est: hoc est, sex fasces & lictores: amplius habere non potest. Non tamen exercet ea quæ sunt iurisdictionis, nisi in prouincia ad quam missus est. Postquàm uero prouinciam suam ingressus est, potest mandare iurisdictionem Legato suo, qui quasi delegatus ipsius proconsulis dicitur istos Legatos nō oportet principem consulere, sed suum proconsulem, qui in ea prouincia maius imperiū.

Margin notes: Prætor Vrbanus. Prætor Peregrinus. Prætor. Albū prætor. Legatus pconsulis.

habet omnibus post principem. Legati autē proconsulis nihil propriū habent: nisi à Proconsule eis mandetur. Proconsul uero portam Romæ ingressus deponit imperium: ut. j. l. ult. Et in hoc differt à Præside: quia Procōsul eligebatur ex ꝯsulibus urbis Romæ ad aliquam prouinciā regendam. quasi consul procul missus: ut j. de de offi. præsi. l. i. Ille autē est Præses, qui cum non esset ꝯsul prius, eligebatur ad prouinciā regēdam. In legato autē ꝓcōsulis duo sunt specialia: primū quia cognitio de quolibet crimine ei demādari potest: non ita in alio, nisi in casu j. eo. l. solent. i. respōso &. § ſꝫ hoc. & de of. eius cui mād. l. una. Itē pronūciat de crimine suspecti tutoris, licet alius delegatus non possit: Instit. de suspect. tut. §. datū. pœnā uero grauiorem irrogare non potest. j. eod. l. si quid.

De officio Præfecti Augustalis.

Præfectus Augustalis dicebatur, qui omnia tributa per Aegyptiacā diocesim in cura & prouidētia sua habebat. Dictus Augustalis qa Augustus eā dignitatē primus ei Præfecto qui Alexādriā inhabitauit, ꝯcessit. Et appellatur præfectus Aegypti, uel Augustalis: ut in auten. de app §. illud etiā. &. C de rap. uir. l. i. & in autē. de nox. §. ulti. Et iste inter medios magistratus spectabilis est.

De officio Præsidis.

Nomē Præsidis generale est, eo ꝙ Procōsules & Legati Cæsar s & oēs prouincias regentes licet Senatores sint Præsides appellātur: Procōsulis autem appellatio specialis est: ut dximus. s. de offi. procon. Et est Præses

Præses.

clarissimus: ut. j. de priua. car. l. i. Et habet Præses ꝓuinciæ maius imperium oībus in ista ꝓuincia post principē. Et in solos homines suæ ꝓuinciæ imperiū habet, dū in ꝓuincia est. Qui si excesserit prouinciā, priuatus est. Curet tñ is qui prouinciæ præest malis hominibus ꝓuinciam purgare: nec distinguit unde sint. Et si millies uelit renūtiare imperio uel dignitati, nō poterit se separare ab impio. j. eo. l. legat. nisi faciat in manu principis a quo habet: ut. s. de orig. iur. l. ij. §. deinde cum placuisset.

De officio Procuratoris Cæsaris.

Procurator Cæsaris est, qui ex mādato Cæsaris causas & negotia agit. Et quæcunque acta aut gesta sunt a Procuratore Cæsaris sic à Cæsare cōprobantur, atq; si ita a Cæsare gesta essent. Et sicut ad Procuratorē Cæsaris rerū tantum ꝑtinet administratio: ita ad iurisdicti. Alexādriæ iuris tantū, & nō rerū spectat solicitudo. Contētiosa autē iurisdictio totius Aegypti pertinet ad Præfectū Augustalē.

De officio Iurisdici Alexandriæ.

Iurisdicus Alexandriæ est qui demādatā iurisdictionem à principe in ciuitate Alexandrina Aegypti habet. de quo. s. titulo proximo.

De offi. eius cui mādata ē iurisdictio.

De iurisdictione ordinaria tractatur in titulis præcedētibus: hic autē titulus ꝑtinet eam iurisdictionem, quæ est in delegādo: scilicet quis delegat, & cui, & qua causa: & qualiter delegatus officium suum explicet.

De officio Assessorum.

Assessor est, quem sibi iudex ad de

cisionem causæ associat. Omne officium Assessoris in his causis ꝑstat: In cognitionibus causarum ciuilium & criminalium quid iuris esse debeat. Et ei cui assidet persuadeat in postulationibus: ut uideat an sit infamis qui postulat, scilicet aduocatus. Itẽ ut eum interroget, & ei opponat ad ueritatẽ inquirẽdã: & eum tacere faciat, quando sibi uidebitur. Item in libellis conuentionalibus recipiẽdis, si bene concipiant: si male, ut respuat, uel dentibus laceret. Itẽ in epistolis iudicibus alterius ꝓuinciæ mittendis ut & testes recipiant, & sibi caute remittant.

LIBER II.

De iurisdictione omnium iudicum.

Iurisdictio nis diuisio. IVrisdictio, prout est genus, diuiditur in Merum imperium, Mixtum imperium & Simplicẽ iurisdictionem. Est autem iurisdictio potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. Merum imperium est, habere gladij potestatem, & animaduertere in facinorosos homines: quod etiam potestas appellatur. Mixtũ imperiũ est, cui non solum inest merum imperium, sed etiam iurisdictio: quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictio simplex est etiam iudicis dandi licentia.

Quod quisque iuris in aliũ statuit, ipse eodem iure utatur.

Hoc edictum, summã habet æquitatem: quia nititur ex lege diuina: ut, Quod tibi non uis fieri, alteri non feceris. ut in princi. decre. Et sapientis dictat auctoritas, Patere legem quam ipse tuleris. c. cum omnes. de cõstit. Quis igitur aspernabitur idem ius sibi dici cum sit litigator, quod ipse alijs dixit cum esset magistratus? Qui ergo magistratum uel potestatem gerit. si aliquid in aliquem noui iuris statuerit, ipse quandoque aduersario eius postulãte eo iure uti debet.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

Concessum est omnibus iudicibus, suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere: id est, mulctam uel pœnam pecuniariam ei, qui iurisdictioni eius illudere con tur, imponere. Ille dicitur non obtemperasse ius dicenti, qui quod extremum est in iurisdictione non fecit: ueluti si quis rem mobilem uendicare à se passus non est, sed duci eam uel auferri passus est. Cæterum, & si sequentia recusauit, ex tunc non obtemperasse uidetur: sed habet locum aliud edictum, scilicet, Ne uis fiat ei, qui in poss. missus est. Non obtẽperare iudici.

De in ius uocando.

In ius uocare, est iuris experiendi causa uocare. Et enumerantur in hoc titulo personæ quæ in ius uocari non debent & apponitur pœna contrarium facientibus.

Si quis in ius uocatus non ierit, siue eum quis uocauerit, quem ex edicto non debuerit.

Si quis in ius uocatus non ierit: id est, legitime citatus non comparuerit, a competenti iudice, qui eum uocauit, uel uocari fecit, pro iurisdictione Iudicis condemnabitur. Ru-

ſticirati tamen hominis parcendũ erit:datur autem actio incerti,quan/do pœna certa non eſt adiecta, in id quod intereſt,quando quis uocatus non uenerit,uel uocatus non com/paruerit,cum uocari non debuerit.

Actio. Icerti.

Multis autem modis poteſt euenire, quod ſcilicet citatus non tenetur cõ parere. Vt ſi ĩ citatorio exprimatur cauſa ex qua quis non tenetur com parere coram illo iudice:puta ſi eſſet cauſa ſpiritualis.quæ non debet agi tari coram ſeculari iudice.Vel cauſa liberalis, quæ non debet agitari co/ram minori iudice,ut in .l.placet.in fi.C.de peda.iudi.Vel ſi eſſet cauſa ex qua perſona conueniri non poſſet munita ſpeciali ſeu ſingulari priuile/gio,ut patronos actione famoſa, uel ſimiles. Vel ſi eſſet de his qui in ius uocari non poſſunt.ut.l.ij.ſ.de in ius uocando,Item ſi exprimeretur in citatoriis locus. aliquis inhone/ſtus ut.l.ſi cum dies.§.ſi arbit.j.de arbitris.Idem ſi exprimeretur tẽpus feriatum.j.de fer.l.i.

Caſus qui/bus ci tatus nõ te nenẽ cõpa/rere.

In ius uocati ut eant, uel ſoluant.

Olim uocatus in ius euitabat mulctã:ſiue ipſe iret,ſiue alium mit/teret qui ſatiſdaret,ipſum ſiſtere.ho/die neceſſarium habet uocatus perſo naliter ire,aut ex ſua perſona ſatiſda re fideiuſſoribus interuenientibus: aut cauere ſine fideiuſſoribus.'Et fide iuſſor de ueniendo ad iudicium de/bet dari idoneus.Coniunctæ tamen perſonæ reputantur idoneæ,& recu ſans eos recipere punietur.ut.j.l.i.& ij.

Fide/iuſſor ido/neus.

Ne qui eum,quis in ius uoca tus eſt,ui eximat.

Iuriſconſultus tractaturus de iudi ciis, premiſit de iuriſdict. om. iudi. in ſpecie, & in genere . Quo uiſo, quia iudicium incipit a citatione. Inſti.de pœn.te.litig.§.omnium.po ſuit de in ius uocando. Sed quia in ius uocati quandoque non uadunt, & ideo puniũtur:poſuit rubricã. Si quis in ius uo.non ie.Quandoq; nõ uadunt legitime,quia dant fideiuſſo res nuntio,de eundo,& ſtando in iu dicio:ideo poſuit rubricam præcedẽ tem.Quandoque nullum fideiuſſo/rẽ dant,& ideo ad iudicium ducun/tur per familiam:& eo tẽpore quo ducũtur,aliquis eos ui eximit de ma nu familiæ:ideo ponitur hæc rubri ca,Ne quis eum.Quandoque nullus eum eximit, ſed ad iudiciũ ducitur, uel ſponte uenit,& ab eo petitur ſa/tiſdatio de ſtando iuri uſque ad ſen/tentiam:& de hoc loquitur titulus ſequens,qui ſatiſd.cog.& alii ſequen. ti.de f.r.Et ponit hæc rubrica partẽ edicti,non totũ edictũ.Edictũ autẽ ta le eſt.Prætor ait,ne quis eum qui in ius uocatus eſt ui eximat:ne ue fa/ciat dolo malo,quo magis eximere tur: ut.l.ſed eximendi .§. Prætor.j. eod . In eum qui aduerſus prædicta fecerit:quantum per actorem in litẽ iurabit iudicium dabo:ut colligitur ex.l.ſi per alium.§.in eam.j.e.Et p.o poſuit prætor hoc edictum,ut me/tu pœnæ cõpeſceret eos, qui in ius uocatos ui eripiunt. Et eſt uerbum Eximendi generale.Eripere enim eſt de manibus auferre per raptũ:Exime re autẽ eſt quoquo modo auferre:pu ta ſi quis non rapuerit quenquam, ſed moram fecerit,quo minus in ius ueniret,ut actionis dies exiret.uel res tempore amitteretur.Et datur in eũ, qui ui exemerit,actio in factum:quæ

edictũ

Eripe/re.

Exi/mere.

Actio in fa/ctũ.

non id continet, quod in ueritate est sed quanti ea res ab actore æstimata est, de qua controuersia est.

Qui satisdare cogantur, uel iuramento promittant, uel suæ promissioni permittantur.

Satisdatio eo modo appellata est, quo Satisfactio. Nam sicut Satisfacere dicimur ei, cuius desideriũ īplemus: ita Satisdare dicimur aduersario nostro, qui pro eo quod a nobis petiit, ita sibi cauimus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. Sed etiam pignoribus potest, si uelit, quis cauere. Si autem qui fideiussorem dare debet, dare non potest, remittitur iuratoriæ cautioni: ut iuret, se fideiussorem dare nõ posse, & se facere qđ caueat. Immo etiã nuda ꝓmissio sufficit, si hoc ptibus placeat. Inst. de re. diui. § uēditæ. & l. sancimus, C. de uer. signi.

Sa isfacere

Satisdare

Si ex noxiali causa agatur, quemadmodum caueatur.

Præcedens titulus ponit satisdationes quæ fiunt pro liberis hominibus: iste autem titulus continet, quomodo pro seruis caueatur. Dicitur autem Noxialis actio, quotiens seruus noxiam, id est, damnum dat. qui etiam propterea quòd noxiam committit Noxa appellat̃. sicut alias dici solet: Noxia delictum delinquẽs noxa uocatur. glo. Insti. de nox. act. §. i. Si quis ergo promiserit iudicio sisti eum, de quo noxialis est, debet eũ in eadem causa exhibere: id est, in simili statu, & qualitate, in qua tunc cum promittitur fuerat, quousque sententia feratur.

Noxialis actio

Noxa

De eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat.

Hic titulus coercet dolum eius qui impedit aliquem iudicio sisti. Nec est superfluus iste titulus: licet supra habeatur alius titulus, Ne quis eum qui in ius uo. Quia in quatuor defert hic titulus ab alio: quia alius titulus nõ habet locum nisi ubi uis facta est, quo minus sistat: hic autem habet locum etiam sine ui. Secundo, quia alius titulus non consulit nisi uocãti. in ius, id est actori: hic autẽ etiã uocato. Tertio, quia alibi agit̃ quãtũ in litem iuratũ est: hic solum ad interesse dicẽdo secundum gloss. hic. Quarto, quia hic titulus locum habet post citationes & satisdationes receptas alius ante comparitionem. licet Bar. hanc quartam differẽtiam non approbet.

Si quis cautionibus, in iudicio sistendi causa factis, non obtemperauerit.

In titulis præcedentibus ponitur quando quis dolo, uel ui alterius, in iudicio non sistit: in hoc titulo ponitur, quando quis per casum fortuitum excusatur. Et in primis excusandus est ille, qui longius abest: illi enĩ pro singulis diætis uicena millia passuum numerari debent Sunt, & aliæ causæ quibus cau:ns excusatur ut comparere necessario non teneat̃ quæ oẽs exprimuntur hoc titulo.

De ferijs, & dilationibus, & diuersis temporibus earum. & ex quibus causis feriæ non impediuntur.

Feriæ triplices.

Feriæ sunt, quæ ad hoc deputantur, ut homines quiescãt, & diuinis, ut aliis rebus necessariis intenti sint.

Dictæ sunt feriæ a feriendis, id est, mactandis uictimis, quæ diebus festinis efficiebantur. Et sunt triplices
Feriæ triplices. feriæ. Quædam indictæ in honorē Dei: & his partes non possunt renūtiare. Istæ appellantur festiuæ uel solemnes feriæ. de quibus de consi. dist. iij. per totum. Aliæ sunt feriæ repentinæ, uel indictæ, quæ per principē, uel superiorem propter aliquod repentinum negotium indicuntur: ut si nascatur principi filius, uel ob rem bene gestam aliquod festum imponatur. Tertiæ sunt feriæ ob necessitatem hominum inductæ, ut sunt uindemiarum, & messium: quibus tamē feriis partes renūciare possunt: quia in eorum fauorem introductæ .C. si. de feriis. Dilationes sunt induciæ quæ dantur quandoque ad pro-
Dilationes bationes faciendas. Et est Dilatio quæ datur a iure uel ab homine ad aliquid explicandum. Dicta Dilatio, quia differt negotium

De edendo.

Eder. Edere, est actionem, uel causam in iudicio publice demonstrare. Est enī æquissimum, eum, qui acturus est, edere actionem: ut exinde sciat reus, utrum cedere, an cōtendere ultra debeat. Et si cōtendēdū putat, ueniat instructus ad agendum. Edere est etiā copiam describendi facere. Et ponitur hic titulus in gerundio, uidelicet de Edendo: & non, de Editione: ad ostendendum, necessitatem esse impositam edere debenti. Et tractatur in hoc titulo triplex editio: scilicet actionis, instrumentorum, & rationum. Sed ratio editur in principio, cætera in processu causæ: ut dicit glossa hic super rubro.

De Pactis.

Postquam editus est libellus, de quo supra tit. proxi. quandoque facit actor pactum gratuitum reo: ideo ponitur rubrica de Pactis. Quandoque inuicem transigunt, ideo sequitur de Transactionib. Quandoque inuicem nō potest esse concordia, ideo necessarium quod litigetur: & partes quærunt sibi aduocatos, & procuratores. ideo in sequenti libro ponitur de postulando, & subsequenter de Procur. pactum autem a pactione dicitur. Vnde etiam Pactū
Pacis nomen appellatum est. Et est Pactio, duorum plurium ue in idem placitum, & consensus, id est, spon- Pactio
taneus consensus. Conuentionis
autem uerbum generale est, ad Conuentio.
omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicuti conueniri dicuntur, qui ex diuersis locis in unum locum colligunt, & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, id est, in unam sententiam concurrunt, conuenire & pacisci dicuntur.

De Transactionibus.

Qui transigit, de re dubia, & lite incerta, neque finita, componit. Et di- Trāsa
citur Transactio pactum remissio- ctio.
nis, a trans, & ago. Et differt in eo a Pactis: quia qui paciscitur, rem certā & indubitatam sua liberalitate remittit, cum his, qui transactionē facit, rem dubiam, & incertam litem, sopire facit. Et dicitur Trāsactio: ab actione enim transit, qui transigit: & ita is qui agit, propriē dicitur trāsigere: reus autem impropriē dicitur transigere. C. eod. l. ij. Et est effectus

transactionis

transactionis, quia ex ea datur exce/ptio in omni causa ex qua agebat. C.eo.l.sub praetextu.&.j.eod.l.non est.nisi reus dolo occultauit speciē in qua deceptus est actor.ut infra de pac.l.tres.

LIBER III.

De Postulando.

Quia in editione actionum, & in causae processu necessarii sunt aduocati, uel postulatores: ideo de his ponit. Est autem Postulare, desiderium suum uel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni praeest, exponere. uel alterius desiderio cōtradicere: ut.j. eod.l.i.§. postulare, & quod dicitur, Suum, intellige quando postulat pro se. Amici quādo pro alio. & ponit uerbum Iurisdictioni, pro qualibet notione: ut.j.de reg.Iu.l.ait praetor.& sic etiā apud arbitrum compromissarium potest postulari. Et dicuntur hi postulatores, Patroni causae. itē Aduocati, ut.j.de uar.cognit.l.i §.aduocatos. Et Togati dicuntur. C.e.li. uel forte à genere uestis, quae dicitur Toga, qua olim utebantur.

Postulare. Patroni causae. Aduocati. Togati.

De his, qui notantur infamia.

Infamia est status, & honoris diminutio, & amissio: hinc Infamis dicitur, quasi ualde famosus, id est, ignominiosus: uel Infamis quasi sine fama, uel priuatus sua fama. Fama autem siue opinio, uel aestimatio idem significant. Et est Fama, illaesae dignitatis status, legibus ac moribus comprobatus, & in nullo diminutus. Et haec fama quandoq; minuitur, quandoque consumitur, ut ex toto pro extincta habeatur: scilicet cum maxima, uel media capitis diminutio interuenit, & de hac neq; in hoc titulo, neque.C.eodem tractatur: quasi superfluum sit, de ea fama consumpta dicere, uel quaerere. Quilibet enim scit, uel scire potest uno uerbo, quod ad nullum ciuile, uel publicum officium is, cuius fama consumpta est, adhiberi potest. Minuitur uero cum ciuitas, & libertas retinetur, sed circa statum poena plectimur: ut.j.de uar.cog.l.pe.§.existimato.&.§.minuitur.&.§.cōsumitur. Et talis est duplex, Facti, & Iuris. Infamia facti irrogatur, cum opinio alicuius apud graues & honestas personas deprimit, uel diminuitur: & de hac infamia facti modicum in iure traditur. Sed sunt duo eius effectus primus quia ea repellit a dignitate: nisi propter inopiam non legitimi competitoris. Secūdus, quia repellit à querela inofficiosi. C. de dig.l.ij. &.j.decu.l.generaliter.§.spurios.& C.de inoffi.testa.l.fratres. Iuris infamia quandoq; irrogatur ipso facto, id est, ipso iure, propter hoc quod aliquid factum est: quandoq; demum lata sententia: quandoq; ex genere poenae, hoc est, propter impositionem poenae. Ipso facto, ut si mulier deprehendatur in adulterio.j.de ri. nup.l.palā.§.quae in adulterio. Idem in muliere quae nubit, uel stupro cognoscitur intra tempus luctus: uel nubit contra iuramentum suscepta liberorum tutela. C.de sec.nup.l.i.& ii.& in auten.de restit.& ea quae pa. §.unū.& de nu.§ si aūt.&.j.e.l.uxo. uel q bina spōsalia uel binas nuptias contraxit.j.eod.l.i.in fi.&.l.quid ergo.§.si quid. Ex genere poenae irroga

Fama. Infamia facti. Infamia iuris.

tur infamia, si tale delictum commisit quis, quo damnatus, uel cõfessus in iudicio, uel pactus pecunia fieret infamis. Et est effectus infamiæ, ut quis repellatur à postulando, & ut ab honoribus repellatur: non dico a muneribus curialibus, uel ciuilibus. Et huius effectus gratia posuit imperator speciale titulum, & unicam legem de infamibus. C. lib. x. Est & alius, qui repellitur ab accusando, ut ∫. de accu. l. qui accusare.

De procuratoribus & Defensoribus.

Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. Et potest esse procurator omnium rerum, uel unius duntaxat. Et constituitur uel præsens, uel per nuntium, uel per epistolã. Et ẽ usus procuratorum perquam necessarius: ut qui rebus suis ipsi superesse non uolunt, uel non possunt, saltem per alios possent uel agere, uel conueniri. Et dicitur procurator pro parte actoris: Defensor uero ex parte rei. Et loquitur hic titulus de procuratore ad iudicia: de p̄curatore enim ad negotia loquitur. ∫. tit. mandati. Defensor.

Quod cuiusq; uniuersitatis nomine, uel contra eam agetur.

Titulus præcedens loquitur generaliter de procuratoribus, qui ut plurimum constituuntur a singularibus personis: hic autem titulus de eo, qui nomine uniuersitatis, uel collegii, uel communitatis agit, siue conuenitur: qui proprie Actor uel Syndicus dicitur. Omnes enim quibus permissum est habere corpus collegii, uel societatis, uel cuiuscunq; Actor Syndicus.

alterius negotiationis, ueluti pistorum, aut aliorum artificum, possunt habere res cõ: s arcã cõẽ3. & actorem siue syndicum, per quem quod communiter agi fieriq; oporteat in iudiciis, uel extra, fiat.

De negotiis gestis.

Iste titulus necessarius est, & eius materia: quia magna utilitas absentium uersatur, ne indefensi rerũ possessionem aut uenditionẽ patiantur, uel pignorum distractionẽ, uel pœnæ committendæ actionem, uel iniuria rem suam amittant. Et ideo si quis absentis negotia gesserit, licet ignoranti s, tamen quicqnid utiliter in rem eius expenderit, uel etiam ipse se in rem absentis alicui obligauerit, habeat eo nomine actionẽ. Itaq; eo casu ultro citroq; nascitur actio, quæ appellatur Negotiorum gestorum, in qua, sicut æquum est, gerentem actus sui rationem reddere, & eo nomine condemnari, si quid uel nõ ut oportuit gessit, uel ex his negotiis retinet. Ita ex diuerso iustum est si utiliter gessit, præstari ei quicquid eo noĩe uel abest ei, uel ab futurũ est.

De Calumniatoribus.

Accusatorum temeritas tribus modis punitur: ut per Turpilianum desistant: & si non desistant, sed diuersam partem adiuuent, perdita iã sententia, puniuntur extra ordinem: quia sunt præuaricatores: ut. ∫. de præua. l. ij. & l. accusator. & l. ab imperatore. Item si non desistant, sed calumnientur, puniuntur lege Remia. Præuaricator. Calumniator est, qui falsa crimina, uel causam iniustam scienter intentat. Et contra talem qui calumniæ Calũniator

causa aliquid fecit, uel ut non facere pecuniam accepit, intra annum in quadruplum eius pecuniæ, quam acceptisse dicitur, actio competit: post annum autem simpli in factũ actio datur. Et datur hoc iudiciũ non solum in pecuniariis causis: sed etiam ad publica crimina: si quis accipiat pecuniam ob ea instituenda, uel non instituenda. Calumniæ autem pœna est eadem, uel similis, quæ imponeretur accusato, si conuictus fuisset de crimine: ut. C. eod. l. ultima. &. j. ad Turpi. l. in priuatis.

Pœna calũ.

LIBER IIII.

De in integrum restitutionibus.

Restitutio in integrũ est prioris status reintegratio. Et hinc solet dici, Res redit ut pridem, cum status redditur idem glo. in c. quia. de elec. Per hanc materiam plurifariè hominibus uel lapsis sua facilitate, uel circunscriptis aduersarii dolo, subuenitur. siue metu, ut. j. tit. seq. siue callidi tate, ut. j. tit. ij. siue absentia, ut. j. ætate, ut. j. ti. iij. siue tit. iiij. inciderint in captionem.

De eo, quod metus causa gestum erit.

Quod metus causa gestum est Prætor ratum non habet. Et est metus instantis periculi, uel futuri causa mentis trepidatio. j. eod. l. i. Nec est necessarium periculum esse præsens, dummodo metus sit præsens, de futuro periculo. j. eod. l. metum. i. Respõ. Et dicitur Metus, quia mentem tenet. Vis autem est maioris rei impetus, cui resisti non potest. j. l. ij. aduersus quam non proficit custo-

Metus.

Vis.

dia. j. loca. l. sed de dãno. Metus alius est probabilis qui cadit in hominem constantẽ, & discretũ. Non probabilis qui cadit in hominem miserum, timidum, & inconstantẽ: ut. j. eod. l. v. vj. & vij. Vis autem multiplex est: quædam Compulsiua, quæ imponit necessitatem contrariam uoluntati cõtrariæ: quia id facit, quod non faceret, si esset liberi arbitrii. Et hæc inducit actionem, Quod metus causa. Quædam Expulsiua, quæ inducit interdictum Vnde ui. Quædam Ablatiua quæ inducit actionem ui bono. raptorum circa mobilia ut infra de ui & ui ar. l. j. §. iiij. Quædam Turbatiua, hæc inducit interdictum Vti possidetis in rebus soli, & in rebus mobilibus, Vtrobi, cum duo se possidere contendunt. Quedam Inquietatiua: hæc inducit interdictum Quod ui aut clam: ut siquis a me prohibitus, uel putans se prohibendum quid faciat in meo.

Vis multiplex

De dolo malo.

Per materiam illius tituli subuenitur aduersus uarios & dolosos, qui calliditate quadam aliis obfuerunt. Verba autem edicti talia sunt, Quæ dolo malo facta sunt, si de his rebus alia actio non erit, & iusta sit causa, datur actio de dolo: ne uel illis malitia sua sit lucrosa, uel istis simplicitas damnosa. Dolus autem malus est machinatio quædam alterius decipiendi causa: cum, aliud agitur, & aliud simulatur. Vel est omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circũueniendum, fallendũ, decipiendum alterum, adhibita contra ius & bonos mores. Et habetur in hoc tit. mẽ

Dolus malus.

tio doli mali: quia ueteres etiam Bonum dolum dicebant, & pro solertia, id est, astutia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem, latronem ue quis machinetur. hinc Virgil. ij. Aen. Dolus an uirtus, quis in hoste requirat.

De minoribus. xxv. annis.

Minores dicuntur, qui nondum compleuerunt. xxv. an. facta computatione de momento ad momentũ. Vnde non sufficit tetigisse ultimum diem: sed oportet peruenire ad idem momentum. Succurritur autem minoribus si liberi sint: serui enim nunquam restituuntur. Quicquid igitur cum minore. xxv. an natu gestum erit, utiq; quaeres erit animaduertã, dicit praetor. Iustissima fuit huius edicti aequitas: quia cũ inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi aetatis cõsilium, & multis captionibus suppositum, multorũq; insidiis expositum: auxilium eis praetor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captionem opitulationem: quia cum usq; in hanc aetatem adolescẽtes curatorum auxilio reguntur: ergo per se rei suae administratio eis committi non debet, quamuis bene rem suã gerentibus. Cessat autẽ haec restitutio, uel ratione doli sui, uel mẽdacij sui, uel sacramenti sui corporalis, uel priuilegio libertatis uel priuilegio parentis, uel patroni, contra quem uult restitui, uel semel denegata est restitutio: de quibus speciales tituli in. C. ponuntur.

Restitutio minorum.

De capitis diminutione.

Capitis diminutio, est prioris status commutatio. Et ponitur hic Caput pro statu. Cõsistit autem status in tribus, in libertate, ciuitate, & familia. Qui ergo libertatem amittit dicitur pati maximam capitis diminutionem: quod contingit de his, qui efficiuntur serui poenae, uel passi sunt se uenundari, uel reuocati sunt in seruitutem propter ingratitudinẽ. Et taliter capite minutus perdit etiã per consequentiam ciuitatẽ, & familiam. Qui autem perdit ciuitatem, dicitur pati mediam capitis diminutionem: quod contingit de his, quibus interdictum est aqua & igne. Itẽ in deportatis, id est, ꝑpetuo proscriptis. Cũ ãt libertas & ciuitas retinet, & familia tãtũ mutat, dicit eẽ minima capitis diminutio: quod contingit his, qui dati sunt in adoptionẽ, uel qui emancipati sunt.

Status.

Ex quibus causis maiores. xxv. annis in integrum restituuntur.

Maiores restituuntur quandoq; causa militiae, quãdoq; si causa Reip. absentes fuerũt: de quibus spãles tit. in. C sunt. Generaliter aũt restituunt qui absentes fuerunt per metum iu/stum. ĩ. eo. l. ij. & l. iij. Item quia fuerũt absentes detenti in uinculis, uel a priuata persona, puta a latrone: uel a publica, hoc est iudicis auctoritate. Itẽ qui ita alligati sunt, ut sine dedecore in publico apparere nõ possunt: ut ĩ. eod. l. succurritur. & l. in eadem causa. & ex uariis aliis causis. Verba autẽ huius edicti talia sunt: Si cui[9] quid de bonis diminutum est: cũ is metu, aut sine dolo Reip. causa abesset, siue in uinculis, seruitute ue, hostiumq; potestate esset: item si qua alia iusta causa esse uidebitur, in integrum restitutio concedatur. Ratio huius edi

Restitutio maiorum.

cti est, quia læsum, id est, amissum ius, per id tẽpus, quo quis Reip. operam dabat, uel aduerso casu laborabat, corrigit, id est, restituit, uel emẽdatur: necnon aduersus eum succurritur, ne uel obsit, uel ꝓsit quod euenit.

De alienatione iudicii mutandi, & suscipiendi, causa facta.

Muta tio iu diciij. Dicitur in titulo, Mutãdi iudicii, id est, euitandi, quo ad se: & suscipiendi, quo ad alium, cui alienauit. Cum prætor intelligeret iudiciorum exitũ interdum duriorem nobis cõstitui, opposito nobis alio aduersario, i ea quoq; rem prospexit, ut si quis alienando rem, alium nobis aduersariũ suo loco substituit: puta si alterius prouinciæ hominem, aut potentiorem nobis opposuerit aduersarium: aut eum, qui uexaturus est, idq; operam in fraudem nostram fecerit: tanti nobis tenetur, quanti nostra interest alium aduersariũ nos habuisse.

De receptis, qui arbitrium recipiunt ut sententiam dicant.

De præparatoriis iudiciorum explicito, priusquam de iudiciis ipsis aliquid tractetur, Arbitros, qui se ad instar iudiciorum habent, inferamus. Tractat autem hic titulus de Receptis neutraliter, id est, de arbitris uel de receptis masculine, id est, de

Recepti. arbitris receptis a litigatoribus: uel de litigatoribus: receptis ab arbitris. Vicissim. n. sese in fide sua recipiunt ptes, ut sñiæ stẽt: arbitri, ut fideliter examinẽt, & pronuntient. Assumũt enim partes iudicis, non consiliatoris. j. eod. l. si de meis. §. recepisse. Est

Arbitriũ. autem Arbitrium trinus actus triũ personarum sub arbitrio litigantiũ uel sic. Est trinus personarum actus sub pecuniaria quæstione, in quasi iudicio confligentium, uel contendẽtium. Nam arbiter contendit ad inquisitionẽ ueritatis: Actor, ut ei reus condemnetur: Reus, ut absoluatur ab actore. Et dicitur Arbiter quãdoq;

Arbiter. quilibet uir bonus super aliquo æstimãdo electus. j. pro so. l. si societatẽ. Quandoque ponitur pro iudice delegato, uel quasi delegato. ut. s. qui sat. cog. l. arbiter. Quandoque pro iudice ordinario. j. de iud. l. antepen. Quandoq; pro dispensatore rei suæ. C. man. l. in re. In omni re potest

Arbiter in quib⁹ causis phibeat. assumi arbiter, nisi, prohibeatur à lege. Prohibetur autem à lege in causa criminali publica, uel priuata. Sed in causa ciuili, licet sit de crimine famoso, ualet compromissum. Non tamen infamat arbitri sentẽtia. Item in causa liberali non potest esse arbiter: quia fauor libertatis est, ut maiores iudices debeat habere. Item in populari actione non potest esse arbiter ne occasione pœnæ prætermittatur faciendum quod publice fieri expediret. j. eo. l. non distinguemus. §. Iulianus. & §. de liberali &c. s. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. ex cõpromisso. Constituitur autem arbitriũ,

Compromissũ quõ ɔstituatur. partibus adinuicẽ stipulãtibus pœnam, si arbitri non pareãt sentẽtiæ: uel ubi uterque promisit pure pœnã id est, non sub alia conditione, nisi hac, nisi arbitri pareatur sententiæ. Et licet usitatũ sit in duos compromitti: tamen difficile est si dissentiãt quia nõ inuenitur maior pars: unde compromissum sine exitu uidetur futurum, propter naturalem facilitatem hominum ad dissentiendum. Tamen lex adhibet tale remedium,

Arbiter iuris.

ut ubi dissentiunt duo arbitri, cogat eos Prætor tertiã eligere personam certam, cuius auctoritati pareatur. ff. eo. l. item. § si in duos. &c. §. principaliter. Et est duplex arbiter: iuris, quem ius elegit, & sibi causam certam examinandã exprimit, & cõmittit, ut in c. suspitionis. de offi. dele. c. cum plures. & talis per omnia æquiparatur iudici: & ab eius sententia potest appellari. c. ab arbitris de offi. dele. l. vi.

Cõi cõsensu electus.

Alius est arbiter cõmuni consensu partium electus, & a sententia illius non appellatur. C. eo. l. i. de quo in c. cum dilectus. eo. tit. De differentia inter arbitrum & arbitratorẽ, uide per do. Andr. Siculum in c. quintauallis. de iureiur.

Nautæ, Caupones, Stabularij, ut recepta restituant.

Nauta. Exercitor. Caupones Stabularij.

Nautam in hoc titulo accipere debemus eũ, qui nauim exercet: quãuis nautæ appellentur omnes, qui nauigandæ nauis causa in naui sunt. Sed de exercitore duntaxat, qui Patronus nauis, aut magister appellatur, intelligitur. Caupones autem & Stabularios eos intelligimus, qui cauponã, aut stabulum exercent: uel eorum institores, & ministri. Stabularij autem sunt hospitatores hominum equitantium. Sicut & Caupo uiatorum. Quicquid erga tales homines saluũ fore, id est, ad custodiendum receperint: nisi restituant, contra eos actio datur. Et est maxima utilitas huiusmodi actionis: quia necesse est plerunque eorum fidem sequi, res'q; custodiæ eorum committere: & sæpe sunt tales homines, præsertim in Italia Henselini.

LIBER V.

De iudicijs & ubi quis agere, uel conueniri debeat.

Iudicium. Ciuile. Criminale. Singulare. Vle.

Iudicium multis modis sumitur, ut ponit glo. in regula, in iudicijs de reg. iu. lib vi. & Instit. quib. non est per. fa. test. §. præterea. Hic autem sumitur pro actione, qua contra aliquem in iure experitur. Et est Iudiciũ legitimus actus trium personarum, scilicet Iudicis, Actoris & Rei. c. forus. de uerb. sig. Et ponitur in titulo, de iudicijs: non, de iudicio. Est enim iudicium aliud ciuile, aliud criminale: aliud singulare, aliud uniuersale: de quibus per ordinem titulorum tractabitur. Ciuile iudicium est, cũ causa instituitur ad cõmodum priuatum, concluditur parti aliquid esse dandũ, uel exhibendum. Criminale est, cum agitur de aliqua pœna pro crimine imponenda: uel concluditur pœnas esse applicandam fisco. Singulare iudicium est, quod datur pro rebus particularibus: puta domo, fundo, equo &c. Vniuersale est, cũ petitur uniuersum ius: ut bonorum possessio, aut hæreditas.

De inofficioso testamento.

Quærela inofficiosi.

Inofficiosum dicitur testamentum, quod factum est contra officium pietatis paternæ: quasi non officiosum, id est, inhumanum. Et datur quærela inofficiosi omnibus tam parentibus, quàm liberis. Cognati autem a latere, & præsertim qui sunt ultra fratres, non agunt quærela inofficiosi: frater autem admittitur turpibus personis institutis nisi & ipse turpem uitam agat. Est ergo inofficiosum testamentum

dicere hoc: est. allegare quare exhæredari uel præteriri non debuerint: quod aliquando accidit, cum parentes falso stimulati, uel nouercalibus delinimentis, instigationibusq; corrupti, liberos suos uel exhæredant, uel prætereunt.

De petitione hæreditatis.

Dictum est de inofficioso testamento, cuius querela præparatoria est ulis iudicij, id est, petitionis hæreditatis: q quidē qnq; ē directa quādoque utilis. primo ponitur de directa: postea de utili, id est, de. fideicō. hæreditatis petit. Et sic directa dicitur mihi dari hæreditatis petitio quia de iure ciuili admitto. Et datur ab intestato, uel ex testamento succedenti per legem, uel senatusconsultū. Item per se, uel per alium, ut. j. l. i. ij. &. iij. Directa autem datur contra eū. qui possidet pro hærede, uel pro possessore, qui nullam causam possidendi habet, nec contendit se, hæredem: uel si contendit se, tamen per mendacium. j. æ. l. regulariter. &. l. licet. &. l. pro hærede. Proposito autē petitionis hæreditatis libello, faciē dæ sunt interrogationes possessori, qualiter possideat: ut. j. de interr. act. l. i. in princi. hoc est an credat se hæredem. Si respondeat, credo. ergo proceditur in petitione hæreditatis: quia possidet pro hærede. Si respondeat, non: quæratur titulus: quem si probauerit, non procedetur in petitione hæreditatis. Si non probauerit, præsumitur q pro possessore possideat. & sic intelligitur quod dicitur. C. e. l. cogi. Pro hærede autem possidet, qui putat se hæredem esse: pro possessore uero possidet prædo.

Petitio hæreditatis.

Pro hærede possidere.

Si pars hæreditatis petatur.

Præcedens titulus ponit, quid iuris si tota petatur hæreditas. Nunc quid si pars. Vbi attendendum est, an is qui partem petit, omnino certus sit de ea: & tunc attende, an possessor ius habeat: puta quia cohæres, an non: uel utrum non sit certus. de quo tractatur in. §. fi. illius. l. i. Et plures hæredes debent agere contra plures possessores: nec potest unus eligere unum, alius alium. Et si sint plures ad quos hæreditas pertinet pro diuiso: potest alter ab altero conueniri hac actione, uel famil. ercis. si fatentur se hæredes. j. l i. §. quinimo. &. §. proinde. Et non differt hæc actio a præcedenti, specie, sed numero.

De possessoria hæredititatis petitione.

Post ciuiles actiones hæredibus propositas prætor etiā eos posuit, quos ipse quasi hæredes fecit: hoc est illos, quibus bonorum possessio data est: per quam petitionem hæreditatis tantundē consequetur bonorū possessor, quantū ex ciuilibus actionibus hæres consequi potest.

Bonorum possessio.

De fideicōmissaria hæreditatis petitione.

Ex hoc titulo proponitur actio his quibus restituta est hæreditas. Nam quicunque susceperit restitutam hæreditatē ex senatuscō sulto Trebelliano, fideicommissaria hæreditatis petitione uti poterit contra possessores: & dantur ei eædē actiones, quæ hæredi, & in hæredem competunt.

LIBER VI.

De rei uendicatione.

Rei uedicatio. DE uniuersali iudicio supra dictum est: nunc de singulari. Est autē Rei uendicatio actio quæ datur sola ratione dominij, uel quasi: & possessionis, uel quasi. Et oportet utrūque interuenire: scilicet, ex parte actoris dominiū, uel quasi: & ex parte rei possessio, uel quasi: ut quia dolo desierat possidere. ut est glo not. insti. de act. §. i. in uerb. possideat. Et appellatur hæc actio alias In rē actio. in rē: & tunc competit, quando rem tradi, uel dari, est in obligatione, id est, quando, rem, non personam dico mihi esse debitā. Et habet ista in rem actio locum in omnibus rebus mobilibus, tā animalibus, q̄ in his quæ anima carent, & in his quæ solo continentur, id est, immobilia sunt. Et per hanc actionem non solum singulæ res uendicantur: sed etiam grex, & armentum, & equitium. Et competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquisiuit. Et est duplex Rei uendicatio: una directa, de qua in hoc titulo: alia Vtilis, de qua. j. in titu. si ager uec. & datur ista utilis ratione quasi dominij: ut emphyteutæ, superficiario conductori uectigalium: dummodo ad modicū tempus conduxerit.

De publiciana in rem actione.

Publiciana. Ista actio publiciana dicta est a publicio prætore, qui eam inuenit: ut est tex. Insti. de act. §. aliæ. Et datur, quando quis petit id quod traditum est ex iusta causa a non domino: & dum usucaptum non est. Nam si esset usucaptū, uel præscriptum, non competeret hæc actio: quia publiciana domino non datur. Cōpleta autem usucapione, esset uerus dominus de iure ciuili: & ideo sibi daretur rei uend. Et ut detur publiciana quinque sunt necessaria. scilicet traditio, In publiciana q̄ necessaria. uel quasi: quod dicitur propter incorporales, quæ tradi non possunt: ut. j. de acqui. re. do. l. seruus. §. incorporales. Secundo, q̄ ex titulo apto, id est, iusta causa ad mutationē dominij: puta uenditione, uel similibus. j. eod. quicunque. in prin. Tertio, q̄ a non domino acceperit: nam alias dominiū esset translatum: ut. j. eo. le. i. §. i. Quarto, quòd bona fide acceperit: unde credidit se dominum factum esse tunc: ut. j. de acqui. re. do. l. eum qui a furioso. §. prætor. Quinto, q̄ credit se hodie, cum eam proponit, dominum nō esse: aliās sibi esset contrarius: Sed ex his quinque duo sunt difficilia agenti, scilicet probatio traditionis & tituli reliqua consistunt in intellectu agentis cum sit de sua conscientia quæ per testes probari non possunt, sed per iuramētum: ut est gl. in. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. j. ex qui. cau. in poss. ea. de hoc glo. Insti. de act. §. aliæ in uer. dicit. Io. And. in addit. Specul. de proprie. §. nunc dicendum. uersi. primo. & tit. de act. §. ij. uersi. quid si uelis.

Si ager uectigalis, uel emphyteuticarius petatur.

Coniunctio Vel, in hoc titulo ponitur expositiue pro id est: nā idem sunt. Et dicitur Ager uectigalis: nam Ager uectigalis. reditus, siue pensio pro eo præstatur: id enim solemus Vectigal appellare. Omnes autem agri aut sunt uectigales, aut non uectigales. Vectigales uo

tantur, qui in perpetuum locantur, id est, hac lege, ut quandiu pro his uectigal pendatur, id est, persoluatur: tandiu neque ipsis qui conduxerint, neque his qui in locum eorum successerint, auferre eos liceat. Non uectigales sunt, qui aut a nobis excoluntur, aut ab alijs priuatis: quemadmodum agros nostros colendos dare solemus, puta in annum. Qui ergo in perpetuum agrum conduxerit, licet non efficiatur dominus competit ei tamen in rem actio utilis aduersus quemuis possessorem, etiam aduersus uerum dominum: ita tamen, si Emphyteusis uectigal soluat. Emphyteusis autem Latine dicitur melioratio: ut dicit glo. Insti. de loca §. adeo. de quo dicemus. C. de iure emphy.

LIBER VII.

De usufructu, & quemadmodum quis utatur.

Vsusfructus. Vsusfructus est ius, id est, seruitus, alienis rebus utendi fruendi, salua rerum substantia. Est enim usufructus ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. Et Formalis. est duplex usufructus, formalis, & causalis. Formalis est, de quo hic loquimur: qui est seruitus, quando separatus est a proprietate. Causalis autem est, qui cum sua causa, id est proprietate coniunctus est. Constituitur usufructus multis modis: uel in testamento, uel inter uiuos per pactiones & stipulationes. Et constituitur non tantum in fundo, uel ædibus: uerum & in seruis, & iumentis, cæterisq; rebus. Et est emolumentū usufructus maximum, & attēditur secundum qualitatem rei. Si enim constitui usufructus in prædio rustico Vsufructuarij cōmodū. quicquid in fundo nascitur, quicquid inde percipi potest, uel ipsa natura, uel industria hominis, ipsius fructuarij est: sic tamen, ut fruatur arbitratu boni uiri. Recte enim colere cogi potest. Aucupari, & uenari poterit in prædio: si tamen fructus prædij sit in uenatione, puta erat uiuariū, uel simile. ut. j. eo. l. usufructuarium. § i. & de usur. l. uenationem. Et si erat sylua cædua, ex ea poterit cædere, & uendere. Si non erat cædua, grandes arbores cædere non potest. Cædet tamen pedamenta & ramos ad uineā suam, uel ad quamlibet necessitatem suam: dum tamen fundum nō faciat deteriorem. j. eo. l. itē si fundi. in principio. &. §. aucupationum. &. §. ultimo. &. l. ex sylua.

De usufructu accrescendo.

Accrescēdi ius. Quandoque usufructus legatus est duobus coniunctim: & tunc est inter usufructuarios ius accrescēdi: uno enim nolente, aut repudiante partē suam, totum accrescit suo confructuario. Si autem separatim unicuique parti usufructus sit relictus, sine dubio ius accrescendi cessat. Itē qui uocantur ad usumfructum non ex uerbis testatoris, ius accrescendi non habent. j. l. i. §. fin. Similiter inter legatarium puræ proprietatis, & legatarium usufructus nō est locus iuri accrescendi. l. ij. j. eod.

Quib9 modis usufructus amittatur.

Vsusfructus amittitur quinque modis: Primo, morte naturali ipsius usufructuarij. Secundo, capitis diminutione maxima, uel media. Tertio, si usufructuarius nō utatur per modū, & tempus: id est, pro arbitrio bo

ni uiri:uel id est, per moderatũ tem/ pus, puta per decẽ annos inter praesentes, & uiginti inter absentes. Quarto, per consolidationem, uel confusionem rei: id est, si usufructus formalis redeat ad suam causam: id est, proprietatem: quod tunc fit, quando fructuarius nanciscit proprietatem: ut. j. eo. l. si seruus. Vel quãdo usufructuarius cedit usufructum proprietario: nam extraneo cedendo nihil ageret. Quinto, rei mutatione, uel interitu. Si enim ususfructus aedium mihi constitutus est, & aedes corruant, uel exustae sint in totum, sine dubio extinguitur usufructus, intantum ut nec areae, nec caementorum usufructus amplius debeatur. Insti. eo. §. fi.

De usufructu earum rerum, quae usu consumuntur, uel minuuntur.

Omnium rerum constitui potest usufructus, quae in patrimonio cuiuscunque ꝓstare possunt: ideo etiam earum rerum quae usu tolluntur, uel minuuntur, usufructus cõstitui potest: sicut est uinum, oleum, frumentum, uestes, aurum, argentum, quib⁹ proxima est pecunia numerata: quae assidua permutatione quasi extingui uidetur. Est tamen improprie in his rebus usufructus: quia non potest esse usus uini uel frumenti, salua rerum substantia. Vtilitatis tamẽ causa permissum est, ut & in his rebus usufructus constituatur. Et ab usufructuario cautio desideranda est: ut quãdocunque ille moritur, aut capite diminutus fit, eiusdem qualitatis, id est, bonitatis similes res restituãtur: aut aestimatis rebus illis, certae pecuniae nomine iuxta ualorem earundẽ caueatur. Perit ergo talis usufructu solũ duobus modis, morte scilicet, & capitis diminutione.

Si usufructus petatur, uel ad alium pertinere negetur.

Si fructuario fundo seruitus aliqua debeatur, usufructuarius quidem seruitutem non uẽdicabit, sed usumfructum. Ac per hoc uicinum, si non patiatur eum ire agere, cõpellere poterit: quasi non patiatur eum uti frui. Et consequenter omnia adminicula ad usufructuarium spectant, sine quibus uti frui quis non potest. Vti frui ius sibi esse, iste solus potest intendere, qui habet usumfructum: domin⁹ autem fundi non potest: quia qui habet proprietatem utendi fruendi, ius separatum non habet. Sunt autẽ pro usufructu proditae actiones Confessoria & Publiciana: quae dãtur ei, qui usufructuarius est. Et datur Confessoria ei cui constituitur usufructus a domino. Publiciana autem datur ei, cui constituitur a non domino. Et proditae sunt ad similitudinẽ rei uendicationis: dantur enim ratione dominij uel quasi, & possessionis uel q̃si. Ratione dominij competunt directo ei, qui dominus est fundi, cui acquiritur seruitus. Ratione quasi dominij competunt utiliter ei, qui non est dominus, sed habet ius in re: puta creditor, & fructuarius uel superficiarius, uel similis: ut. j. si seruit. uend. l. ij. §. haec aut in. & de remiss. l. i. § itẽ Iul. & de superfi. l. i. §. ult. Item dantur de ratione possessionis aduersus eum, qui possidet agrum debentem seruitutem: ut. j. eo. l. ubi. §. utiũ. uel quasi possidet ut si dolo desierit possidere, uel si liti se obtulit uel si sit superficiarius agri debẽtis seruitutẽ. j. e. l. ulti.

Vti frui.

Cõfessoria.

Publiciana.

De operis seruorum.

Opera serui. Operæ seruorum eisdem modis, quibus usumfructum diximus, constituuntur. Libertis autem aliter fit impositio operarum: ut dicemus J. de oper.lib. Si igitur in seruo constituitur opera, habet ius in persona ille, cui debetur opera. Sicut & ille, cui debetur ususfructus, uel usus. Et ideo operæ seruorum inter personales seruitutes computantur. Et consistit opera serui in actu, id est, ministerio, uel diurno officio. Et omnis fructus hominis in operis consistit: sic econtra, in fructu hominis operæ sunt. Et ut in cæteris rebus fructus, deductis necessariis impensis, intelligitur: ita & in operis seruorum. Cui ergo legatæ sunt operæ serui: ille usum eiusdem habere intelligitur.

De usu, & habitatione.

Vsus rerũ. Non solum usus fructus, ut supra dictum est, sed etiam nudus usus, id est, sine fructu constitui potest: qui & ipse iisdem modis constitui solet, quibus & ususfructus. Cui ergo usus relictus est, uti potest: frui uero non. Et si cui domus usus relictus est, potest cum coniuge sua, & familia & liberis ibi habitare: potest etiam hospitem recipere, & inquilinum: dummodo ipse inhabitet. Nã sine eo nec hi quidem habitare possunt, neq; locabit, neque concedet habitationem sine se: nec uendet usum. Si autem habitatio legetur, tunc effectu quidem

Habitatio. penè idem sunt legatum usus & habitationis. Sed in hôc differunt, quia habitatio potest locari: usus uero nõ. Item qui habet usum plenius ius habet, quàm qui simplicem habitationem: quia cum usus est datus, ille præter habitationem ius habet deambulandi, & gestandi, & lignis ad usum quotidianum, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua utetur, ad usum suum, non ad abusum. Et est habitatio personalis seruitus, sicut ususfructus: & eodem modo cõstituitur, sed in domo tantum. Et relicta habitatione, uidetur esse relicta in uitam hominis, nisi breuius statuatur tempus. Non autem extinguitur non utendo, uel capitis diminutione: ut Insti. eod. §. sed si cui. & C. eod. l. cum antiquitas.

Vsusfructuarius quemadmodum caueat.

Si alicui ususfructus legatus est, æquissimum est, ut de utroque caueat: scilicet, se usurum boni uiri arbitratu. Et cum ususfructus ad eum pertinere desinet: se restituturũ quod inde extabit. Et interponitur hæc cautio, siue res sit mobilis, siue immobilis. Et continet ista stipulatio, qua cauet se perceptum iri usumfructum boni uiri arbitratu: hoc est, nõ deteriorem causam se usufructus facturum: cæteraq; quæ in re sua faceret diligens paterfamilias. Et ista cautio habet duas causas: Vna, si aliter quis utatur, quàm uir bonus arbitrabitur, &c. Alia, de usufructu restituẽdo: quarum prior statim committetur, postquam aliter fuerit usus, & sæpius committitur. Sequẽs committitur finito usufructu. Et interponitur hæc cautio, etiam si usus sine fructu legatus est: uel si habitatio uel operæ hominis uel cuiuscunque alterius animalis relictæ fuerint. Cautio usufru. rij.

LIBER VIIII

De seruitutibus.

Seruitutes personales. Omnes seruitutes aut sunt personales, aut sunt rerum, quae Reales dicũtur. Personales dicuntur, usus fructus, usus, habitatio, operae, siue ministerium seruorum. Et dicuntur personales: quia personis debentur, & semper cum personis finiuntur. Reales autem seruitutes siue rerum, quae melius dicuntur Praedia les, eo ꝙ rei appellatio, nimis est larga, complectens etiam immobilia, & incorporalia. j. si certum petatur. l. i praedij uero nomine immobilia tantum complectitur. Et tales sunt duae: Vrbanorum praediorũ, & Rusticorum. Et iterum seruitutes praediorum aliae in solo consistunt, id est in proprietate fundi, aliae in superficie, id est, in materia superaedificata.

Reales

Praediales

De seruitutibus praediorum urbanorum.

Vrbanorũ praedioꝝ iura sunt altius tollendi, & officiendi luminibus uicini, aut non extollendi. Item stillicidium auertendi in tectũ uel in aream uicini, aut non auertendi. Item imittendi tignum in parietem uicini, aut proijciendi aliquid, aut protegendi: caeteraq; istis similia. Et dicitur praedia urbana, omnia aedificia ubicũque posita, etiam si in uilla sint. Et dicunt urbanae seruitutes, quia praedijs urbanis debentur. Nam ad hoc, ꝙ sit seruitus urbana: necessariũ est, ꝙ sit praedium urbanum, cui debetur seruitus: & quod ei debeat ut urbano. Si enim iter, uel uia, quae rusticae sunt seruitutes, debeatur domui: tamen quia deberi possunt non intuitu aedificij, sed soli: nihilominus dicentur rusticae seruitutes. ar. j. tit. p xi. l. certo generis.

Iura urb. praed.

Seruitutes.

De seruitutibus rusticorum praediorum.

Rusticorum praediorum seruitutes sunt, quae praedijs rusticis debentur. Et sũt haec: iter, actus, uia aquaeductus. Iter est ius eundi ambulandi hominis: non etiam agẽdi iumentum, uel uehiculum. Siue ergo homo eat solus, siue uehatur sella, uel lectica, uel equo, uel quouis animali, iter dicitur. Seorsum uero a se non potest agere iumentum, uel uehiculum ducere, quĩ iter tantum habet. Insti. eod. in prin. Actus, est ius agendi uel iumẽtum, uel uehiculum: ita qui iter habet, actũ nõ hȝ: q̃ actũ hȝ, iter hȝ, id est, cõmoditatẽ itineris, eoq; potest uti etiã sine iumentis: non tamen habet duas seruitutes: ut. j. de annu. l. i. Via est ius eundi, agendi & ambulandi. Nam & iter, & actum in se uia ꝓtinet: ut Inst. eo. §. iij. Sed hoc amplius hȝ q̃ actus, quia uiae latitudo in porrectum octo pedes habet: in anfractu, id est, ubi flexum est, sedecim. Latitudo autem actus, & itineris, ea est, quae demonstrata est: quod si nihil dictũ est, hoc arbitrio statuendum est. Item ille qui uiam habet, ius trahẽdi uel lapidem, uel trabẽ, uel ferendi rectam hastam habet: quae non permittuntur ei, qui habet actum: spectat enim, quod fructus eo mõ possunt laedi. Aquaeductus est ius aquae ducendae per fundũ alienum: siue fistula utatur aqua, siue quolibet alio fictili instrumẽto: non lapide strato: Inter seruitutes rusticorum praediorum computatur etiam Aquae haustus, id est, ius hauriendi aquam de puteo, uel fonte uicini. Itẽ

Iter.

Actus

Via.

Aqducus.

Aq haustus.

Appulsus. pec. Pascẽdi. Calcis coq. pecoris ad aquā appulsus, id est, ius appellendi pecora agri mei per prædiū uicinum ad fontem uel puteum. Ius pascendi pecora cibi causa. Calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, ut ex his fiant uasa, uel instrumēta, uel granaria, uel ædificia in meo prædio uicino: quibus fructus prædij mei reponantur, uel exportētur, uel quid simile fiat, quod ad culturam uel fructum agri mei percipiendum necessarium est. Et est hoc generale in omni prædiali seruitute, q; hactenus teneat eaꝝ constitutio, quatenus expediat prædijs: id est, ad fructus eorum percipiēdos: & ideo etiam dicunť prædiales.

Communia prædiorum tam urbanorum, quàm rusticorum.

Quæ sint specialia urbanis & rusticis prædijs, & quid ꝓprij iuris singula habeant, in præcedentibus titulis tractatur. Sed quia in quibusdam urbana & rustica prædia cōueniunt, & quādam cōmunionem inter se habent: ideo tractatur in hoc tit. q̄ sint cōmunia utrisq; seruitutibus. Illud tamen sciēdum, q; seruitutes prædioꝝ omnium ab eo denominatæ sunt, quoniam sine prædijs constitui non possunt. Nemo enim potest seruitutem acquirere uel urbani, uel rustici prædij, nisi qui prædium habet. Nec quisquam debere, nisi qui & ipse habet prædium.

Si seruitus uendicetur, uel ad alium pertinere negetur.

Omnes actiones cōpetentes pro seruitutibus rusticis uel urbanis eoꝝ sunt, quorū sunt prædia: & ideo quia parum esset seruitutem habere, nisi eius nomine posset īstitui actio: ideo de actionibus nomine seruitutū, uel occasione earundem competētibus tractat hic titulus. Dātur autem pro seruitutibus duæ actiones, tam Confessoria ei, qui seruitutem sibi competere contendit, q̄ Negatoria, quæ domino, qui negat datur: de quibus diximus. ā. si. usufru. pe. Cōfessoria. Negatoria.

Quēadmodum seruitus amittatur.

Quibus modis, & qualiter seruitus nobis acquiratur, in præcedentibus expositū est. Sed quia nihil adeo stabile aut firmū in humanis rebus est, quod non patiatur aliquam ímutationem: ideo etiam quēadmodum seruitutes amittantur, aut perdātur, futurū erit. Et primo ꝑ cōfusionē: ut ecce si prædium tuum seruiat mihi: & eius dominium sim nactus insolidum, uel tu insolidum nactus es dominium mei, extinguitur seruitus. Secus si communicarem tibi meum pro parte. Iura autem prædiorum morte, & capitis diminutione non pereūt. Omnes autem seruitutes per non usum scilicet. x. annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes amittuntur: excepto itinere, sepulchro debito, & uia publica. quæ similiter non perit non utēdo. Amittuntur seruitutes remissione: ut si debes seruitutem altius non tollendi: & permiserit tibi altius edificare, uel si debeas seruitutem stillicidii immittendi in aream tuam, & permiserit tibi in ea edificare. Vel si debes mihi seruitutem per fundum tuum, & permisero tibi in loco seruienti ædificare, uel aliquid facere. Et intelligẽ hoc de remissione, non de precaria concessione: nam illa non amittit, sed retineri facit seruitutem. ȝ. cōmu- Quot modis seruitus amittitur.

nia prædio.l.si precaria.&c.j.e.l.si stil licidii Et potest seruitus retineri nõ solum per nosmetipsos:sed & per socium,& fructuarium,& bo fi.pos.sa tis enim est fundi nomine itum esse.

LIBER IX.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

LEx.xii.tab.uoluit, ut si quadrupes diceretur fecisse pauperiem, id est, dãnum, & uerum esset:quod aut id quod nocuit,id est ipsum animal quod noxiam commisit,aut æstimatio noxie,id est,dãni offeretur. Pauperies autem est damnum, sine iniuria facientis datum : nec enim dici potest animal iniuriam fecisse, quod sensu caret.Et tũc habet locum hæc actio, quãdo quadrupes cõmota feritate, id est præter naturam sui generis nocuit: puta si equus calcitrosus calce percusserit,aut bos cornu petere solitus petierit, aut mula propter nimiã ferocitatem. Si autem propter loci iniquitatem, id est, asperitatem, aut propter culpã mulionis, aut si plus iusto onerata quadrupes in aliquem onus eiecerit cessabit hæc actio. Itẽ si canis cũ duceretur ab aliquo asperitate sua euaserit, cessabit hæc actio: & tenebitur qui canẽ ducebat damni iniuriæ. Et sicut ista actio directe datur,quando quadrupes nocuit:ita utilis competit, quando aliud animal pauperiem fecit.

Pauperies.

Ad legem Aquiliam.

Aquilia lex

Lex Aquilia plebiscitum est:nam Aquilius Tribunus plebis eam a plebe interrogauit : proponitur autem propter damnum actio legis aquiliæ,uel damni dati.Et dicitur Damnũ à demo,uel à diminutione patrimonij ut.j.de dã.infec.l.iij.nã quod cunq; dixeris non errabis Et locum habetc cũ damnũ culpa est datũ.Si er go damnũ nullo modo sit datũ, ut quia res inde nõ est facta deterior,uel etiã facta est inde melior,cessat aquilia:ut,ecce oliuã nõdũ maturã decerpsisti, uel segetẽ desecuisti maturã, uel uuas maturas nõ proiiciẽdo eas in terrã,cessat aquilia. Et erant olim tria capitula,siue capita huius legis. hodie sunt duo tantũ:scilicet primũ & tertiũ:secũdũ aũt in desuetudinem abit,tertio in eius loco,posito.Lege aquilia capite primo cauetur, ut qui seruũ,seruã ue alienã,quadrupedẽ,uel pecudẽ alienã iniuria occiderit,quãti id eo anno plurimi fuerit, tãtũ eius dari domino debet.Et cõtra inficiantem,id est,negantẽ datur hæc actio in duplũ.Et Pecudis appellatione ueniũt hic oĩa pecora,q̃ gregatĩ pascũtur ueluti oues,capri,boues,eq, mu li,asini,& sues.Canes autẽ,ursi,& leones,& pãtheræ magis in numero bestiarũ sunt,q̃ pecudũ. Tertio capite legis aquiliæ tenetur,qui præter hominẽ & pecudẽ occisum damnũ dederit:puta si quis usserit,fregerit rup erit iniuria(id est, culpa)quanti ea res erat in dieb⁹ trigintą proximis, tanti domino condemnabitur.

damnum

Pœna aqliæ

De his qui deiecerũt, uel effuderunt.

Titulus iste exponitur, id est, de his ex quorũ domo est aliquid deiectum,uel effusum:uel qui deiecerint, uel effuderit,quo uulgo iter fit,uel in quo cõsistitur:quãtũ ex ea re dãnũ datũ,factũ ue erit,in eũ qui ibi habitauerit actio daf.Et est publice utile,imo

summa utilitas huius edicti: ut sine metu & periculo per itinera cõmeari liceat. Si quid etiam suspẽsum deci dat, similiter deiectũ dicit, quãuis nemo effuderit uel eiecerit.

De noxalibus actionibus:

Noxalis actio. Noxales actiones appellantur, quæ non ex cõtractu, sed ex noxa id est culpa, atq; maleficio, per seruos nostros dato, contra nos dominos instituuntur, quarũ actionũ uis, atq; potestas hæc est, ut aut per æstimationem damni per seruũ datũ dominus soluat: aut si eo grauatus fuerit, liceat sibi deditione, id est, traditione istius corporis, quod deliquerat, tuitare litis æstimationem. De materia huius ti. diximus. ĝ. si ex nox. cau.

LIBER X.

Finium regundorum.

Confinia. Actio Finium regundorũ, nascitur quando fines cœperũt turbari: & proponitur ad distinstionẽ finiũ propriorũ cuiusq; faciendam. Et hꝫ locũ in rusticis prædijs tantũ. In urbanis autem prædijs locum habere nõ potest: quia urbana prædia sibi nõ sunt ꝯfinia. sed magis dicunt Vicina. j. e. l. iiij. §. hoc iudiciũ. Cõfinia. n. ea dicunt, q̃ adeo sibi proxima sint, ut nullus medius paries

Vicina. interponatur. Sed urbana parietibus distingui ꝯsueuerunt. Et ideo ubi non possunt dirimi fines occasione ꝯtrouersiæ finitimorũ, permittit iudiciũ finium regũdorum, id est, dirimẽdorum, uel separãdorũ: quo casu opus est, ut ex alterutrius prædio alij adiudicandũ sit: & is cui adiudicat, pro eo quod ei adiudicat certa pecunia condemnandus est. In iudicio Finium regund. Cõi diuidundo, Famil. ercisc. singulæ personæ duplex ius habent, Actoris & Rei.

Familiæ ercisc undæ.

Quia sæpe nihil prodest petere, nisi & liceret diuidere. Nã segnius expediũt cõmissa negotia plures, ut dicit gl. i. l. si plures. j. de admi. tut. Itẽ nãle uitiũ est, negligi quod cõe: ut sibi nihil habere, q nõ totũ habeat, arbitret: deniq; suã quoq; partẽ corrũpi patit, dũ inuidet alienæ. C. qñ & quibus quar. pars. l. ij Ideo ponunt hic diuisoria iudicia. Et exponit Familia hoc titulo, id est, hæreditas: sicut etiã i. l. fi. C. de uerb. sig. Ercisciũdæ aũt, id est, coercẽdæ, uel diuidẽdæ. Erctũ. n. antiqui dicebãt, teste Festo: tũ coercto, & Erciscere uerbũ, id est frequẽter coercere. Et utimur antiquo modo Comicorũ loquẽdi, dicẽtes, Erciscũdæ, pro Erciscẽdæ: & Regũdorũ, pro regẽdorũ. Diuidũdo: pro diuidẽdo, ꝓpter affinitatẽ istarũ uocaliũ inter se, ut dicit Priscianus li. i. artis grã. Sic & Plautus in Amph. Vt uos in uostris uoltis mercimonijs emũdis uẽdundisq; &c. Et ꝓficisci hi actio ex. l. xij. ta. Nã cohæredibus uolẽtibus a cõione discedere, necessariũ uidebat aliq actionẽ constitui, qua inter eos res hæreditariæ distribuerent: q casu iudex cognoscat ante oĩa, an actor sit cohæres. Nisi. n. cohæres sit neq; adiudicari ei quicq̃ oportet, neq; aduersarius ei ꝯdẽnandus est. Per familiæ ercisc. actionẽ diuidit hæreditas, siue ex testo, siue ab intestato, siue ex lege. xij tab. siue q̃cunq; lege deferat hæreditas, Vel ex Senatu uel ex ꝯstitutione. Et gñaliter eorum dũtaxat diuidi hæreditas potest, quorum potest esse hæreditas.

Familia. Erciscere.

Communi diuidundo.

Communi diuidundo iudicio cõmnuium rerum diuisionẽ petimus ubi ergo res cõmunis non est, cessat communi diuidundo actio. Et non refert, an res inter aliquos communis sit cum societate, uel sine societate, semper enim datur hoc iudicium. Cum societate dicitur res cõmunis, ueluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt, animo ineundæ societatis. Sine societate dicitur res communis inter eos, quibus eadem res testamento legata est. Per hoc iudicium corporalium rerum fit diuisio, quarum rerum dominiũ habemus: non etiam hæreditatis. Nec in ista actione uenit uniuersitas, sed res singulares tantum ueniunt: ut.j.eo.l. per hoc iudicium. Item in hac actione nihil uenit ultra diuisionem. rerũ ipsarum, quæ communes sunt: & siquid in his damni datum aut factũ sit, Item ueniunt sumptus facti in re communi nomine meo, uel nomine socii. Item ueniunt percepta ex re communi, uel propter rem communem. Item uenit in hanc actionem ne inuito socio aliquid fiat in re communi. Est autem hæc actio ex quasi contractu: ut Insti.de ob. quæ ex quasi contra.§.si inter. Mista est in rem & in personam: ciuilis est, hæredibus datur, & in hæredes.

Côis res.

Quæ ueniunt i actiõe cõi diuid.

Ad exhibendum.

Hæc actio necessaria est, et effectus eius in usu quotidiano, & maxime propter rei uendicationem introducta: est enim præparatoria rei uendicatio. Exhibere autem est facere in publico (id est, apud iudicẽ) potestatẽ uidendi & apprehendendi ipsam rẽ ut ei qui agit experiundi sit copia.j. eo.l ij. In hac actione actor omnia noscere debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur, quæ necessario faciunt instructionem: ut si pro seruo agatur, debet dici rufus sit, an albus, uel niger, paruus ul' magnus: & q̃lita tẽ mẽbrorũ. Sic & in aliis rebus sunt signa dicenda. Itẽ si erat instrumẽtũ ds fieri facultas legendi: itẽ & describendi. Et proprie dicitur Exhibere, id est, extra secretũ habere: ut.j.de tab. exhib.l.iij.§.quid sit.& de hom.lib. exh.l.iij.§.ait prætor.& de uer.sig.l. ult. Et competit hæc actio contra quẽuis possessorem. Fit autem condemnatio in hac actione inquantũ fieret, si rei uendicatio ageretur. Est autem hæc actio arbitraria. Inst.de act. §.præterea.& ideo ferri possunt in ea duæ sententiæ. Stricti iuris est, ut cæteræ arbitrariæ: personalis est, ut dicit.j.eod.l.ij.§.est autem.

Exhibere.

LIBER XI.

De interrogatoriis actionibus.

Quædã interrogationes olim fiebant propositis actionibus. Interrogabatur enim hæres in iure (id est, apud iudicem) qua ex parte hæres sit, quoties aduersus eum actio instituitur, & actor dubitat. Et erat interrogatio tunc necessaria, cũ in psonam. i psonalis actio agebat & cõpellebat aduersarius respondere ad interrogationes, etiam ante litem contestatam. Hodie autẽ talibus interrogatoriis non utimur: quia nemo cogitur ante iudicium de suo iure aliquid respondere. Ideoq; minus frequentãtur, & in desuetudinem

nem abierunt. Itaque tantummodo ad probationes litigatoribus sufficiunt ea quæ ab aduersa parte sponte confessa fuerint apud iudicem.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

Si inter plures Familiæ erciscundæ, id est, hæreditatis diuidendæ actio agatur, & inter eosdem Communi diuidundo iudico altero intentato, aut Finium regundorum, eundē iudicem adire debent, quo facilius coire cohæredes uel socii possint: & in eundem locum omnium præsentia fieri debet: Et hoc contingit tribus rationibus: Primo, ratione coniunctionis causæ: quia sunt consortes, & coniuncti. Secundo, ratione reconuentionis: nam cum quilibet est actor & reus, ergo qui libet agit & reconuenitur: apud eundem ergo iudicem hoc fiat. Tertio, ratione absurditatis euitandæ: posset enim esse, φ unus aliter adiudicaret q̃ alius, uel aliter fines designaret.

De seruo corrupto.

Qui seruum aut seruam alienum uel alienam corrupisse, uel ei quid persuasisse, quo deteriorem eum faceret conuincit, quanti ea res erit in duplū actio daē. Et daē directa actio domino cuius seruus corruptus est. Vtilis autem datur eis, qui habent ius in seruo: ut usuariis usufructuariis, creditoribus, & bonæ fidei emptoribus. Corrumpit autem seruus siue de bono fiat, malus, siue de malo deterior: & fit hoc psuasionē. Est autem Persuadere plusquam compelli, & cogi sibi parere: ut. ȷ̃. eo. l. i. §. persuadere. Aestimaē autem in hac actione quanti deterioratus est seruus in corpore, uel in animo, ex persuasione mala Item æstimantur res, quas subtraxit incontinenti post corruptionem, & postea quā fugit a domino. Si autem ex interuallo post fugam det damnū, uel surripiat, nō æstimaē in hac actione cōtra corruptorē. Restituiē aūt in duplū dānū datū, nec distinguiē uiuat, uel mortuus sit seruus uel manumissus: ut. ȷ̃. eo. l. si quis §. ult. & l. in hoc. & l. Neratius. Ad similitudinem huius actionis datur patri utilis actio filio uel filia corrupta in eam summam, quam ipse æstimauerit suo iureiurando: ut tamen iudex refrenare possit talem æstimationem, sicut facit in actione iniuriarum. Insti. de iniur. § pœna. de hoc Insti. de act. §. omnes autem actiones. in glos.

Corrūpere seruum. Persuadere. *Actio utilis*

De seruis fuggitiuis.

Quia ex corruptione seruorum sæpe contingit eos fugere, & de relinquere dominum suum: ideo tractatur hic materia fugitiui serui. Est autem Fugitiuus qui ea mente recedit a domino, ne postea reuertatur ad eum, licet mutato cōsilio redeat, quia nemo tali peccato pœnitens desinit esse nocens. Erro autem dicitur, qui animo redeundi quandoq; discedit: ut. ȷ̃. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. erronem. Ille ergo qui seruum fugitiuum celat, id est, occultat, fur est. Est aūt Celare quādo quis uult ignorare ad quem ea res pertinet, alicuius emolumenti causa: quo casu etiam lege Fauia de plagiariis criminaliter tenetur: ut dicemus. ȷ̃. ad. l. fa. de plag. Pro uidetur autem domino uolenti requirere seruū; quia po

Fugitiuus *Erro.* *Celare*

test adire præsidē:ut uel per se,uel per magistratus. uel per milites stationarios,uel apparitores,dominū adiuuēt in requirendis fugitiuis:& si non fecerint, mulctantur in cētum solidis. Et eadē multa imponitur in eū, qui quæri apud se ꝓhibuit. Debet enim quilibet etiam senator pati in domo sua scrutari cubicula,& uestigia occultantis. Itē datur potestas cuilibet cōprehendenti fugitiuum seruū,ut ipsū diligenter custodiat. antequam in publicum exhibeat, id est, magistratui tradat:imo uincire permittitur:ut.j. l.i.&.ij.&.l.diuus.

De aleæ lusu,& aleatoribus.

Lusus Lusus aleæ est omnis qui uiribus fortunæ nitit:& est omnis prohibitus, ne fiat in pecunia: prætérquā si quis certet hasta,uel pilo iaciēdo, uel currendo,saliendo,luctando,pugnando:fit enim causa uirtutis,id est fortitudinis corporis:ut in Autē.ut om. obe.iu.in prin.Itē pro eo,quod ponitur in conuiuio uescendi causa,permittit ludere familiam, ut sic possint alii qui ludere inter se causa comestionis faciēdæ. Alias sit ludat in ludo ꝓhibito,non tenet sponsio:imo qńq; datur repetitio. Aleator autē est,qui lu- Alea- sum aleæ consueuit apud se causa sui tor. emolumenti exercere:sicut & in cauponibus dicit.§.nautæ,caup.stabu.l. i.§.caupones.Hic autem odiosus est iuri,ut neq; iniuriaɽ,neq; lege aquilia agē possit,si ludi occasione ubicūq;, uel qñcunq; fiat ei dānū uel iniuria:ut quia dicat falsos talos dedisse,uel corruptū uinū uendidisse.Sed & si fiat ei furtum domi eo tempore, quo alea apud eum ludebatur, nō dat ei actio Do- furti,a quocūq; fiat furtū.Domus aūt mus. pro habitatione & domicilio hic ponitur.Et Lusor:qui compulit collusorem ludere,mulctat, aut in latumias Lusor ducitur,id est, in carcerem: quia ibi Latu- latent incarcerati.ut.j.eo.l.i.§.ulti.so- miæ. lent enim quidam cogere ad ludum, uel ab initio, uel dum uicti retinent amissa.j eo tit.l.ij.

Si mensor falsum modum dixerit.

Quia in actione Finium reg.necessarium est mensorem adhiberi, qui sinis contendentium metiatur: ideo ponitur hic, quid iuris sit,si mensor dixerit falsū modum. Datur autem aduersus mensorem agrorum actio in factum:ab eo enim nos falli non oportet.Nam interest nostri, ne in modi,id est mensuræ renuntiatione fallamur, si forte de finibus contentio sit,uel emptor scire uelit uenditor cuiusmodi, id est, quantæ mensuræ ager uenditus sit. Et quia talis mēsor operam suam beneficij loco præbet, datur ei non merces, sicut in locato: sed quoddam ad remunerandum, quod Honorarium appellatur.Et punitur dolus malus duntaxat in mensore.Nam si imperite uersatus est,sibi imputare debet,qui eum adhibuit.Si militer si negligēter egerit,æquè mēsor securus erit:dummodo non sit lata culpa, ista enim dolo comparat.

Men- sor agro- rum.

Hono- ratiū.

De religiosis,& sumptibus funerum, & ut funus ducere liceat.

Religiosus locus est, in quo aliqs est sepultus etiam si seruus sit.l.ij.i. respon.j.eo.de quo.§.de rerum diui. Funeris uero sumptus dicit,qui ideo fit,ut funus ducatur,uel sepeliatur:puta si quid est impensum in elatione mortui,uel ad corpus custodiēdum, uel cōmendandum,uel in locum,uel in marmor emēdum ubi sepeliatur

Reli- gio. sumu.

defunctus: qui locus etiam dicitur Sarcophagus, a sarcos quod est caro, & phagin, quod est comedere: uel in uestem collocandam cum defuncto, quã cũ eo uoluit sepeliri: & quicquid corporis causa antequam sepeliatur consumptum est, funeris impensa, & potest repeti. Continetur etiam hoc edicto, ꝙ nec homo mortuus nec, ossa hominis mortui in locum purum alterius. aut in illud sepulchrum, in quo ius non est, inferantur. Qui enim hoc fecerit, tenetur ad pretium loci, aut ut corpus tollat. Si uero in sepulchrum alienum inferat, tenetur de se pulchro uiolato pœna centum aureorum. Et dicitur Purus locus, qui neq; sacer neq; sacratus est, neq; religiosus sed omnibus his rationibus caret. Sepulchrum est, ubi corpus mortui ossa ue hominis condita sunt. Et non totus locus qui sepulturæ destinatus est, fit religiosus. sed solum quatenus corpus humatum est. Monumentum autem generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus uel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum. Si uero nihil eorum inferatur, erit monumentum quod Græci Cenotaphium appellãt: quod secundum uariam orthographiam uel nouum, uel cõmune, uel uacuum significat sepulchrum. Munimentum autẽ est id, quod causa muniendi eius loci factũ sit, in quo corpus impositum est: sicut sunt clatri, uel inserta ferramenta: & illud non spectat ad sumptus funeris.

Sarcophagus. Purus locus. Sepulchrum. Monumentum. Cenotaphiũ. Munimentum.

De mortuo inferendo, & sepulchro ædificando.

Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibeatur inferre, id est, sepelire. Videtur autem prohiberi, siue in locum suum prohibeatur inferre, siue in itinere impediatur. Et propositum est hoc interdictum propterea, quia religionis interest, monumenta extrui, & exornari. Prohibet autem ædificare sepulchrum is, qui prohibet talem materiam conuehere quæ ædificationi necessaria sit: uel si machinam quis alligare prohibeatur. Prohibetur etiam hoc interdicto, ne mulier prægnans mortua sepeliatur antequam partus ei excidat.

Inferre. Aedificare sepulchrũ.

LIBER XII.

De rebus creditis: & si certum petatur condictione.

Res creditæ dicuntur, quæ ex quocunq; contractu, quo fidem alienam sequimur, nobis debentur. Est enim Credendi uocabulum generale: & dicimur credere, cuicunq; rei assentiamus, si ex eo contractu aliquid recepturi sumus. Appellatione autẽ Rei uenit pecunia, & oẽs species etiam facta, id est, ea quæ in facto consistunt. Certum autem hoc titulo mutuum est, quod peti dicit, id est, repeti, cum a debitore mutuũ repetimus: pro quo datur nobis condictio, id est, repetitio: Cõdicere enim apud antiquos repetere dicebat. Mutui autem datio cõsistit in his rebus, quæ pondere, numero, uel mensura consistunt: ut est uinum, frumentum, aurum, argentũ, & pecunia. Hæ enim res in genere suo functionẽ recipiũt, id est, cõpensationem, uel comparationem. In aliis autem rebus nõ potest ꝯsistere mutuũ, quia aliud ꝓ alio inuito creditore solui nõ potest. Appellata autem est mutui datio ab eo quod de meo fit tuum: & ideo si nõ fit tuum, non nascitur obligatio.

Res crediæ. Credere. Cõdicere. Mutui datio. Mutuũ

Creditum ergo a mutuo tantum differt, quantum genus a specie. Nam creditum consistit etiam extra eas res, quae pondere, numero, & mensura continentur: sicuti si eandem rem recepturi simus, creditum est In mutuo autem non eandem speciem, quam dedimus, sed idem genus repe-
Certū. timus, quod ideo Certū appellatur, & pro eo datur condictio certi generalissima, quae competit ex omni causa, id est, ex omni obligatione, siue sit nata ex contractu certo, siue ex incerto: dum tamen pura sit obligatio: nam ante diem uel cōditionem agere nō potest creditor. l. certi. ſ. eo.
Certi condictio. Est & Certi condictio specialis, quae competit in solo mutuo: & haec a quibusdam dicitur, Si certum petatur: ut sit proprium nomē eius actionis Alij autem appellant eam Certi cōdictionem specialem pro mutuo: de quo per glo. Insti. quib. mod. re contra. ob. § ſ in uer. condictio.

De iureiurando siue uoluntario, siue necessario, siue iudiciali.

Iusiurādū. Iusiurandum secundum Plac. est affirmatio uel negatio adhibita religione. Et competenter potuisset appellari Factum iuratum, uel Ius iuratum. Et continet iurisiurandi religio maximum remedium expediendarum litium: quo uel ex pactione litigatorum, uel ex auctoritate iudicis deciduntur cōtrouersiae. Et habet speciem quādam trāsactionis, ac maiorem auctoritatē q̄ res iudicata. Repe-ritur autem multiplex iuramentum
Iuramēti multiplex. in corpore iuris quoddam enim Voluntarium, quod pars parti extra iudiciū praebet: ideo sic dictum. quia ex uoluntate defertur, & uoluntate suscipitur: & relatum uel delatum uoluntatie suscipitur: uel recusatur. ſ. eod. l. iusiurandum quod. Quoddam Necessarium, quod ipse iudex defert. & etiam constringit ad iurandum. Nec enim potest hoc sacramētum referri, nec recusari, nisi praetendantur iusta causa recusationis. C. eo. l. generaliter. §. sui autem. Quoddam Iudiciale, quod defertur a parte parti in iudicio iudice approbante & confortante: dictum a iudicio. Istud non est necessariū subire, imo, potest recusari. C. eo. l. delato est ista iuramenta dicuntur de ueritate, de quibus loquitur hic tit Est etiam iuramentum in litem, quod procedit in infinitum: & est de affectione, de quo. ſ it proxi. Est & iuramentum Calumniae, & hoc de credulitate: de quo dicitur. C. de iureiur. cal. cau. fa. Item iuramentum Tutoris, utrum sit creditor uel debitor pupilli: & hoc similiter dicitur de credulitate: de quo in Auten. ut hi qui obl. se per ha. res mi. §. j. col. vj. Item Testis, & hoc de ueritate ut C. de testi. l. iusiurandum. Item Purgationis. C. de his quia ad eccl. confu. l. quanti. Item ratione aetatis: ut in constitutione de pace tenen. l. hac edictali. §. sacramento. Item Iudicis & Aduocati: ut. C. de iudi. l. rem non nouam. Est ergo Effectus iuramenti, ut dato iureiurando nihil aliud quaeratur, q̄ an iuratum sit: remissa quaestione an debeatur, quasi satis probatum sit iureiurādo. Est & manifestae turpitudinis, & cōfessionis, nolle iurare, nec iusiurandum referre. Effectus iuramenti.

De in litem iurando.

Praecedens iuramentum est de ue-

rem hic sequitur unum iuramentum, quod est ex uoluntate, siue affectione & appellatur hoc iuramentum in litem, quia æstimatio litis iuxta affectionem iurantis taxatur. Et datur illud iuramentum in actionibus in rem, id est, realibus, quorum sunt decem: ut Insti. de actio. §. præterea. Et in actione ad exhibendum, & in bonæ fidei iudiciis iuratur in litem. Sed iudex potest præfinire certam summam, usque ad quam iuretur. Itemque & si iuratum fuerit, licebit iudicem absoluere, uel minoris condemnare. Nec potest alius iurare in litem, quam dominus litis.

De condictione causa data, causa non secuta.

Condictio hic, & in omnibus tit. seq. exponitur, id est, repetitio. Si quis ergo ob rem non inhonestam dederit pecuniam, puta ut si filius emancipetur, ut seruus manumittatur, uel a lite discedatur: causa secuta propter quam dedit, repetitio cessat. Sin autem causa secuta non fuerit, potest condicere, id est, repetere, quicquid taliter datum est.

Cōdictio.

De condictione ob turpem causam.

Prior tit. de condictione ob causam, futuram causam tantum respicit, honestam tamen: hic uero tit. etiam præteritam & futuram, & non honestam respicit, sed turpem. Omne igitur quod datur aut ob rem datur futuram, aut causam datur præteritam. Si ob rem aut turpem, aut honestam. Ob turpem, aut quia dātis sit turpitudo, non acipientis: aut accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut utriusque. Ob rem igitur honestam datum, ita repeti potest, si res propter quam datum est, secuta non est. Quod si turpis causa accipientis fuerit tantum etiam si res secuta sit, repeti potest: ut puta si dedi tibi decem, ne sacrilegiū faceres ne furtum, ne hominem occidas: qua specie condici potest, id est, repeti. Item etiam si iudici dedi, ut secundum me in bona causa pronunciaret, est locus condictioni: iudicem enim corrumpere uideor. Ubi autem & dantis & accipientis turpitudo uersatur, non potest repeti: ueluti si pecunia det, ut male iudicet: uel si quis in adulterio deprensus redemerit se, quia in pari causa turpitudinis, potior est conditio possidentis l. in pari. infra de reg. iuris.

Cōdictiōe ob turpē cāū.

De coniunctione indebiti.

Si quis indebitum ignorans soluit, per hanc actionem condicere potest, id est, repetere. Sed sciens se nō debere, si soluit, cessat repetitio. Et est triplex indebitum: Primo modo naturaliter, & ciuiliter: ut quando nullo modo debet. Secundo, quando est naturaliter indebitum, sed debitum ciuiliter, ut patet in chirographo ante bieniū. Item quoties mihi qs ciuiliter & naturaliter tenet, si pacto uel iureiurando liberatur, remanet ciuiliter debitum, sed naturaliter indebitū. Et hæc duo indebita indistincte repetuntur: siue per ignorantiam facti probabilem ut in alieno facto: siue non probabilem, ut quia in suo facto: siue per ignorantiam iuris. Nam non nocet iuris ignorantia in damno uitando. Tertio modo est indebitum ciuiliter, sed naturaliter debi-

Indebitū triplex.

tum: ut inter patrem & filium, & inter fratres i eiusdē ptāte patris existētes: itē inter dominū & seruuȝ. item in legato minus solenni, uel etiam solenni, si saltem per falcidiam minuatur: item in eo qui est absolutus per sententiam. In talibus autem indebitis solutis distinguitur, an per errorem iuris soluantur, & tunc nō repetuntur: an facti & minus probabilem & tunc idem: an per probabilem, & tunc repetuntur. Item quæ causæ hanc actionem inducant, habentur in l. suffic. j. eo. Item quæ faciant eam cessare, habentur in l. si procurator in fi. Item inquantum detur, ponitur in l. indebitum, & l. indebiti. j. eo.

De condictione sine causa.

Sine causa

Est & alia species condictionis: Si quis enim sine causa promiserit, uel soluerit, aliquod indebitum, quod promisit sine causa ut qa credebat se teneri ex testamēto ad legatū præstandum, cum non ualeret testamentum. uel erat ademptuȝ in codicillis condicere quantitatem non potest, quam non dedit, sed ipsam obligationem. Sic ergo condictio sine causa locum habet aliquando cum condictione indebiti, si indebitum solutum est. Item & sine eadem si non est solutum, sed promissum Item concurrit cum condictione ob causā: ut si fuit ab initio causa aliqua promissionis, sed ea secuta non est ut. j. eo. l. i. §. sed si ob causam. Item concurrit cum condictione ob turpem causam: ut si ex parte dantis non interueniat turpitudo. Item cō currit cum condictione furtiua: ut C. eo. l. pe. fur enim de fructibus condictione sine causa conueniatur. & cō dictione furtiua. ut. C. eo. l. pen. & j. de condi. fur. l. in re §. ulti.

LIBER XIII.

De condictione furtiua.

Cōdictio rei.

Condictio, id est, repetitio rei furtiuæ soli domino rei datur, cuius res est, surrepta, Itē hæredi eius: ut. j. eo. l. i. §. sed nec. Neque alius ea condictione tenetur, quam ille qui furtuȝ fecit aut hæres eius. Et per decisionem furti non tollitur condictio. Differunt autem Actio furti, & Condictio furtiua quia Furti actio pœnam petit legitimam: Condictio uero rem ipsam. Actio furti. Propter hoc fit, ut neque furti actio per condictionem, neque condictio per furti actionem consumatur, Est itaque in optione eius, cui furtum factum est, agere actione furti, uel condicere id est, hanc actionem instituere, uel rei uendicationem, uel ad exhibendum actionem: & hoc in odiū furum, ut pluribus actionibus teneantur. Insti. de act. §. sic itaque. uer sic. plane.

De condictione ex lege.

Quandocunq; obligatio, aliqua uel actio, ex noua lege introducitur nec cautum est, quo genere actionis experiamur: agendum est condictione, hoc est, beneficio illius legis, quæ hoc introduxit. Exēpluȝ potest ponī in nudo pacto donationis: ex quo datur condictio ex lege: ut. C. de dona. l. si quis argentum. §. ult. & in nudo pacto de salario præstando: ut. C. de suffra. l. j. Item in. l. si quis in tantam. C. unde ui. in. c. sæpe. de restitu. spo. in. c. reintegranda. iij. q. j. cum si.

De condictione triticaria.

Triticaria condictio locum habet in omni specie & quantitate: nisi debita sit ex cā mutui: Itē, & ī re corporali: puta seruitute p̄sonali, ul' prædiali. Itē & p̄ possessor. quamuis obligatus est mihi dare. In rebus autē mēis ꝯdictio nō cōpetit tibi ꝯtra furē. j. e. l. j. & . ij. Sic ergo & in certis nō tamē oībus: quia nō in mutuo in incertis, puta seruitutibus, locum habet condictio triticaria. Vnde uidef ꝙ istæ duæ condictiones habeant se ut excedentia & excessa. Vnde autē dicatur Triticaria, in nullo quidem loco reperitur: potest tamen probabiliter dici, quòd assumpserit nomen a Tritico auctore non dico prætore, ciuilis est enim actio: sicut omnes cōdictiones. Sicut de Publiciana dicitur Inst it. de act. §. quia sane. tem qualiter in ea fiat condemnatio, habetur in. l. peti. eod. ti.

De eo quod certo loco dari oportebit.

Quia nonnunquā uaria fit æstimatio rei, propter locorum diuersitatē: ideo positus est hic titulus, quo continetur, quòd si quis alio loco quā in quem dare promiserit, soluerit: sit stipulatori facultas agendi actione huius tit. quæ arbitraria est, id est, iudicis officium plurimum in ea exuberat. Iniquum enim erat, si p̄missor ad eum locum, in quem daturum se promisisset, nunquam accederet: quod uel data opera faceret, uel quia aliis locis distrigeretur, nō posse stipulationem ad sibi debitum peruenire: ideo uisum est, utilem actionem, id est, efficacem, in eam rem comparare.

De constituta pecunia

Cōstituere large dici potest, quisquis pro alio se obligat. Sed hic ponitur pro eo tantum, qui quod alius debet se soluturum constituit. Nec distinguitur, ex qua causa quis debeat, certa uel incerta: ciuili, uel honoraria: dum tamen debitum efficaciter potuerit peti, & exigi, uel saltem solutum retineri: ut quia naturale tantum erat debitum: nam quod debet seruus meus: uel filius: ego nomine eius constituere possum me soluturum etiā ultra uires peculij Nomine autem meo ultra uires peculij si constituā, nō teneor. j. e. l. j § ul. & l. ii. Per hoc edictu3 Prætor fauet naturali æquitati, qui ꝯstituta ex cōsensu facta custodit: quoniam graue est fidem fallere. Fit autem constitutio nudo pacto. Item fit pure, & in diem, & sub condictione. Ite3 fit inter: præsentes & absentes. Item fit quibuscunque uerbis, idoneis saltem ad exprimendum hunc sensum, quod debitum paciscatur se soluturum. j. e. l. qui autem. § ult. Est autem effectus constitutiōis, quia ex ea nascit actio, de cōstituta pecunia, siue aliqd in pōdere numero uel mensura, siue in specie, uel in facto constituatur. Nomen enim Pecuniæ generale est: quia possibile est omnes res in pecuniam cō uerti C. eod. l. ij. Sublata ergo actione receptitia sufficiat hæc actio in oībus. Si autem plures sint constitutores, tenetur quilibet insolidum: sed habet beneficium epistolæ. ut diuidatur actio: inter oēs, qui tēpore litis contestatæ sint soluendo. Et est hæc actio prætoria, personalis, & perpetua: Insti. de act §. de pecunia. &. C. eod. l ij.

Effectus cōstitutionis. Pecunia.

Commodati, uel contraria.

Commodatum est alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuito facta cocessio. Dicitur Cocessio & non Translatio: quia is, qui cōmodat, retinet dominium & possessionem. j. e. l rei commodatæ. Et dicitur gratuita, &c. nam interueniēte mercede, uel specie, transibit res in locationē, uel in contractum innominatum, do ut facias: ut Insti. man. §. ul. ad aliquem usum, ideo dixi ut notetur differētia inter Cōmodatum & Precariū. precarium enim conceditur sine certi usus præsumptione unde quandocūq; reuocari potest. j. de preca. l. cum precario. Cōmodatum autem ad certum usum cōceditur: ut cōmodaui equū, ut ad uillam duceres: scalas, ut fenestris supponeres. &c. unde Cōmodatum non reuocatur, nisi finito usu ad quem est concessum. Alioquin tenetur cōmodator cōtraria cōmodāti. Adiuuari enim nos, non decepi, beneficio oportet. j. e. l. in cōmodato. §. sicut. Et dicitur Cōmodatū quasi commodo utentis datum. Consistit Cōmodatum in rebus mobilibus. & se mouentibus, & in imobilibus. Item & in incorporalibus, puta seruitute habitandi: ut. j. e. l i. Ex cōmodato autem duæ oriūtur actiones: Directa, quæ datur cōmodanti & eius hæredi contra cōmodatariū, & hæredem eius: quæ continet restitutionem rei non deterioratæ: nec enim uidetur reddita res. si reddatur deterior: ut. j. eo. l. seruum. §. i. & ideo debet præstari interesse, ut ibi dicitur. Contraria autem datur cōmodatario, & ei⁹ hæredi contra cōmodantem, & eius hæredem: & proponitur ad impensas maiores in ægritudines serui cōmodati factas. Item qui cōmodauit scienis uasa uitiosa, tenetur Contraria: si infusum uinum uel oleū corruptum, effusum ue est. Item uenit in Contrariam, ne intempestiue reuocet cōmodatum. Item si cōmodator rē cōmodatā mihi surripiat, & ego ignorans eum surripuisse, præstiti ei æstimationem rei, uel interesse.

Preca rium.

Qui b⁹ re b⁹ cō moda tū ɔsi stit.

De pignoratitia actione.

Pignoris obligatio cōtrahitur re, & gratia ut iiusq; id est creditoris & debitoris. ut Insti. qui mo. re cō. ob. §. creditor. Nā ita demū locū hȝ Pignoratitia, si res ī ret reueniat, idest, creditor eā a debitorē accipiat, ul' accpiat auctoritate iudicis j. ut in possess. l is cui. §. qri. Licet Hypothecaria sola conuentione nascatur, & rei traditio nihil ad eam operetur, nisi in casu l. non est. §. i. j e. de Hypothecaria tractatur. j. de pig. Sed hic de Pignoratitia actione directa, & contraria agamus. Habet autem directa locum soluto debito creditori, ul' aliter satisfacto: nec aliter nascitur pignoratitia. Satisfactum autem accipimus quemadmodum uoluit creditor, licet non sit solutum: siue pignoribus alijs sibi uoluit caueri, ut ab hoc recedat, siue fideiussoribus, siue reo dato, siue pretio aliquo, uel nuda conuentione. Itē extinguitur pignus, nouatione uolūtaria. Idemq; si accepti latio sit facta, uel pactum de non petendo: uel iusiurandum sit præstitum a debitore deficiente creditore, quod ei non debet. Et datur pignoratitia ei, qui obligauit pignus suum uel alienum domino uolente. uel ratum habente. Contraria uero datur creditori ad multa: si enim decipiatur a debitore uel re ip

Pigno ratitia

Satis factū.

ſa, uel ex eius propoſito: quia obliga/ uit ei rem alienam, uel alij obligatã: niſi ea res ſit ampla. Itẽ ſi in accipien do pignore decepit eum debitor: ut ſi oſtenderit ei corpus æreum, uel ſtan neum, quod dicebat eſſe aureum, uel argenteum: & ſimilibus caſibus.

LIBER XIIII.

De exercitoria actione.

EXercitoria datur contrahenti/ bus cum magiſtro nauis, cõtra exercitorem, qui magiſtrũ præ poſuit: ſcilicet in eã cauſam, in quam præpoſitus eſt expreſſe, uel tacite. Et eſt ſumma utilitas huius edicti. Cum interdum ignari, cuius conditionis, uel qualis ſint magiſtri nauium, cu3 tis propter nauigandi neceſſitatem contrahamus, æquum fuit eum qui magiſtrum naui præpoſuit, id eſt, exercitorem, teneri. Sicut tenetur qui inſtitorem tabernæ uel negotio præ poſuit. imo maior neceſſitas contra hendi cum magiſtro nauis quã cum inſtitore eſt. Res enim patitur ut de conditione inſtitoru3 quis diſpiciat, & ſic contrahat. In nauis magiſtro non ita: nam locus, & tempus nõ pa titur plenius deliberandi conſilium. Et debemus intelligere magiſtrũ na/ uis eum, cui totius nauis anchora, id eſt, gubernatio a domino mandata eſt. Si enim cum alieno nauta quis in naui contraxerit, non datur actio ex/ ercitoria. Quanquam ex delicto cu/ iuſuis eorum qui nauigandi cauſa in naui ſint, detur actio in exercitorem. Et in hoc differet iſte titulus a ſupe/ riori, Nau. cau. ſta. ut recep. reſti. quia tit. noſter contra exercitorem ex con tractu ſolius magiſtri nauis obligat. Alius autem obligat exercitorẽ pro omni delicto in naui a nautis cõmiſ ſo. Et ratio huius differentiæ eſt: alia enim eſt contrahendi cauſa, alia de/ linquendi, qui enim magiſtrum præ ponit, contrahi cum eo permittit. Et ideo omnia facta magiſtri debet præ ſtare, qui eum præpoſuit: alioquin contrahentes deciperent. Qui autem nautas habet in naui, non contrahi cum eis permittit: ſed dolo & culpa carere eos curare debet. Exercitorem autem appellamus eum, ad quem ob uentiones, & lucra, ac reditus omnes ex naui perueniunt: ſiue is dominus ſit, ſiue a domino nauem, recepturus in ſe periculum, conduxit uel ad tem pus, uel in perpetuum.

Magiſter nauis

Exercitor.

Ad legem Rhodiam de iactu.

Lege Rhodia cauetur, uti ſi iactus mer cium gratia leuandæ, id eſt, alleuian/ dæ nauis factus ſit, tale damnum ſar ciatur omnium contributione: quia pro omnibus datum eſt. Tenetur itaq; contribuere & ille, cuius eſt nauis, quia nauem habet ſaluam. Item & il le qui fecit iactum rei ſuæ cauſa leuã dæ nauis contribuere debet etiam pro rebus iactatis. Et alij ſimul naui/ gantes unuſquiſque pro æſtimatio/ ne rei ſuæ q̃ ſalua pmanſit. Et dictus eſt hic tit. propterea ad legem Rho/ diam de iactu: quia in Rhodo inſula Lyciæ, eius frequentia prius fuit pro pter frequentem uſum mercatorum, qui ibi fuit: ut habetur in decre. diſt. ij c. Rhodiæ. Qui ergo leuandæ na/ uis gratia res aliquas proijciunt, nõ hanc mentem habent, ut eas pro de/ relicto habeant: quippe ſi inuenirent eas, ipſi reciperent: & ſi ſuſpicati fuiſ ſent in quem locum iactæ eſſent, in/

Lex Rhodia.

quireret eas: perinde ac si quis onere pressus in uiam rem abiecerit, mox cum alijs reuersurus, ut eandem auferret. Qui ergo tales res receperit, suis dominis restituere debet: quod si animo lucrandi tales res retinere contenderit, furtum cōmittet: Autē. nauigia. C. de fur.

De Institoria actione.

Sicut titulus præcedens, de exercitoria, loquitur de eo, qui naui præpositus est: ita hic titulus de his, q præpositi sunt negotijs, quos Institores appellamus. Dictus Institor ex eo, qa negotio gerendo instet. Nec est cura utrum sit præpositus tabernæ, an cuilibet alij negotiationi. Est ergo æquū, ꝙ sicut commoda sentimus ex actu institorum: ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorum, & conueniri. Si quis ergo institor in negotio sibi commisso cōtraxerit, poterit conueniri hac actione dominus, qui eum præposuit, uel instituit stationi, uel negotiationi gerendæ in eam causam, in quam præpositus est, expresse uel tacite. Et sic dicitur Institoria, ab institore scilicet præposito: quamuis Exercitoria nominetur a præponente. Et non est Institoria proprium nomen actionis: sed dicitur actio ex empto uel uendito institoria: ut. j. eod. l. cuicunq;. §. non tamen. Institor.

De tributoria actione.

Dominus qui alias in serui contractibus magnum habet priuilegium, quia de peculio, duntaxat tenetur: cuius peculij æstimatio fit, deducto eo quod domino debetur, uel his qui sunt in Domini potestate. Tamen si sciret seruum, in peculiari merce negotiari: uocatur ex hoc edicto in tributum a creditoribus, ueluti extraneus creditor, ut sit eiusdē conditionis cum alijs. Et porrigitur hoc edictum ad omnes negotiationes. Et aliud est esse peculiarem mercem, & aliud peculium: quia Peculium accipitur deducto quod domino debet: Merx autem peculiaris, etiam si nihil sit in peculio, dominum tributoria obligat: ita demum, si sciente eo negotiabitur. Et scientiam intelligimus, si sciuerit dominus, & non protestabitur: id est, non contradicit expresse, tenebitur actione tributoria. Et non solum ad seruos pertinebit actio tributoria: uerum etiā ad eos, qui nobis bona fide seruiunt, siue liberi, siue serui alieni sint, uel in quibus usumfructum habemus, dummodo merx, in qua peculiariter negotietur, ad nos pertineat. Per hanc actionem tribui iubetur dominus, quod ex ea merce, & quod eo nomine receptum est. Et inde Tributoria appellata: quia dominus simul cum alijs debitoribus in tributum uocatur, id est, in contributionem. Nō autem totum peculium uenit in tributum: sed id duntaxat, quod ex ea merce est. Peculiaris merx. Tributoria. q̄re.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium esse gestum dicatur.

Filiusfamilias factus sui iuris emācipatione, uel dignitate, uel morte patris, uel consimilibus modis, tenetur ex primis contractibus inquantum facere potest: quia actio contra filium, ex eo quōd sui iuris sit de iure ciuili admittitur. Sed per prætorem restituitur per titulum illum. s. domino. per hunc autem titulum po-

Bene/ficiũ fi lijfa/mil. ſtea modificatur. Et ſic habet duplex beneficium filiusfamil. unum in reſti tuendo, aliud in modificando. Et introducta eſt materia huius tit. a praetore, propterea ꝙ qui contraxerit cũ eo, qui in aliena poteſtate ſit, etiam ſi deficient ſuperiores actiones, id eſt, exercitoria, inſtitoria, tributoria, nihilominus tamen, inquantum ex bono & aequo res patitur, conſequetur ſibi debitum. Siue enim iuſſu eius, cuius in poteſtate eſt, negotium geſtū fuerit, inſolidum eo nomine actio datur. de quo. ĵ. tit. quod iuſſu. Siue non iuſſu ſit, tamen in rem eius uerſum fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem eius uerſum eſt. de quo. ĵ. de in rem uer. Siue neutrum eorum ſit, de peculio actio conſtituitur: ut. ĵ. de pecul. Ideo autem datur hoc priuilegium emancipato filio, ꝙ teneatur inquantum facere poſſit: quia ſic alterato ſtatu, uidet eſſe alius homo, quàm fuerat prius: unde & de ſubtilitate iuris non tenetur primis creditoribus. Sed tamen de aequitate tenetur eis ex illo edicto, de capite minutis. Illud enim edictum creditoribus primis reſuſcitat ueteres actiones utiles, uel indulget actiones in factum: ut. ſ. de capi. mi. l. i. hoc autem edictum. Q uod cum eo, &c. hic modificat actionem, inquantum facere poteſt emãcipatus, ut dixi.

Ad Senatuſconſultũ Macedonianũ.

Licet ex quolibet contractu facto cum eo, qui in noſtra poteſtate eſt, teneamur quoquo modo: ut. ſ. tit. ꝓxi. hoc tamen fallit in filiofamil. in duobus caſib⁹: un⁹ ẽ in uoto: ut. ĵ. de pol lic. l. ſi quis rem. §. uoto. Alius in mutuo, de quo tractat hic tit. ut non teneatur ipſe filius, nec pater cum effectu, prohibente hoc ſenatuſconſulto. Verba autem ſenatuſconſulti haec ſunt: Cum inter caeteras ſceleris cauſas Macedo uſurariis aes etiam alienum adhibuiſſet, & ſaepe materiam peccandi & occidendi parentes malis hominibus praeſtitit: placet, ne cui filiofamil. pecunia ab eo mutuo data etiam poſt mortem parentis praeiudicaret: ut ſcirent qui peſſimo exemplo foenerarent (id eſt, uſuram committerent) nulla poſſe actione expectata patris morte, quod ita expendiſſent, repetere. Et eſt ratio, quia ſaepe filij onerati aere alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, uitae parentum inſidiabantur: unde appellatum eſt Macedonianum ſenatuſconſultum, quia in odium Macedonis uſurarij factum eſt. Sed fallit hoc ſenatuſconſultum multis caſibus not. p glo. Inſt. quod cum eo. §. illud aliquid. per do. Sic. in. c. quia plerique. de immu. ecc. & in. c. fi. de ſol. Mace donia num.

LIBER XV.

De peculio.

PEculium quandoque ponit pro cuiuſq; patrimonio: ut infra ad Trebel. l. cogi. tamẽ improprie. qñque ponitur pro pecunia parata praeſidij cauſa: ut. ĵ. de. l. iij. l. ſi chorus §. i. Q uandoq; ponit pro rebus paraphernalibus: ut. ĵ de iure dot. l. ſi ego. §. dotis. Q uandoque ponit pro his tantum quae iuſte obueniunt ſeruo. ut. ĵ. de acqr. poſ. l. ſeruus. Q ñq; autẽ ponit & ꝓprie ꝓ eo quod ſeruus dñi ꝓmiſſu ſeparatũ hꝫ a rationib⁹ dominicis: deducto tñ ſi q̃d dño debetur uel his qui ſunt in poteſtate ſua, uel,

tutela, uel cura. Dicitur q; peculium, quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillum ut. j. eo. l. deposit. §. u'ti. &. l. sed & si damnum. §. peculiū. Competit autem peculij actio cōtra hentibus cum seruo, uel filiofamil. pa t e, uel domino nolente, uel inuito: li cet secus sit in institoria. j. &. l. si quis. §. ulti. &. l. quoties. i. respon.

Quando actio de peculio est annalis.

Post mortem eius, qui in alterius potestate fuerit, postea quàm is emācipat', manumissus, alienatus ue fuerit duntaxat de peculio, & si quid do lo malo eius, in cuius potestate est, factum erit, quo minus peculij esset, in anno, quo primum de ea re experiundi potestas erit, iudicium datur: quandiu autem seruus uel filius in potestate est, de peculio actio perpetua est (id est, esse potest) post mortem autem eius, uel postquam emancipatus, manumissus alienatusue fuerit temporalis eē incipit, id est, annalis. Annus autem utilis computabitur. Et merito in hoc casu prætor fecit temporariam actionem. Nam cum morte uel alienatione extinguitur peculium, sufficiebat usque ad annum produci obligationem.

Ann' q dat de pe culio.

De in rem uerso.

Si illi qui in potestate sunt aliena nihil in peculio habent, hi tamen qui eos habent in potestate insolidum tenentur, si in rem, id est utilitatem eorum, quod receptum est, conuersum sit: quasi cum ipsis potius contractū uideatur. Nec uidetur frustra de in rem actio permissa: potest enim fieri, ut in rem uersum sit, & cesset de peculio actio. Quid enim si dominus peculium ademit sine dolo malo. Quid si morte serui extinctū est peculium, & annus utilis præterijt? De in rem uerso nāque actio ppetua est, & locum habet siue peculiū adēptum sit, siue actio de peculio anno finita est. Datur autē hæc actio quotiescunque seruus uoluntate domini gerendo negotium eius utiliter uel non utiliter aliquid ei emerit, uel pro eo aliquod pactum iniuit. Nā etiam si ad luxuriæ materiā, uel ad delicias, uel ad turpes sumptus aliquid domino uolenti emerit, uel gesserit, tenetur dominus de in rem uerso. j. eo. l. iij. §. necnon. &. l. si res. §. quod seruū. Si autem non uolūtate domini seruus, gerēdo negotium eius, aliquid ei emerit, uel obligationem pro eo iniuit, & id postea in rem domini uertit, & si quidem uoluptarie non ad utilitatem, non tenetur dominus de in rem uerso: sed debet pati creditorem imposita auferre sine domus suæ iniuria. Si autem gessit utiliter, uel necessario, tenetur dominus de in rem uerso, etiam si ratum non habeat: ut si triticum accepit, ut aleret familiam, aut pecuniam mutuo receptam dominico creditori persoluit. Competit autem hæc actio inquantum uersum est in rem domini. Si ergo in totum sit uersum, agitur in totum: si pars, agitur pro parte. j. eod. l. si pro parte.

In rē uer. sus

Quod iussu.

Merito ex iussu domini uel patris insolidum aduersus eum iudicium datur: Nam quodam modo cum eo contrahit, qui iubet. Datur igit hæc actio, cum iussu, uel mandato domi

ni contrahit seruus:siue dirigatur iussus ad contrahentem, siue dirigatur ad seruum. Nec est in eo opus uerbis, uel scriptura: nec distinguitur, dirigatur specialiter in uno contractu, an generaliter. Nam qualitercunq; dominus uel rati habitione, uel subscriptione, siue per epistolam, uerba, aut nuntium uoluntatem suam circa contractum serui accōmodet, & tenetur quod iussu insolidum. Et est quædam differentia inter Iubere, & Mandare: quia Iussus importat necessitatem, sicut & præceptum uel imperium. Mandatum autem non importat necessitatem, sed uoluntatis sententiam. Sed quantum ad hanc actionem, non est differētia inter ea, ut liquet ex prædictis. Datur autem hæc actio hæredibus, & in hæredes, & in perpetuum, & inquantū iussus interuenerit. Nec est propriū nomen actionis, sed adiectio, ut de Institoria diximus, & de quibusdam alijs

Iubere Mandare.

LIBER XVI.

Ad senatusconsultum Velleianum.

SEnatusconsultum Velleianum, bene consulens fragilitati mulierum, statuit, ne fœminæ pro aliquo intercederent (id est, fideiuberēt) uel pro alio promitterent. Nam sicut ciuilia officia, ut sunt iudicia arbitraria, & his similia, fœminis sunt adēpta, ita multo magis adimendū eis fuit officium, in quo non sola opera & nudum ministerium earum uersatur: sed etiam periculum rei familiaris, id est substantiæ. Sunt autem uerba senatuscōsulti hæc: Quod M. Syllanus, & Velleius Tutor Cōsules uerba fecerunt de obligationibus fœminarū, quæ pro aliis reæ fierent, quid de ea re fieri oporteret, de ea re ita cōsuluerunt. Quod ad fideiussiones, & mutui dationes pro aliis, pro quibus intercesserunt fœminæ, pertinet: tametsi antea uidetur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio fiat, ne ue in eas actio detur, cum eas uirilibus officiis fungi, & eius generis obligationibus obstringi non sit æquum. Tulit autem hoc senatusconsultum opem mulieribus propter sexus imbecillitatem, quæ multis casibus huiusmodi suppositæ atque subiectæ sunt. Sed ita demum eis subuenitur, si deceptæ sint: non si decipiant. Nam deceptis non decipientibus opitulatur, uel subuenit. Cessat autē hoc senatusconsultū his casibus: Casib⁹ in senis mulier spondendo tenetur: Pro libertate, pro dote, renunciet, & si Decipiet, pretium capiat, caueatq; secūdo, Res sua, succedat illi pro quo fideiussit. glos. in. l. i. j. eod.

De compensationibus.

Compensatio est debiti & crediti inter se, id est, ex utraque parte contributio. potest enim unusquisque creditorem suum, eundemque debitorem petentem repellere, si paratus est compensare. Et est compensatio ideo inuenta, quia interest, nostra potius non soluere, quam solutū repetere, propter laborem & expensas quæ fiunt in iudiciis, & propter moram iudiciorum. Cessat autem compensatio his casibus: Primo quando ille qui praeest exercitui mandat alii, ut omnem copiam rerum exercitui administret: quod nō fecit, & propterea conuenitur mandati: tunc enim non compensat: in eius odium. l. ob

Q ñ cessat cōpēsatio.

negctium .j.eod.Item eadem ratione cum quis perperam alienam.possessionem occupauit .l. fin. in fi.C. eod.item depositarius propter suam perfidiam non compensat.Instit.de action.§.in bonæ fidei. Itē ratione incertitudinis : ut si alter debitum negetur.C.eod. l.fin. §. penul.item propter fauorem : ut in Republi. si quid ei debetur ex Calendario, id est, libro rationum: uel ex uectigalibus, uel ratione frumenti, uel tributi uel alimentorum, uel ratione statutorum, uel sumptuum: ut.C. eod.l. in ea. Et dicitur Compensatio quasi communis pensatio : ac si aperte diceret lex, non nisi in ponderibus & quantitatibus locum habet ut. C. eod.l.si consistat: Si uero ab utraque parte debetur species, uel ab una species, ab altera quātitas, uel ab utraq; parte pecunia, sed ut species, non admittitur compēsatio.C.de rei uend. l.si ex pecunia. &.ff.de pig. act.l. si conuenerit.

Cōpēsatio unde.

Depositi.

Depositum est, quod custodiendum alicui datum est, id est traditū: dictum:ex eo quod ponitur: præpositio enim De, auget depositū:ut ostēdat totum, fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet:& in totum uideatur separata custodia a deponente. Consistit autem depositū in rebus mobilibus, & se mouentibus tantum:nisi forte ubi sequestrū deponitur. Et est proprie in sequestro depositum, cum res aliqua inter plures in controuersiam deducitur, & ipsi insolidum certa conditione custodiendum tradunt, ut reddatur ei qui uincit:ergo istud depositum fit a pluribus tantum, & insolidum ab uno quoque. Cum uero rem cōmunem plures deponunt, pro parte unusquisque deponit. Item depositi quod fit apud sequestrum possessio non remanet apud deponentes : nisi aliter sit actum:scilicet ut causa custodiæ tantum detineat sequester.j.eod .l. proprie.&.l.licet.& de uerb.signi.l.sequester. Est aliud speciale in hoc deposito, qa sequester nō pōt renūtiar hoc officio recepti depositi, nisi iustissima causa interueniente, & eadē inter uenienre raro est ei restituenda res, qui uicerit:sed oportet arbitrio iudiciis apud ædem aliquam deponi.j. eod.l.ei.§.ulti. & in hoc casu competit actio depositi sequestraria.j. eod.l.si in Asia.§.cum si quæstio. Et h3 naturā depositū, q̄ si in tumultu, ruina, incēdio, naufragio, aliqd deposttū sit, si cū deponēs illud repetet, depositarius depositū recepisse inficiat, (idest, negat) tenebitur in duplū eius quod recepit:alius tenetur solum in simplum:& ista dicitur depositi Directa. Est & Contraria quæ datur depositario & eius hæredi in deponētē & eius hæredē:in qua uenit qđ utiliter est impensum a depositario in rē depositam. Hæc actio est ciuilis & personalis:nec in ea iuratur in litem. j.eod.lex ciuitatis.non est:quia regulariter nulla contraria infamat.ff.de his qui no.infa.l.fur.§.ulti.Item bonæ fidei est : Insti.de action.§.actionum.

Depositum in quibus reb' ꝯsistet.

Depositi cōtraria

LIBER XVII.

Mandati.

OBligatio mandati in consensu contrahentium cōsistit: ideo per nuntium quoque,

uel per epistolam mandatum suscipi potest. Item siue rogo, siue uolo, siue mando siue alio quocunq; uerbo scripserim. ideo saltem mandati actio est: & est mandatum ab eo, qui gratuito suscepit exhibendū. Mandatum enim nisi gratuitum nullū est. Nam originem contrahit mandatum ex officio & amicitia, officio autē ɔtraria est merces. Interueniente autem pecunia res ad locationem & conductionem potius respicit. j. eo. l. j. §. ulti. Sed non omne mandatum est obligatorium: nam ꝙ tua tantum gratia tibi mandem, superuacuum est mādatū, & ob id nulla ex eo obligatio nascit: ueluti si mādē tibi, ut pecunias tuas potius in emptiōes praediorum colloces, quam in usuras, uel ecōuerso: cuius generis mandatū magis est consilium, quam mandatum: & ob id non est obligatorium: quia nemo ex cōsilio obligatur, etiam si non expediat ei cui datur. quia liberum est cuique apud se explorare, an expediet sibi consilium: Quando autem mandatum fit mei gratia tantum, ueluti si mandem tibi ut negotia mea geras, uel ut fundum mihi emas. Item quando fit mea & aliena gratia: ut si tibi mandem, ut mihi & Titio fundum emas. Item quando fit tua & mea: ueluti si tibi mandē ut sub usuris crederes ei, qui in rem meam mutuaretur. Item tua & aliena: ueluti si mandē tibi ut Titio sub usuris crederes pecuniam, his casibus nascitur obligatio, & datur actio mandati contra mandantem, dummodo similiter mandatarius fines mandati custodierit, neque in aliquo excesserit: sed susceptum mandatum adimpleuerit. Et dicit Mandatum quasi ex manu mea datum. Ex mādato oriūtur duae actiones: Directa, quae competit cum coeperit interesse eius qui mandauit. Contraria autem actio mandauit. Contraria autem actio mandati competit, cum procurator impleuit mandatum in unctum.

Mandatū quando obligatorium

Actiones mād.

Pro socio.

Societas est duorum uel plurium conuentio honeste celebrata, ob cōmodiorem usum & uberiorem quaestum contracta, secundum Tullium Insti. eo. §. super rubr. Et potest societas coiri uel in perpetuum, id est, donec uiuunt contrahentes. uel ad tempus, puta biēnium &c. uel ex tempore, puta a natali Christi proximo in futurum. uel sub conditione. Et cōtrahitur societas siue uniuersorum bonorum, siue alicuius negotiationis: similiter etiam unius rei tantum. Et potest coiri re & uerbis id est, coniunctim interueniente re, & interueniente stipulatione: uel etiam per nuntium. Dissoluitur autem societas renuntiatione, morte naturali, & ciuili, id est, capitis diminutione maxima uel media: uel etiam aduersa fortuna superueniente: ut si quis ex sociis bonis cesserit, uel bona sua publicata fuerint: Insti. e. §. soluitur.

Societas ɔtrahitur.

Dissoluitur.

LIBER XVIII.

De contrahenda emptione, & de pactis inter emptores & uenditores compositis.

ORigo emēdi & uēdēdi a pmutatiōib⁹ coepit: olim enī nō erat ita nūmus sicut hodie:

neque aliud Merx, id eſt, res uendita,
& aliud pretium uocabatur: ſed unuſ
quiſq; ſecundum neceſsitatem tem/
porũ ac rerũ cũ utilibus ſibi inutilia
permutabat quoniã plerũq; euenit,
ut quod alteri ſupereſt alteri deſit.
Sed quia non ſemper, nec facile con/
currebat, ut cum tu haberes quod
ego deſiderarem, inuicem haberem
quod tu accipere uelles. ideo electa eſt
materia auri uel argenti, cui publica
ac generalis æſtimatio difficultati/
bus per mutationũ ſubueniret: eaq;
materia forma publica percuſſa (id
eſt, numiſmate) uſum dominiumq;
non tam ex ſubſtantia, q̃ ex quanti/
tate ſua præbet. Vbicunq; ergo pecu/
nia datur ut aliquid aliud accipiatur,
Emptio eſt, & uenditio. Vbi autem
Emptio quã fit alia res præter pecuniam pro conſi/
mili uel alia re dat, eſt permutatio,
non empio. Et in differunt Emptio
& Permutatio: quia in permutatio/
Permutatio ne utrunque dicitur Merx & Preciũ,
& uterque Emptor & uenditor ap/
pellari poteſt. In uenditione autem
Pretiũ. ſicut aliud eſt uendere, aliud eme/
re, & alius emptor, alius uenditor:
Merx ita aliud eſt pretium, id eſt, pecunia,
alterum merx, id eſt, res uendita. Ita/
que & ſine pretio uenditio nulla eſt.
Eſt autem emptio iuriſgentium, &
ideo conſenſu peragitur, & inter ab/
ſentes contrahi poteſt per nuntium
ad hoc deſtinatum, & per literas.

De in diem addictione.

Addico, ex ad, & dico componi/
tur: & eſt uendere per licitationem,
hoc eſt, in uenditione publica, ubi
alius alio maius pretium pollicetur,
Addictio. ut ſibi potius q̃ alteri uenalia addi/
cantur: unde Adddictio, & titulus de
in diẽ addictione: quẽ quidã noſtri
temporis iuriſperiti non intelligen/
tes, emendant dicentes, de in diem
adiectione. ubi non uerba modo, ſed
ſententiam ac ius ipſum corruperũt:
quo uerbo Cicero pro Cecinna ſæpe Addicti.
utitur. Inde Addicti apud ueteres di/
cebantur, qui prætoris pronuntia/
tione ac iuſſu, cum ſoluendo non eſ
ſent, creditoribus uendebantur: de
quibus crebra apud Liuium mentio
habetur. Et Addictus morti, deſtina/
tus dicitur. Cicero lib. offi III. Et is
qui morti addictus eſſet &c. Dicitur
ergo in diem addictio generaliter,
quando uendo tibi rem hoc pacto,
ꝙ ſi aliquis in diem talem meliorẽ
conditionem attulerit, ſit tibi inem/
pta. Et dicitur melior conditio af/
ferri, ſi aliquid pretio ſit additum: uel
maturior ſolutio, aut facilior affera/
tur: uel locus opportunior ſoluendo
pretio addiitiatur: uel perſona ido
neior accedat ad emptionẽ. Si qs ex
titerit qui meliorem conditionem
afferat, deinde prior emptor paratus
ſit plus addicere, ceſſabit obligatio ſe
cundo conſtituta.

De lege commiſſoria.

Lex commiſſoria eſt ſpeciale pa/
ctum quod in uenditione apponi/
tur: & habet locum quando uendo
tibi res & trado, & ſi nõ ſolueris hic
ad menſem, uel aliud tempus expreſ
ſum in conuentione, ꝙ res ſit inem/
pta, & cadat in commiſſum. Itaque
cum uenditor fundi in conuentio/
ne cauit, ut ſi ad diem pecunia ſolu/
ta nõ ſit, ut fundus ſit inemptus: ita
debemus intelligere fundum inem/
ptum, ſi emptor inemptum eſſe ue/
lit, quia id emptoris cauſa cauetur,

& ideo lex commissoria in uenditio nibus adiecta exercebitur si emptor uolet, non eo inuito: quia quod fauo re alicuius &c. C. de legib. l. quod fauore.

De hæreditate, uel actione uendita.

Hære dita/ tis uē ditio.

De uenditione incorporalium lo/ quitur hic titulus. Tenet autem hæ reditatis uenditio, cū aliqua est hæ/ reditas quæ uenierit, nisi dolus em/ ptoris contractui dederit causam. C. eo. l. quæ nondum. Si uero nulla sit hæreditas, puta uiuentis, aut eius qui nullus est de iure ciuili, ut quia seruus est: uel quia nec est ille, neque fuit in rerum natura cuius hæreditas uendi tur uenditio est nulla. j. eod. l. i. Nec enim potest esse emptio sine re: quia non emitur alea uel spes, infra eod. leg. cum hæreditatem, quo casu tenebitur uenditor emptori reddere pretium, & præstet ei suum interesse & expensas quas in eam rem impen dit scilicet per actionem ex empto, li cet non teneat emptio. Firma autē &

Vēdi/ tor hære/ dita/ tis ad quæ tenet em/ ptori

ualida exsite uenditione, & uēditore suā hæreditatē pendēte, ad multa te netur uenditor emptori. In primis res hæreditarias tradere debet, em/ ptori si sint apud eū, ꝗ nō uēdiderit eas. Est enim aliud uēdere hæreditatē aliud res hæreditarias. Quod si non sint apud eū, uel dubitatur quæ sint, uel ubi sint res hæreditariæ: cedere, debet actiones omnes hæreditarias quæcunque sibi competunt ex hære ditate, uel etiam quas ipse occasione hæreditatis, constituit: ut si accepit fideiussorē ab hæreditario debitore, uel si nominauit, uel litem contesta/ tus est: ut. j. eo. l. ii. §. peruenisse. & §. non solū. Amplius etiā præstat uēdi tor emptori quod ad se puenit, uel p ueniet de hæreditate: præstabit ergo precia uenditarum rerum, licet alij donauit ea. Item & ea quæ aliena/ uit præstabit &c. De actionibus au/ tem uenditis sciēdum, quòd omnes actiones uend. possunt siue sint pu/ ræ, siue conditionales, siue reales, siue personales: & tenetur uenditor, si ni/ hil debeat debito, uel si habeat exce/ ptionem. Non autem tenetur præ/ stare locupletem debitorem, uel in summam certam, nisi in contractu sit dictum. j. eo. l. si nomen. & l. qui/ dam. & l. nomina. & C. e. l. ulti. Et si ue uenditor nominis cedat actionē emptori, utetur directis emptor: siue non cedat, emptor habebit utiles actiones & in personam & in pigno ra. j. eo. l. emptori. & contra principa les debitores, & ꝯtra fideiussores &c.

Actio uendi ta.

De rescindenda uenditione, & quando liceat ab emptio/ ne discedere.

Duas partes habet hoc rubrum. Rescinditur enim aliquando uendi/ tio, & hoc altera parte inuita: puta quando facta est contra prohibitio/ nem iuris, uel lege impediente: ut si cū filiosa. aut seruo facta sit, aut pro/ pter metum adhibitum. Item pro/ pter dolum emptoris, & nō alterius. Item per actiones ædilitias, redhibi/ toriam, & quanto minoris. Item ra/ tione erroris. Item ratione solemni tatis obmissæ. Quādoque autem, licet discendere ab emptione etiam perfecta, & hoc uolente utraq; parte: de quo loquitur secunda pars tituli. Emptio enim & uenditio sicut con/

Discē/ dif ab em/ ptiōe

sensu contrahitur, sic a contrario re/ solvitur consensu ant. quam res fue/ rit secuta. Potest enim dum res inte/ gra est conventione nostra infecta fie ri emptio. Et dicitur res integra, si res in totum, vel pro parte, vere vel inter pretative non fuerit tradita: nec pre/ tium in totum, vel pro parte fuerit solutum. Interpretative dicitur res tradita, cum perierat penes vendito/ rem: est enim liberatus, ac si tradidis/ set emptori. ȷ eo. l. cum emptor.

Res integra.

De periculo, & cōmodo rei venditæ.

In re vendita & non trad ta sæpe contingit periculum. Ideo de hoc tra dit lex regulam, ut perfecta venditio ne omne commodum & incommo dum, quod rei venditæ contingit, pertineat ad emptorem. ȷ. eo. l i. Sed potest tradi melior regula rotunda & quadrata. Cum venditio fit pure si ne scriptis certæ speciei, quæ degusta tionem non exigit, omne periculum pertinet ad emptorem, excepto casu publicationis, nisi pactum, culpa, mo ra, calliditas tradentis interuenerint. Dicitur primo in regula Pure: quia si sub conditione fiat, & ante conditio nis euentum pereat res, perit vendito ri. licet secus sit si facta sit deterior. ȷ. eo. l. quod ui pendente. Sine scriptis ideo dicitur, quia sicut propter condi tionem non existentem est emptio imperfecta, ita & si scriptura non sit cōpleta quam interuenire voluerunt: unde idem in periculo statuerunt. C. de fide instru. l. contractus & C. eo. l. cum inter. & Insti. eo §. cum autem speciei dicitur, quia si in genere sit fa/ cta, puta vendis mihi hominem, nun quam spectat periculum ad empto/ rem, etiam si omnes serui quicunque sunt in mundo pereunt: quia genus interire non potest. ȷ. eo. l. lectos. & l. cum. & l quod si neque. Certæ ideo dixi, quia si sub incertitudine sit ven/ dita, licet sit speciés, non tamen sem per spectat periculum ad emptorem: puta, vendo Stichum vel Pamphilum: si enim moriatur uterque vel simul, vel diuersis temporibus, periculum est emptoris secus si alter eorum tan tum pereat. Nam eius periculum spe ctat ad venditorem. ā. de contrahen. empt. l. si in emptione. §. pen. Item degustationem non exigit &c. quia si exigat degustationem, seruatur di/ stinctio gl. & doct. insti. § cum autē. in ver. statim circa finem. Item. Exce pto casu publi. ideo dixi, quia illud pe riculum respicit venditorem. ȷ. eo. l. si fundum. Item, De pacto, ideo dixi: quia ex natura contractus venditor de dolo & lata culpa & levi tenetur, non de casu. ȷ. eo. l cum custodiam. & l. si vendita. pactum vero etiam in fortuito casu derogat. ȷ. eo. l. si in ven ditione. Item, De culpa, dixi: quia si culpa insit casui, vel præcedat, spectat periculum ad venditorem qui culpā adhibuit sicut in commodato. Item, de mora, ideo dixi: quia ex ea spectat periculum ad venditorem: vel si em ptor vel venditor fuerint in mora, posterior mora præponderabit pri/ mæ: & transfert hæc mora pericu/ lum in morosum. Quod autem di/ ctum est in Periculo rei venditæ, idē intelligendum & in Commodo.

De seruis exportandis.

Seruus dicitur exportari, qui ea conditione venditur, vel eo pacto a domino distrahitur, ne amplius in eo loco moretur: sed de uno loco in

alium, uel de una ciuitate in aliam, uel de una prouincia in aliam trásferatur. Si ergo seruus fuerit distractus, id est, uenditus ne aliquo loco moretur. puta Romæ uel Bononiæ, potest ille qui uendidit, talem legem remittere, ipsumq; Romæ retinere. Propter domini enim securitatem custoditur lex id est pactio apposita in uẽditione: ne forte uxori suæ se immisceat uel simile quid faciat. Ideo etiã renuntiare potest dominus fauori pro se introducto. De significatione huius uocabuli Exportare, dicitur. C. quæ res expor. non de.

LIBER XIX

De actionibus empti, & uenditi.

QVia parum prodest emere & uendere, nisi actiones essent constitutæ quæ uenditiones exequerentur, & emptiones ad effectum deducerent: ideo proditæ sunt duæ actiões: una empti, quæ datur, si res uendita non tradatur: & agitur in id quod interest emptori: & aliquãdo tale interesse pretium egreditur, si forte pluris interest, quàm res ualeat, uel empta est. Vtitur ergo actione ex empto is qui emit. Cum enim actio ista bonæ fidei sit, nihil magis sibi congruit quàm id præstari, quod inter contrahentes actum sit. Quod si nihil sit conuentum, ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt. Per contrarium autem datur actio ex uendito uenditori cui pretium non solutum fuerit qui potest ex uendito agere contra emptorem, ut pretium conuentum sibi persoluatur: & præterea etiam interesse petere eius, quanti interest ipsum pecuniam tempore promisso non habuisse. Et generaliter quibuscunque datur actio exemplo, si emissent per se, uel per alios, eis dem datur ex uendito, si uendiderunt per se, uel per alios sæpe tamen reperitur actionem ex uendito, uel uenditi, competere emptori. Et econtra actionem ex empto competere uenditori. Veteres enim uicissim uel promiscue, his uocabulis utebantur: idem in locatione, & conductione. j. eod. l. ueteres.

Actio empti.

Actio ex uẽdito.

Locati, & conducti.

Locatio & conductio cum naturalis fit, & omnium gentium: non uerborum solennitate duntaxat, sed & nudo consensu contrahitur. Est autem Locatio personæ rei ue ad usum facta concessio. mercede in pecunia numeranda conuenta. Alioquin si de re alia danda facienda ue conuenerit non erit locatio: sed innominata forma negotij: ex quo ageret actione incerti, id est præscriptis uerbis §. communi diui. l. si conuenerit. & depositi. l. i. §. si quis seruum. Locator ergo dicitur, qui eo quod suum est alium uti permittit, conuenta mercede. Conductor uero econtra, qui eo quod alienum est utitur pacta mercede. Si ergo domum meam te conuenta mercede habitare permitto, tu conductor ego Locator dicor. j. eod. si tibi. &. l. cum fundum. &. l. si quis fundum. Tu quoque si operas tuas mercede in re mea ponas: diceris locator operarum tuarum: ego earundem conductor. Si uero tibi opus faciendum mercede conuenta dedero: respectu operis ego locator, tu uero conductor diceris infra

Locator. Cõductor.

co.l.Item q̃ritur.§ i.&.§.si gẽma.& §.si fullo. Et quãdoq; diceris Redem/ ptor.j.eo.l.qui insulã.§. qui ædem. &.l.ea lege.§.ulti. Et hæc est emptio mirabilis in pecunia & opera cum sumptu:sed respectu operæ econuer/ so est. Sæpe tamen unum pro alio ponimus:ut de actione empti supra diximus. Et dantur ex locatione duæ actiones: Vna actio ex Locato quæ datur locatori pro re locata deterio/ rata:aut pro mercede persoluenda, aut pro possessione euacuanda finito tempore conduxionis. Alia actio ex Conducto, quæ datur conductori si re quam conduxit ei frui non liceat.

Redẽ/ ptor. Actio locati Con/ ducti.

De æstimatoria actione.

Actio æstimatoria dicitur,id est, actio præscriptis uerbis,quæ de æsti mato proponitur: & dicitur Aesti/ matoria,quia iudex suam interponit æstimationem. Nam cum res æsti/ mata uendenda datur, uerbi gratia: Dicit aliquis, tene hunc librũ, & uen/ das pro decem,& reddas mihi aut eũ aut eius æstimationem. Olim dubi/ tabatur,utrum ex uẽdito esset actio, propter æstimationem: an ex loca/ to,quasi rem uendendam locasse ui/ dear: an ex conducto, quasi operas conduxisset:an mandati: quia man/ dato meo hoc fecit. Melius itaque, uisum est hanc actionem proponi, quæ appellatur Aestimatoria actio, & agitur præscriptis uerbis. Q uo ties enim de nomine contractus ali/ cuius ambigitur, & cõuenit aliquã actionem dari:danda est æstimato/ ria præscriptis uerbis, quæ datur, quatenus ipsa res incorrupta redda/ tur. Aut æstimatio de qua conuenit præstetur: cum distinctione tamen quis alterum rogauerit, ut rogantis sit periculum.j. de præscrip.uerb.l.si rogauerit. Si autem ita dicat: Vendas rem pro decem, si uero pluris uẽdas, tuum sit: tunc periculum indistincte est accipientis.j.eo.l.i.de illo per glo. Insti.de actio.§ actionum in uer. de Aestimato.

Aesti mato ria actio.

De rerum permutatione.

Inter contractus innominatos præcipuus est contractus permuta/ tionis, quæ proxima est emptioni & uenditioni. Est autem permutatio unius rei per alteram præstatio:stat/ que in generali nomine. Q uippe om nis contractus nominatus uel inno/ minatus in larga appellatione potest dici permutatio,ex quo inuicem da/ tur,& accipitur. Ergo & uenditio & locatio. Sed ex inopia nominum, quia plura sunt negotia quàm uoca/ bula.j.de præscrip.uer.l.iiij.obtinuit ut præfata pmutatio, quæ erat olim ante monetam percussam,de qua.j. de ptra.emp.in speciebus tm̃ ptrahat. Sicut & olim contrahebatur ante/ quam esset pecunia percussa,uel uen/ ditio inuenta. Sicq; licet hoc nomen permutationis ita competenter de/ clinetur,sicut & uenditio & locatio: tamen quia late patet,& nimis est in certus secundum significationem uerborum contractus iste qui dici/ tur permutatio,censetur innomina/ tus:quia caret nomine certo, id est, speciali. Nam ut dixi omnem signifi/ cat contractum ex quo quid datur, uel accipitur:sicut & dicimus. Do ut des.j. de præscrip. uer.l. naturalis meus.in fi.§.i.& ista potest esse ratio

Per/ muta tio. Con/ tra/ ctus noia/ ti

quare.l.i.ꝟ.eo.appellat permutationē contractum innominatum. Potest enim assignari alia actio: nam contractus illi duntaxat nominati sunt, ex quibus statim nascitur obligatio: ut uides ī deposito, cōmodato, uēditione, locatione: in his enim statim interuentu rei nascitur obligatio: ut pariat actionem in re deposita, commodata, &c. Insti. quib. mo. re contra. ob. §. Item is cui. &c. §. pe. & ff. de pac. l. iuris gentium. i. respon. Permutationis autem contractus licet factus sit uoluptate partium, & ideo naturalem hincinde induxerit obligationem, non tamē dat actionem: imo exigitur rei interuentus, & tunc nōn ex rei interuentu, sed ex praecedenti pacto agitur. C. eod. l. ex placito. Sed in deposito, cōmodato, &c. ex re tradita initium paratur obligationi, ut dictum est. Ergo secundum ista, donatio hodie dicetur contractus nominatus: quia ex solo pacto dat actionem: sed olim erat contrarium. C. de donatio. l. si quis argentum. §. ultimo. Contrahitur permutatio tunc demum, quando conuenit ut certa species detur pro certa, puta, Stichus pro Pamphilo, hic codex pro isto Bartholo. Ex permutatione nascuntur duae actiones, Praescriptis uerbis, & condictio ob causam: quod prosequere, ut Institu. de act. §. actionum.

Permutatio cō trahit

De praescriptis uerbis & in factum actionibus.

Actio praescriptis uerbis, ideo dicitur certa, quia praescripta uerba erant huic actioni. Et habet locum in tribus generibus negotiorum. Primo in pactis incontinenti appositis. C. de pac. inter emp. & uen. l. ii. Secundo ubicunque dubitatur de actione circa contractum: nam cum deficiunt uulgaria atque usitata actionum nomina, praescriptis uerbis agendum est. Ad quam actionem necesse est cōfugere, quoties contractus existāt, quorum appellationes neque iure ciuili proditae sunt. Natura enim inductum est, ut plura, &c. Tertio datur in tribus contractibus innominatis scilicet, Do ut des, Do ut facias, Facio ut facias. In quarto autem, scilicet Facio ut des, datur de dolo. l. naturalis. ꝟ. eo. §. quod si facio. Et uenit in actione praescriptis uerbis omne quod ueniret in actione quae daretur ex simili contractu: puta Do rem ut rem accipiam: id uenit hic, quod ueniret in uēditiōe. Do ut facias, id ueniet quod uenit in locatione. ff. depo. l. i. §. in conducto. &. ꝟ. l. i. §. sed si facio. ueniet ergo interesse in actionem istam, & dolus si culpa lata & leuis: ut ueniirent in simili contractu: Ciuilis est haec actio Praescrip. uerb. & eadem ipsa dicitur in factum. ꝟ. eod. si tibi pollienda. Non tamen omnis in factum est Praescriptis uerbis, sicut ea quae de damno dato proponitur, & ex quolibet edicto uel interdicto. Et locum habet nedum in contractibus & quasi, sed in maleficijs & quasi, ubicunque equitas suadet dari actionem. ꝟ. eod. l. quoties & ideo dicitur eius tenor in multis & uarijs articulis admissus. C. de sacr. san. eccl. uerbis sancimus. Stricti iuris est haec actio, perpetua est, personalis est, haeredibus competit, & in haeredes: de hac Institu. de act. §. actionum.

Cōtractus innominati.

Actio praescriptis uerbis quibus locū.

LIBER XX.

De pignoribus,& hypothecis & qualiter ea contrahātur,& de pactis eorum.

INter Pignus & Hypothecā quantum ad actionem hypothecariam nihil interest. Nam de quacunq; re inter creditorem & debitorem conuenerit, ut si pro debito obligata, hac appellatione utraque continetur: Sed in alijs est differentia: Nam pignoris appellatione duo oportet interueni/re: unum, ꝙ res sit mobilis: dicitur enim pignus a pugno: quia pugno uel manu traditur, uel tradi potest. ff. de uerborum significatione l. plures. §. pignus. Secundum, ꝙ tradatur creditori. Sed ea quæ sine traditione nuda conuentione tenētur, proprie Hypothecæ appellatione continere dicimus. Patet igitur, ꝙ si res est mobilis, & non tradatur: siue est inmobilis & tradatur uel non, dicitur Hypotheca. Contrahitur obligatio pignoris conuentionalis sola cōuentione, unde sibi tale nomen imponitur. ff. de pig. act. l. i. in prin. nec in ea conuentione est necessaria scriptura, uel præsentia personarum: quia & inter præsentes, & inter absentes per nuntium uel epistolam contrahitur obligatio pignoris. Et fiunt scripturæ de his ut quod actum est per eas possit facilius probari. Pignus autem prætorium, & iudiciale non contrahuntur sola conuentione, sed necessarius est ut quis ueniat in possessionem ut ff. de pig. act. l. non est mirum. Nascitur Hypothecaria actio ex obligatione pignoris, quæ est in rem, & eadem dicitur quæ Seruiana. ff. de pac. si tibi. § de pignore. & Insti. de act. §. item seruiana. Item datur creditori, & eius hæredi, & contra quemlibet possessorem pignoris. Item est arbitraria. Institu. de act. §. Præterea. Item quandoque tollitur decennio, quandoq; uicennio, quandoque. xl. annis: sed non tollitur triennio. ut no. C. si ad/uers. credi. & de præscrip. xxx. uel xl. an.

Pi/gnus Hypotheca.

Hypotheca tacita qñ nascitur, & cui.

In quibus causis pignus uel hypotheca tacite ꝯtrahitur.

QUaliter per conuentionem expressam contrahatur obligatio pignoris dictum est: sequitur qualiter contrahatur tacite ex ui, & potestate legis: & hoc quidem in multis & uarijs casibus contingit. Nec est opus omnes singulariter enumerare, sed digniora exempla proferamus in medium. Ecce enim marito obligata sunt omnia bona eius, qui promittit sibi dotem pro muliere: Sic & mulieri omnia bona obligata sunt mariti, pro restituenda dote. C. de rei uxo. act. l. i. §. & ut plenius. Item locatori fundi fructus ex eo percepti obligati sunt tacite. Item omnia inuecta, & illata domino sciente, ut ibi sint perpetuo, domino obligata sunt: secus in is quæ inferūtur ad tempus. Item matris quæ conuolat ad secundas nuptias, bona tacite obligata sunt filiis prioris matrimonij: ut restituat mater quæ lucrata est a priori marito C. de secun. nup. §. p̄n. hac edicta li pe. Item bona defuncti mariti tacite obligata sunt pro paraphernalibus rebus restituēdis. C. de pact. conuent. tam super do. l. ulti. Item bona defuncti, pro legatis, & fideiussori/

Tacita hypotheca qui-bus dat.

bus: C. communia de leg.l.i. Item pro tributis uniuersa bona eorum qui censentur. C.eod.l.i. Item contrahentis cum fisco. C.eod.l.ij.& sic de similibus.

Quae res pignori uel hypothecae obligari non possunt.

Licet diximus supra, corporalia posse obligari, tamen secus est in quibusdam fauore religionis: ecce enim monumentum non potest pignori obligari. C.eod.l.iiij. Sic & Ecclesiae: in Auten.de alie.emphy.§.& quoniam. Idemq; in sacris uasis uel ornamentis ecclesiae. C. de sacrosan. eccl.l.sancimus nemini. Nisi illa superflua sint in ecclesia, & debitum immineat ecclesiae: ut in autenti. super eandem legem signata. & in.c. lator.extra de pigno. Item liberi hominis nulla est obligatio, quia contraria est libertati, & naturae: adeo ut si filiũ tuum obliges, nulla obligatio sit: immo a debito creditor cadit, &c.in Auten.ut nulli iudi.§.quia autem & huiusmodi.&.C.eod.qui filios. In casibus tamen tenet obligatio, ut in redempto ab hostibus, & cum pater ob necessitatem famis filium obligat: nam cum ei liceat uendere: multo fortius poterit obligare.j.de leg.i.l.senatus.§ ulti. &.C. de pa.qui fi.dis.l.i.&.C.de.cap.l.ult. Item impeditur obligatio propter publicam utilitatem: ut in seruis aratorijs, & bobus aratorijs, & instrumentis aratorijs: ex hac enim causa tributorum illatio retardaretur. C. eod.l.ulti. & antepenulti. & similibus.

Qui potiores in pignore uel hypotheca habeantur: & de his qui in priorum creditorum locum succedunt.

Pluribus modis aliquis in pignore potest esse potior: puta ratione causae: si enim secundus creditor credit pecuniam, ad conseruationeʒ pignoris, & in ea causa pecunia est consumpta, praefertur secundus primo: ueluti si nauis fuerit obligata, & ad armandam eam uel reficiendam credidi, mea enim pecunia saluam facit totius pignoris causam. Idem, & si credid.t in cibaria nautarum, sine quibus nauis non, potuit salua peruenire. Item & ratione causae praefertur secundus primo, ut si expedit in funerando testatore: funeraria enim superat omne aes alienum.ff. de reli. l pe.&.l.at si quis.§ i. Itẽ ratione tẽporis prefertur creditor primus secũdo, ubi secundus nõ potest praetẽdere aliquam praedictarum causarum, uel priuilegium, uel quid simile. Est enim haec regula in pignoribus. Qui prior est tẽpore potior est iure. C.eo. l.si fundum. hoc tamen est intelligẽdum de primo creditore, cui erat pignus obligatũ: ita quod debitor obligationem nõ potuit resoluere inuito creditore. uel si poterat, nõ tamẽ cõmode.j.l.i.&.l.potior.i.respõ. &.ff. tit.proxi.l.pe. Item superficiario uel emphyteuta pignorante, potior est causa domini ꝑ pensione eius, quam cui obligauit emphyteuta, uel superficiarius.j eo.l. etiã. Fallit aũt dicta regula nedũ rõne cãe, ut dixi. sed etiaʒ ratione pacti: ut ecce pignori obligasti omnia bona tua, deinde tibi mutuo ut ex ea pecunia aliquam rem emas, & ut ea res mihi sit obliga-

Potius in pignore

Prior tẽpore.

ta, præferat enim primo. C. eod. l. li/cet. Item fallit ratione mendacii: ut si prior possessor eras in pignore, & ego secundus, prætendo contra te hypothecariam: sed tu negas rem esse eius, qui mihi & tibi eam obliga/uit: Nam si te de mendacio arguero: possessionem transferes, licet prius tibi fuisse obligatam uelis probare: C. eo. Auten. item possessori: sed resti tuta possessione audieris in iure tuo. Item fallit ratione semiplenæ proba tionis: quid enim si confitearis te mi hi debere ex tali causa. x. uel in priua/ta scriptura, uel coram testibus, & pi gnus mihi obligas: si quidem perso/nalis actio mouetur contra debitorē ea robur suum habet. Idemq; & si cō tra eundem agatur hypotheca: quia confessio uel scripturæ confitenti uel scribēti debet præiudicare, &c. Itē fallit regula ratione priuilegii dotis. Mulier enim & eius filii, uel descēdētes ex ea, habent hypothecariam pro do te matris suæ contra omnes mariti creditores, licet anterioris temporis priuilegio sint uallati. C. eod. l. ult. Itē fallit propter priuilegium militiæ, quod potentius est priuilegio dotis quando pecunia est credita, ut inde ematur militia: talis enim creditor præfertur omnibus anterioribus, creditoribus, imo etiam prefertur mulieri. C. de pig. l. uel. & in Autē. de exhi re. §. optimū. & de æqua. dot. §. quia uero. Et est magna potestas creditoris q aliis i pignor præferť: hʒ enim exceptionem, si conueniatur ab aliis: & si alii possederint, potest ab eis aduocare rem. Creditor autem secundus potest ab omni possessore aduocare rem præter q̄ʒ a priore, uel qui ab eo habet causaʒ. j. eodem. l. cre ditor. i. respon. & l. si prior. §. si sim/pliciter.

Marg.: Creditor q præ/fertur in pi/gnor.

De distractione pignorum, uel hypothecarum.

Distrahi pignus dicitur, a credito re uenditur: potest enim creditor pi/gnus ex pactione (quāuis eius ea res non sit) alienare. Eo ipso enim quod debitor non reluit, id est, liberat pi/gnus suum, uidetur dare licentiam creditori de uendendo. Et tunc relin quitur arbitrio creditoris ex pignori bus sibi obligatis, quibus uelit distra ctis ad suum commoduʒ peruenire. Sed hoc distinctionē recipit: quia aut actum est inter partes de uēdendo, & nuntiabit creditor semel debitori deluendo pignore: & tunc uendat, iu sta tamen conditione. Si autem con uentum fuit, ut non uēdatur, nihilo minus creditor uendere potest: si ta/men ter denuntiauerit debitori ut sol uat, & cessauit. Alioquin furti tene/tur. ʒ. de pigno. act. l. si conuenerit. Est autem illa tertia denuntiatio fa/cienda, & postea necessarium est labi biēnii. Sicut & multo magis ubi cre ditor nō ꝑuenit de ꝯtrahendo uel nō distrahēdo. Sed ubi nihil ꝑuenit, suffi cit una denuntiatio: & postea elapso biēnio poterit fieri uēditio. C. de iure dot. nup l. ulti. si est spāle quod istud pactum de non uendendo non præ/iudicet creditori, quin possit aliena/re pignus, & hoc propter publicam utilitatem, ne creditores retrahantur a mutuando sed potius inuitentur.

Marg.: Reluere pi/gnus. — Ter nūtiare.

Quibus modis pignus uel hy potheca soluitur.

Soluitur hypotheca, si ab ea disce/datur uoluntate creditoris, aut credi

tor paciscatur, id est, pactum faciat de remittendo debitum: uel si con/uenerit ut pro hypotheca fideiussor detur & ille datus sit: tūc.n. satisfactum uidebitur ut hypotheca libere tur. Intelligitur etiā satisfactū credi/tori, si iusiurandum delatum debitori datum est, id est, si deferente credi/tore iurauit debitor rem non esse hypothecæ obligatam: Item liberatur pignus siue solutū est debitum, siue eo nomine satisfactum est. Sed & si tempore finitum est pignus, idem di cere debemus: uel si qua ratione obli/gatio eius finita est, quia forte ad con ditionem fuit obligatū, quousque Imperator uenerit Romam &c. Qui ergo paratus est soluerē, merito pignus uidetur liberasse: qui uero non solue re, sed satisfacere paratus est: in di uersa causa est nisi creditori placue/rit satisfactio. Dicitur autem Satisfa cere, qui non debitum ipsum soluit, sed pignus uel fideiussorem dat: quā satisfactionem creditor inuitus ad/mittere, non tenetur. Si autem eam admiserit uice solutionis, sibi impu/tare debet. Item si creditor consense/rit uenditioni pignoris, liberatur hypotheca. Idem si quoquo modo tol/latur personalis & principallis obli/gatio. Si tamen tollatur ipso iure, & cum effectu, ut per confusionem uel successionem Nam ubi tollitur ipso iure, sed non cum effectu, non præiudicatur in hypotheca: ut. ĵ. ad Tre/bel. l. debitor. & de exhib. rei iudi l. penul. §. latinus. Vbi uero actio principalis tollitur per exceptionem xxx. annorum, nihilominus durat hypothecaria usq; ad xl. annos. &. C. eod. l. ij. De dissolutione autem obligationis pignoris dicit. C. de remis. pig. & de lui tione pigno. per totum.

Satis fit creditori.

Satisfacere

LIBER XXI.

De ædilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione.

Ex hoc edicto dantur tres actiones. Redhibitoria, qua uēditor rem uenditam recipere tene/tur. Est enim Redhibere, facere ut rursus habeat uenditor quod habuerat: quia reddendo id fiebat, Idcirco Redhibitio ē appellata, q̄si redditio. Et ē tēpus redhibitiōis sex mēses utiles ex die uēditionis, quādo emptor uitium rei supine ignorauit: alias si sciuit, nō agitur. Si autem ignorauit non supine, sed absolute, tunc ex die quo sciuit. Secunda actio est. Quanti minoris, quæ datur contra uenden/tem rem uitiosam, uel morbosam in tantam æstimationem quanti minoris ex uitio, uel morbo latentio re ista est, quam fuerit æstimata tempore uenditionis. Et datur ista actio ad annum utilem. Tertia actio est In factum, quæ datur contra uendi torē quanti interest emptori eam rē emptā non fuisse: & durat. lx. dies. Et apponitur hoc in edictum ædili/tium, quia ædiles curules has actio/nes posuerunt. Et dicti erāt. Aediles, quia edendorum, & ædium curam habebant. Edendorum in hoc, ut morbosa caro non uenderetur, uel nimis grādi pretio, uel uitiosum anīmal. Aedium autem curam in hoc, ne quid in uia positum esset. Item ne incenderentur ædes: ut diximus. s̄. de offi. præf. uig. l. i. Curules aūt ideo quia propter eorum dignitatem in curribus deferebātur. Et datur Redhibitoria ex quinque causis. Primo: propter morbum, scilicet corporis.

Redhibitoria.

Redhibere

Quāti minoris

In factū.

Aedilitiū edictū

Aediles.

Curru les.

Redhibitio q̄si de tur.

quando ex tali morbo usus rei multum impeditur: alias enim non agitur. Secundo propter uitium, quòd dictum est abesse, cum assit. Et dicitur. Vitium, animi corruptio, etiam in iumentis. In seruo autem non dicitur Vitium, nisi sit fur, & erro: uel qui commisit crimen capitale, uel mortem sibi consciuit. Item si dictũ sit adesse, cum absit: ut si multum est commendatus seruus uenditus de industria & ingenio suo: cum tamen sit iners sclauus. Et est causa huius edicti, ut occurratur fallaciis uendentiũ, & emptoribus succurratur, quicunq; a uenditoribus decepti fuerint. etiam si uenditor ignorauit: quia non curamus hoc casu, neque interest emptoris, an ignorantia uenditoris fallat, an calliditate. Est & aliud edictum ædilitium, ne quis canem, uerrem, aprum, ursam, pantherem, leonem, aliud ue animal quod nocet, quo uulgo iter sit, teneat: quòd si contra factum fuerit, & homo liber ex ea re perierit, cc. solidi præstabuntur. Si nocitum homini libero dicetur, quãti iudici uidebitur condemnatur: cæterarũ rerũ quantum damnũ factũ sic in duplum. ĩ eod. l. hi enĩ. § j. & l. generali & l. qua uulgo. Itẽ pro dãno potest agi utili actione de pauperie. Institu. si quad. pau. fe. di. § ultimo.

Edictũ cõtra tenẽtes fera aialia

De euictionibus, & stipulationibus dupli.

Venditor cum rem uendiderit, tenetur promittere emptori ꝙ si quis eam rem euicerit (id est, probauerit esse suam) de restituendo, quod eo nomine receperit: & uocatur ista cautio Euictionis stipulatio. Est ergo Euictio emptæ rei, uel ex alia iusta causa acceptæ per iudicis sententiã abductio: uel alio euincente, causæ amissio. Nec enim necessarium est semper rem abduci, ut uideatur euicta ĩ eod. l. euicta. § i. Ad hoc autem ut quis possit agere de euictione, tria debent interuenire: Primo ꝙ præcesserit contractus ad hoc habilis. Secũdo, ꝙ stipulatio de euictione sit interposita. Tertio, quod res sit euicta. Si igitur emptori libri, equi, uel prædii, uel alicuius rei lis moueť, debet hoc uenditori denuntiare. l. emptor fundi. C. eo. titu. & requirat eũ ut ipsum defendat. l. si rem. § fin. ĩ eodem. Et ut assit causæ, & causam instruat: puta dãdo istrũ, ul' testes uel alia ad causam faciẽtia, uel utilia, si quæ habet. Nisi enim hoc fecerit emptor, non potest agere de euictione, etiam re euicta. Fallit hoc, ubi per uenditorem steterit, quo minus ei denuntietur: uel ubi ignoretur uenditor. l. si ideo. § præsenti. ĩ eo. Sunt autem quædam causæ in quibus uenditor emptori duplam promittere debet, si non aliud conuenerit. Sed non intelligamus hoc ex omni re necessarium fore: sed de his rebus, quæ pretiosiores essent: puta si margaritas, uel ornamenta pretiosa, uel uestes sericas, uel quid aliud non cõtẽptibile, id est, magni ualoris quis uendiderit. In aliis autem rebus fit stipulatio simplex.

Euictio.

Requisita in euictione.

De exceptione rei uenditæ.

Contigit aliquando, quòd postquam uenditor rem uendidit, ipse, uel alius, qui ei similis fit conatur eã dem ab emptore euincere, id est, repetere. Contra quos emptor opponere potest exceptionem rei uenditæ, &

Euincere.

repellere ipsum uenditorem, quando eius mandato alius uendidit: uel etiã ipse uenditor per se postea uellet uẽdicare, id est, probare esse suam. Et habet quis hanc exceptionem, etiam si res nondum fuerit tradita, dummodo possessionẽ sine uitio nactus fuerit. Et prodest exceptio rei uenditæ & traditæ non tantum ei, cui res est tradita: sed etiam successoribus eius, & secundo emptori.

Exceptio rei uẽ.

LIBER XXII.

De usuris & fructibus & causis, & omnibus accessionibus, & mora.

Accidit quandoque, quòd ad principales petitiones siue personales sint, siue reales, aliquid aliud præter sortẽ (id est, debitum principale) peti potest: de quo tractat hic titul. Et primo de Vsuris, quæ scilicet ex pecunia proueniunt, & dicitur accessio ciuilis, quia extra corpus uenit. Item & de Fructibus scilicet prædiorum, quæ est naturalis accessio: ut .j. de uerborũ signific. l. usura pecuniæ. Item & de Causa, ut de partu, & primo, & sequẽtibus ut j. eod. l. equis. Item de omnibus accessionibus, scilicet prædictis, & aliis quia non est nouum post specialia generale subiici uerbum š. ad legem aquiliam. l. si seruus. §. inquit. Item quia occasione moræ, id est, negligẽtia debitoris prædicta eueniunt, dicit etiam de Mora. Et intelligitur mora fieri, non ex re, sed ex persona: si interpellatus opportuno loco quis nõ soluerit, dicitur esse in mora. Et est sciendum, quòd olim de iure ciuili usuræ omnes erant permissæ. hodie autem ex quo leges in materia præsenti nõ dedignantur: imitari sacros canones: ut in Autent. de eccles. titu. §. primo. collatio. ix. Ideo dicimus, quod etiam hodie de iure ciuili usuræ sunt prohibitæ. Est autem Vsura quicquid ultra sortem accipitur: ubicunque enim amplius requiritur, quã quod dat, etiã si sit esca, uel uestis uel alia res uilis, etiam quæ non cõsistat in pecunia quæ accedit sorti principali, quodcũq; nomẽ ei imponas, usura est. Contra quod clamat diuina auctoritas: Mutuum dãtes nihil inde sperantes. c. consuluit. de usuris. Et committitur usura in his rebus, in quibus est mutuum, id est, quæ consistunt in pondere, numero & mensura. In aliis autem rebus, puta equo, uel domo aut libro, licitum est recipere sortem & lucrum: quia in his non transfertur dominiũ, sicut in mutuo, in quo res statim est periculo eius qui accepit. Ergo inconueniens esset, si aliquis pro tali re aliquid dando grauaretur. In sex autem casibus non committitur usura. Primo fauore ecclesiæ: de usur. c. i. & c. conquestus. Secundo cum fideiussor soluit sortem & usuras, potest petere usuras a principali: de fideius. c. constitutis. Tertio cum poena petitur præter sortem. xij. q. ij. legibus: Quarto, competitur usura tãquam interesse: ut dicit glo. in d. c. conquestus & in. l. eos. C. eo. Quinto, cum recipitur aliquid pro re, quæ non consistit in numero, põdere, uel mensura: ut supra diximus. Sexto ratione incertitudinis. de usur. c. in ciuitate. Et dicitur usura, quia usus rei uenditur: & pro nudo usu aliquid recipitur.

Vsuræ. qñ pe.

Mora

Vsura

Q ñ committitur.

Q ñ non.

Vnde dicatur

De nautico fœnore.

Nauticum fœnus est, quod propter nauticam, uel quasi nauticam, pecuniam exigitur. Est autem nautica pecunia, quæ periculo creditoris in nauigio suscepto datur traijcienda. Quasi nautica est, ut cum periculum mutuatæ pecuniæ in me recipio: si aliqua conditio non existat, & existente conditione, idipsum quod credidi recipiam cum centesima usura. ff.eo.l.periculi. In his autem multa specialia sunt. Nam usuram centesimam licet stipulari, id est, tantum quantum est sors reuoluto anni spatio. Et incipit currere hæc usura, ex quo nauem nauigare conueniat: & quandiu pertinet periculum ad creditorem. ff.eo.l.in nautica. &. l.i.&.ij. Item & hæc usura debetur ex nudo pacto. ff.eo.l.pericu.§.ult.

Pecunia nautica.

De probationibus, & præsumptionibus.

Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio, secundum Azo. uel est rei dubiæ in iudicio p legitimos modos facta declaratio. Et secundum Pla. dicitur a Probe aduerbio, facit enim probe, qui probat: manifestat enim dubium, uincit aduersarium, & euitat pœnam non probantium. Vel dicitur probatio, quasi propalatio uel manifestatio eius quod dubium est. & est regulare, quod semper ei incumbit probatio. qui dicit: & ista regula est affirmatiua. Fallit autem in multis casibus nota. per gl. Insti. de leg. §.quod autem diximus &.C. eo.l.actor. &.C.de eden.l.qui accusare. & in.c.uno. ut eccle.bene. Præsumptio autem est triplex. Nam quædam est talis, cui statur, etiam si contrarium quis probaret. Et ista appellatur Iuris, & De iure: ut est in dote mulieris stipulata. Alia est, cui statur, donec contrarium probetur: ut si res sit patris, præsumitur hæredis esse. Tertia, cui non statur aliquo modo, nisi habeat adminiculum: ut probatio per priuatum instrumentum. C.eo. l.instrumēta. Et differt Præsumptio a Fictione: quia fingit super eo quod est certum, præsumitur super incerto: ut dicit gl.in.l.una.C.de rei uxo. act. Et sunt in materia præsumptionis uaria uocabula: Aliquando appellatur Iudicium.C.de rei uendi.l.iudicia. Aliquando suspicio.l. absentē. ff. de pœn. Aliquando Opinio.l.iij.§. eiusdem ff. de testi. Aliquando præsumptio Temeraria. de senten.exco. inquisitioni. Aliquādo præsumptio Non modica.c. super eo.de testi. Aliquando præsumptio Probabilis.de c.inquisitioni. Aliquando Vehemēs. c.literas.de restitut.spol. Aliquando Violenta, quæ idem est quod uehemens.c. cum continentia. de hære. lib.vi. Et de uarijs generibus præsumptionum est gl. in.c.is qui de spon. & in.c.quanto. &c. scribam.de præsump ponit Barto.in.l.admonendi. §.de iureiurando.

Præsumptio triplex.

Iuris & de iure

Fictio

Præsumptio uarie appellata.

De fide instrumentorum.

Instrumenti appellatione, largo sumpto uocabulo, omnia ea accipiēda sunt, quibus causa instrui potest: & ideo tam testimonia, quàm personæ instrumentorum loco habentur. Stricte autem accipitur pro scriptura quæ fit ad probationem alicuius rei in futurum faciendam: uel scriptura ad memoriam alicuius rei confe-

sta. Et sunt inuenta instrumenta ad faciliorem probationem: Fiũt enim scripturæ, ut quod actum est, per eas facilius probari possit. l. contrahitur ff. de pig. Et sunt tria uocabula princi palis instrumenti: scilicet Originale, Autenticum. Exemplar. Item alia tria nomina inde extracta: scilicet Iudex, Exemplum & Sumptum uel etiam memoria: ut. C. de eden. Autẽ. si quis in aliquo. Et cui fides habeat, tractat glo. in. l. ij. ff. eod. Nam soli publico instrumento habetur fides per se, id est, sine alicuius adminiculo: eo quòd sine uituperatione aliqua appareat ut in Autẽ eo tit. §. si uero mouantur. nisi is, contra quem profertur, probet esse falsum. C. eod. l. synceris. calumniosam enim scripturam nim obtinere non oportet. ff. eo. l. ij. Si uero non sit publicũ instrumentum sed priuatum: fides non habetur ei, nisi per testes id probetur: uel per comparationem literarum. C. de proba. l. instrumẽta Alioquin si est scripta manu illius contra quem agitur, facit fidem contra scribentem. Quod si neget esse manum suam, recurritur ad comparationem literarum. l. comparationes. C. eod. ipse negans condemnatur in duplum, si probatur de manu sua confecta in Auten. contra qui propriam. C. de non nu. pec.

In/strou/uaria noía.

De testibus.

Vsus testimoniorum ab his præcipue exigẽdus est, quorum fides nõ uacillat. Et possunt adhiberi testes non solum in criminalibus causis, sed etiam in peculiarijs litibus. Et recipiantur hi in testimonium, quibus non interdicitur testimonium: de quibus. l. iij. §. i. & l. idonei. & l. te. l. nullus. & l. ob carmen. & c. ff. eod. uel qui nulla lege a dicendo testimonio excusantur. de quibus. ff. l. iij. §. lex Iulia. & l. inuiti. de test. quæ excusat senes, qui sunt maiores annis septuaginta: & ualetudinarios, id est qui morbo detinentur: & milites uel eos qui Reipu. causa absunt, uel quibus uenire non licet. Dicebãtur autem Testes antiquitus Superstites eo quod super statu causæ proferebantur. Nunc autem parte nominis ablata per aphæresim Testes solum dicũtur. c. forus. de uerb. sig. Et in testibus considerant hæc: Aetas, conditio, sexus, discretio, fama, Et fortuna, fides. in testibus ista requires. gl. in l. iij. ff. e. & in c. ij. ex. eo.

Super stites.

De iuris & facti ignorantia.

In hac materia quatuor sunt quæ uidentur idem, sunt tamen diuersa: scilicet Ignorantia. Nescientia, Error, & Titubatio. Primum sumit in malam partem: qui scilicet debet scire, & ignorat: unde dicitur. Qui ignorat ignorabitur. c. nisi cum pridem. de renũ. Nescire autem in bonam & malam partem. Nam omnis ignorans nescit sed non conuertitur. Error autem est, cum aliud est quàm credam. Quod autem aliud sit errare, quàm ignorare, patet, quia dicit lex, Si potest possessio acquiri ignoranti, ergo & erranti. ff. de acqui. pos. l. si me in uacuum. §. i Titubatio uero cum hincinde diuersa uel contraria scire uideor, nec alicui eorum magis animum applico. C. de condi. in de. l. fi. Et licet in alijs sit differentia inter ista quatuor, tamen quantum ad hunc titulum non est differentia: nam omnia ad factum, & ad ius refe

Igno rãtia.

Error.

Titu batio

runtur. Et est regula in hac materia: Iuris quidem ignorantiam cuique nocere. Facti uero ignorantiam minime: quod ita intelligendum est, quod iuris ignorantia non prodest acquirere nolentibus, suum uero petentibus non nocet. Et quod dicitur ignorantiam facti non nocere, ita intelligendum est, si non sit supina ignorantia, id est, negligentia crassa uel affectata. Circa quod sciendum, quod Ignorantia alia est iuris, alia facti. Iuris, alia iuris naturalis alia quasi naturalis, alia ciuilis. Facti, alia est probabilis: alia non probabilis. Naturalis iuris ignorantia est in filium, qui credebat sibi licere pulsare parentem, uel non procurare eum furiosum, uel captiuum nō redimere, cū ipse filius sit maior. xviii. an. & ideo non parcitur ei, quo minus exhæredetur: ut in Auten. ut cum de app cog. §. causas. coll. viii. De secunda, scilicet quasi naturalis iuris, pone exemplum in liberto & patrono. C. de in ius uo. l. ij. De tertio, scilicet iuris ciuilis, pone exemplum in l. j ff. eo. Sed in hoc tertio membro subdistinguitur. Nam aut ignorans certat de damno uitando, & tunc non nocet: ut. s. dictum est. Fallit in debito. l. error. C. ad le. fal. Si autem ignorans certat de lucro captando, subdistingue, an potuerit cōsulere peritiores, & tunc ei noceat, id est non prosit, An non potuit consulere, & tunc non noceat. l. regula §. sed iuris ff. eo. Facti autem ignorātiā si est probabilis ut in facto alieno, tunc prodest in compendiis, & non nocet in damnis. l. error. ff. e. Aut est non probabilis: ut est in facto proprio: uel in alieno facto si est supina ignorantia, & tunc non excusat. Fallunt autē prædicta de ignorātia iuris, uel errore, in minoribus, fœminis, militibus: ut in. l. regula. s. allegata.

Ignorātia. iuris.

LIBER XXIII.

De sponsalibus.

Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. Et dicuntur sponsali a spondendo. Nam moris fuit ueteribus stipulari. & spondere sibi uxores futuras: unde & Sponsi Sponsæque appellatio nata est. Et sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia. Denique constat & absentem absenti despondere posse. Et hoc quotidie fit: dummodo hi qui absunt sciant eorum nomine sponsalia fieri aut si postea ratum habuerint. Et in sponsalibus ætas contrahentium diffinita non est, sicut in matrimoniis: quapropter primordio ætatis sponsalia effici possunt: si saltem id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si psonæ nō sint minores septem annorū: & hoc tenet glo. Insti. de nup. §. j.

Sponsus.

Aetas in spōsalib'.

De ritu nuptiarum.

Ritus nuptiarum exponitur, id est de festiuitate siue solennitate nuptiarum. Et hæc quatuor. Matrimoniū, Nuptiæ, Coniugium, Consortium, idem significant, Contubernium uero est tantum inter seruos. l. serui. C. de adul. Et sunt nuptiæ siue matrimonium coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam uitæ consuetudinem continens & consortium omnis uitæ, & diuini & humani iuris communicatio, Insti. de pac. por. circa princ. iuncta gl. Et dicuntur nuptiæ a nubendo, id est, uelando: quia mulieres uelatæ & quasi sub nube ita

Contubernium

Nuptiæ

cedere debent.xxxiij.q.v.hæc imago. Matrimoniũ autẽ appellatũ,est,quia mulier nubit ut mater fiat: & quia onera,dolores,& pericula partus mulier subit, ideo potius a matre, q̃ a patre matrimonium appellatur.c.fi.de conuer.infide.&.l.fi.C.qui po. in pig. Coniugium autem dictum, quia communi iugo & æquali con-iuges uitam trahere debent,licet aliquando dispari tractu, Consortium autem dictum est,quia omnis uitæ societas inter eos communicari debet. Sunt autem quæ nuptias fieri prohibent,& factas dissoluunt, quæ no. per glo. Insti. de nup.§.sunt & aliæ.Et continentur his uersibus: Aetas,cõditio,numerus, monachatus, & ordo, Adop.nobilitas,sanguis,tutela,potestas,Fons sacer, affinis, raptus,repugnat honestas. Irrita quæ faciunt connubia legibus hæc sunt. Secundum canones autem Ioan.an. in summula super quarto Decre.ponit alios uersus istos uidelicet. Error conditio,uotum,cognatio, crimen. Cultus disparitas,uis,ordo,ligamen honestas.Si sis affinis, si forte coire nequibis.Hæc copulanda uetant, cõnubia facta retractant.

Matrimonium · Coniugium · Consortium · Matrimonium quasi ipse ditur

De iure dotium.

Reipublicæ interest mulieres dotes suas saluas habere ꝓpter quas nubere possint.Et appellatur Dos,datio quædã,quæ nomine uxoris marito ad perferendum onera matrimonij constituitur.Et quia dos intuitu matrimonii fit, ideo dotis appellatio ad ea matrimonia non refertur,quæ consistere non possunt.Neque enim dos sine matrimonio consistere potest,sed bene econtra.Vbicunque igitur matrimonii nomen non est,nec dos est.Et est duplex dos: Profectitia,quæ a patre uel a parente, id est, auo paterno, uel proauo profecta est, de eius bonis uel eius facto. Si ue igitur parens dedit dotẽ, siue procurator eius, siue iussit alium dare,siue cum quis eius negotium gerens dedisset,parens ratum habuerit, uel eius intuitu collata, Profectitia dos est.Si autem aliunde,puta ex bona fortuna pro muliere dos constituitur, Aduentitia dos appellatur:Et licet dominium dotis maneat apud uxorem,tamen fructus dotis ad maritum pertinere debere æquitas suggerit,id est,persuadet.cum enim ipse onera matrimonij subeat, æquũ est etiam eum fructus percipere. Dotis autem causa data accipere debemus ea,quæ in dotem dantur :cæterum si res dentur ea quæ Græci parapherni dicunt,quæq; Galli Peculium appellant,id est,quæ mulier habet præter dotem,non statim mariti efficiũtur:nisi sic dentur,ut eius fiant.

Dos. · Dos profectitia · Aduentitia. · Dotis causa data.

De pactis dotalibus.

Nedũ ante nuptias licet super dote pacisci,sed etiam post. Non tamẽ super dote licet in omni casu uel omnibus pacisci ante nuptias,& post: uir enim cum uxore constante matrimonio paciscendo super dote,si quidem donationis causa faciat,aut cõfertur pactum donationis super dote appositũ in tempus matrimonij, & nõ tũ.Si uero collatũ sit pactũ post matrimoniũ solutũ,& tũ nisi inuitet quis ad furãdũ. Sũt & alia pacta q̃dã, q̃ circa dotẽ apposita quãdoq; ualẽt q̃nq; iprobata sunt,& moribus & legibus,& ꝓpterea inualida,de quibus tractat hic tit.&.C.de pac.initis,&c.

Q ñ liceat paci-sci super dote.

De fundo dotali.

Lex Iulia, quæ dotali prædio prospexit, statuit, ne marito liceat obligare, aut alienare fundum dotalem & idem de sponso. Dicitur autem Fūdus dotalis qui ab uxore marito in dotē traditur. Fallit hoc in quatuor casibus Primo, quando maritus prouocatur ad diuisionē fundi dotalis, qui cum altero communis est. l. fin. C. de fun. dot. Secundo, nisi ex necessitate, puta quia aliter uiuere non potest: uel ut exeat carceres. l. i. C. de libe. cau. Tertio nisi cum uniuersitate bonorum ipsius mariti transeat. l. ij. ꝯ. eo. titu. Quarto, nisi uertatur ad utilitatem mulieris. l. ij. ꝯ. eod. tit.

LIBER XXIIII

De donationibus inter uirum, & uxorem.

Comprobatū est moribus id est, iure ciuili, ne inter uirum, & uxorem constante matrimonio donationes ualerent: & hoc ideo, ne mutuo amore inuicem spoliarentur, si donationibus non obtēperarent: nec esset eis studiū liberos potius educandi Et sæpe futurum esset, ut destituerentur matrimonia id est, separentur, uel exhaurientur. si non donaret is qui posset. atque ea ratione euenturum esset, ut uenalia essent, matrimonia, quod esse non debet. l. ij. C. de inuti. stipu. Voluit igitur lex inter uirum, & uxorem donationes prohibere, existimans honestū amorem ex animo pendere, de berē nō ex lucro: & ne ꝯcordia pretio conciliari uideretur: ne ue melior in pauptatē incideret, & deterior ditior fieret. ꝯ. eod. l. i. ij. & iij. Prohibent igitur istæ donationes constante matrimonio fieri: quibus factis donans fit pauperior, & recipiēs locupletior. Istæ appellantur Lucratiuæ donationes. Remuneratiuæ autem, puta si plebeius nobilem uxorē ducat, aut plebeia militem, uel rusticana uirum literatum, aut dignitate præditum recipiat. potest in compēsationem præeminentiæ aut prærogatiuæ nobilitatis aut dignitatis aliquid donare, istud enim constitutionibus principum permissum est. C. eod. tit. per totum. Donatiōes lucratiuæ. Remuneratiuæ.

De diuortiis

De diuortiis, id est, disiungendis matrimoniis olim contractis loquitur hic titulus. Est autem diuortium proprie inter coniunges, qui semel coniuncti legitime diuortiantur, id est, separātur. Repudium autem est inter sponsos, qui prius legitime coniuncti non fuerant, & nunc a cōniunctione abstinent. Sed promiscue iura utuntur his uocabulis. l. diuortio. §. i. de uer. sign. Et erant olim multæ causæ ex quibus diuortia fierent, quæ numerantur. C. eod. l. consensu. Addiris trib9 p iusti .i autē. de nup. collat. iiij. §. has itaqꝫ. Hodie autem paucæ sunt: ut in auten. ut liceat ma. & auiæ. §. quia uero pluri mas. collat. viij. Secundum canones autem nullæ sunt causæ diuortii uerum quia non fit diuortium, nisi ex causa consanguinitatis. & tunc non dirimititur, sed magis nullum declaratur. Item propter adulterium. sed tūc non fit diuortium, quia aliam accipere non potest, licet debitum reddere non teneatur: ut dicit gloss. in. l. diuortio. ff. de nego. gestis. Diuortium Diuortium. Repudium. Cāæ diuortii.

aut di-

ctum a diuersitate mentium uel quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Et in diuortio, non est nisi unum uerbum quod animo constituendi perpetuā dissensionem facit, hoc modo: Res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. In repudiis autem, id est, in renuntiatione quæ in sponsalibus discutiendis fit, interuenit renūtiatio in hæc uerba, Conditione tua non utar. Et in illa necessarij sunt testes septem ciues Romani, puberes, & rogati. Item necessaria est scriptura, uel libellus: licet enim solo consensu contrahatur matrimonium: non tamen solo dissensu dissoluitur, sed necessaria est scriptura. fauor enim liberorum imperat solutionem matrimonii difficiliorem esse. Item necessarium est, quod duret uoluntas eius, qui misit libellum repudij. Nam si pœnituerit eum, & per ignorātiam mutatæ uoluntatis obligatus est alteri: durat matrimonium, nisi pœnitentia cognita, is qui accepit uoluit matrimonium soluere: tūc enim per eum qui accepit soluitur matrimonium. C. eod. l. consensu. in princ. & .j. eo. si pœnituerit. Itē necessarium est quod fiat remissio libelli animo constituendi perpetuam dissensionē: quicquid enim calore iracundiæ fit, uel dicitur non prius ratum, est, quā perseuerantia declaret iudicium animi fuisse. Ideoq; per calorem misso repudio, si in breui reuersa ē uxor, nec diuertisse uidetur. j. eod. l. diuor.

Quæ necessaria i repudiis.

DIGESTI

INFORTIATI

TITVLI.

IN hoc principio Infortiati nō est caput noui libri sed diuisio præcedētis uicesimiquarti. Facti sunt enim p̄ dotibus tres singulares libri: ut est tex. in proœ. ff. §. alterutri. Et constat unum esse de spon. ff. lib. xxiij. Aliū de dona. inter ui. & uxo. ut. ff. lib. xxiiij. sub quo & comprehenditur præsens titulus. Tertius de impensis in rebus dotalibus factis: ut. j. libro proxi. ergo hic non potest esse caput libri. ut. C. de ue. iur. enu. l. ij. potest hos. Et dicitur Infortiatum addendo eius substantiuum, scilicet ius, uel Digestum. Appellatum ex eo (ut quidem uolunt) quia forte ius, id est, efficax, & ualidū circa hæreditates continet: uel ita denominatum ab eius inuentore uel auctore sicut Publiciana, & Triticaria Vel, quod melius est, nomen est, magistrale, de quo disputare cur impositum sit, relinquitur pertinacibus, secundum Tull. ad Herennium. Et quia plura sunt negotia q̄ uocabula. ff. de præscri. uer. l. natura. Alij dicunt quod ab Infortiasin Chaldæo uocabulo denominatur, quod

Infortiatū.

idem est quod dispositio: quia ultimæ dispositiones & uoluntates hoc libro continentur. unde solet dici.

Sum liber fortis disponens prælia mortis.

Et clausis portis me discat lector in hortis.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

Quibus modis matrimonium dissoluatur, diximus supra de ritu nuptia. & de diuor. quocunq; ergo modo dissoluatur matrimonium habet locum hic tit. j. de uerb. sig. l. cum quærebatur. Et not. quod dicit matrimonio: alias enim nulla actio competit, si sciens non ualere matrimonium dotē dederit. Si autē ignorans, condictio ob causam locum habet. l. i. C. de condi. ob cau. Quemadmodum, id est, per quos: ut. j. eo. l. ij. Et a quibus, & in quantum. j. eo. l. maritum Et quando, quod constat ex ipso rubro, scilicet soluto matrimonio: Petatur, id est, repetatur: & ita simplex pro composito ponitur. sic. ff. de pig. act. l. petenti. Debet itaque soluto matrimonio dos solui mulieri, & olim soluebatur sibi annua, bima, trima die, id est, quolibet anno tertia pars. Hodie autem immobilia statim. mobilia intra annum: ut. C. de rei uxo. act. l. una. §. exactio. Fallit in casibus, quibus dos soluitur, sed non mulieri. Primo quando culpa mulieris solutum est matrimoniu; puta propter eius adulterium. j. eo. l. Lucius. in fi. nisi etiam uir deliquerit. j. eo. l. cum mulier. & l. uiros Secūdo fallit, si pactum est lucrandæ dotis interpositū: ut in Autē. de sanc. epis. §. Si uero constante. coll. ix. Itē fallit si aliud potest obijci mulieri: ut. j. eo. si mulier. & l. sol. Item fallit si extraneus dedit, & pactus est sibi reddi. C. de rei uxo. actio. l. una. §. accedit. Item fallit si est in potestate patris. j. eo. l. ij. §. i. Et licet in titulo dicatur, soluto matrimonio: tamen aliquando etiam cōstante matrimonio dos repeti potest. Primus est. j. eo. l. si constante in prin. propter inopiam uide licet mariti, quando euidentissime apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere. Secundus est. ff. de iur. do. lege. quemadmodum. ut quando bona gratia matrimonium fuerit solutum: ut si factus fuerit monachus quod esse potest. l. fi. C. de epis. & cler. & c. c. final. de conuer. coniug. Tertius est. C. de repud. l. i. Quartus si maritus damnatus in metallum: nam hodie non soluitur per hoc matrimonium: ut in Autē. de nup. §. quod autem colla. iiij. & tamen dos repetitur. j. eod. si marito. Sunt & alij casus quibus constante matrimonio maritus non cogitur restituere dotē, potest tamē si uult: & ualet restitutio. j. eo. l. quamuis. & l. sic. Alias si reddat uir dotem cōstante matrimonio: non liberatur, nisi quatenus mulier esset locupletior. l. i. C. si dos constante mat. sol. fu.

Dos resti tuit solu. ma.

Soluit dos, sed non mulieri.

Repetitur dos cōstāte mat.

LIBER XXV.

Et primus huius.

De impensis in rebus dotalibus factis.

Supra titulo proximo tractatum est quomodo soluto matrimonio dos debeat solui mulieri: Sed

quia maritus in rebus dotalibus aliquando expensas facit, & aliquid ei impendit, quo dos diminuitur: fuit quæsitum, an in restitutione dotis posset illud retinere & distinguit Iurisconsultus, faciens triplices impensas: Necessarias, Vtiles, & Voluntarias. Necessariæ sunt, quibus non factis res erat peritura, uel deterior futura: ueluti aggeres facere, flumina auertere, uetera fulcire, iter reficere, arbores in locum mortuarum imponere. Vtiles sunt, quibus non factis, res non erat peritura: sed eis factis, res est melior futura: ueluti pecora prædijs imponere, id est, stercorare. Voluntariæ sunt, quas maritus ad uoluntatem fecerit, & quæ rem ipsam exornant: ut balnea extruere parietes depingere. In primis expensis, scilicet necessariis, dic quòd minuant dotem ipso iure, si consistat in pecunia, & spe dotis: ut si fundus, & pecunia in dotem datur, quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipsa deberi desinit. Si uero solus fundus in dote sit tunc si tantum expenditur simul, uel etiam diuersis uicibus quanti est fundus, tunc ipso iure desinit esse dotalis: sed tandiu totus uel pro parte retinetur, quandiu impensæ restituantur. ff. de iure dot. l. si is. qui. §. penul. & finali. Si autem utiles sunt, tunc per actionem negotiorum gestorum, uel mandati, si mãdato mulieris fecit, repetuntur: uoluntariæ autem non repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sunt: sed abraduntur, si possunt abradi sine læsione prioris status. C. de rei uxor. act. lege una. §. sed nec ad impensam.

Impensæ necessariæ.

Vtiles.

Voluntariæ

De actione rerum amotarum.

Quia in dissoluẽdis matrimonijs per diuortium, uel aliter, aliquando fiunt amotiones rerum, quæ repetitione etiam dotis per compensationem opponitur ob res amotas: ut in. l. j. C. eod. ideo rerum amotarum titulus, hoc est, de amotione rerum & earum actione, quæ dicitur Rerum amotarum supponit. Et dicuntur res amoueri quantum ad hunc titulum large: puta si celatæ sint, id est, absconditæ, uel delatæ, id est, asportatæ, uel consumptæ, uel contrectatæ sint dolose non errando. Et est singularis actio rerum amotarum introducta aduersus eam, quæ uxor fuit: quia non placuit, cum ea furti agere posse, quam societas uitæ quodam modo dominam faceret rerũ ipsius mariti. Nam in fauorem matrimonii turpis actio aduersus uxorẽ amouentem negatur. Et qui rerum amotarum instituit actionem, quatuor necessario habet probare, ut locum habeat hæc actio: scilicet, quòd res mariti dolo malo ab uxore amoueatur, uel res uxoris a marito. ff. eod. l. contra. §. item cum. & lege mulier. Item ut fiat amotio ꝯstante matrimonio: nam si post diuortiũ, uel solutum matrimonium quondam uxor uiri res amouet ꝯuenitur actione furti. ff. eod. lege & ideo. i. respon. Item quod & causa diuortii, & secutum sit diuortium: uel ꝙ fiat causa speratæ mortis, & sequatur mors. ff. e. l. si mulier. & l. tertiũ quidem. Actio ista personalis est, perpetua & prætoria. ff. e. l. rerum amotarum. & l. si mulier. § hæc actio. & habet naturã condictionis, ut scilicet non infamet. ff. de act. & ob. l. cesset.

Res amotæ.

Quatuor ꝓbanda in hac actiõe

De agnoscendis liberis, uel parētibus, uel patronis, uel libertis.

Plaucianū senatuscō sultū. Senatusconsultum plaucianum, quod factum est de liberis agnoscen dis, duas species complectitur: unam eorū qui agnoscunt, id est, tenentur agnoscere: alteram eoruз qui falsum partum subijciunt: Prima, ut ueri liberi agnoscantur: Secunda, ut falsi, & suppositi repellantur, & examinētur, an ueri sint uel falsi. Qui ergo falsuз partum subijciunt tenentur crimine falsi: & perpetuo, & soli paren tes, uel quorum interest accusant. ꝟ. de falsis. l. qui falsi. §. i. Nec differtur haec accusatio in tempus pubertatis. Permittitur igitur mulieri per hoc senatusconsultuз, si putet se praegnan tem, denuntiare intra .xxx. dies conti nuos post diuortium connumeran dos, ipsi marito, uel parenti eius, aut ad domum denuntiare, si nullius eorum copiam habeat. Mulierem ex eo esse praegnantem. Et ex tunc maritus potest mittere custodes, aut eidē nuntiare ꝙ non sit ex eo pregnans: & est poena mariti, ꝙ nisi aut custodes praemiserit, aut contra denuntiauerit, non ex se esse praegnantem, cogat maritus partum agnoscere, id est, alere. Et si non agnouerit, extra ordineз, id est, arbitrio iudicis poena plectit. Et pertinet hoc senatusconsultum ad eos partus, qui post diuortium edun tur. Aliud est senatusconsultum, factum temporibus Diui Adriani, ut etiam si constante matrimonio par tus sit editus, de agnoscendo eo agatur, praeiudiciali in rem actione, qua se in filium uendicabit, uel in nepotem, dicens se ab eo genitum: ut ab eo percipiat alimenta, & successionē, quae filij a parētibus percipere debēt. Tenetur igitur per hunc titulum pater alere filios, & nepotes, qui in artificio se nutrire non possunt. Et econtra filius patreз, auum, proauum, caeterosq; ascendentes ex utraque linea. Tenetur etiam patronus alere libertum, & econtra. Alimenta auteз pro modo facultatum erunt praebenda indigentibus: alias enim qui tenetur praestare alimenta, & non facit, sed eum abijcit quem alere deberet, uel ei alimoniam denegat, uidetur eum necare, ac si partum suffocasset, id est, antequam nasceretur extinxisset, uel natum ad fauces strinxisset. l. necare. ꝟ. eod. Generale tamen est in omnibus parentibus, ut non compellantur alere, si habeant quid obijciant liberis: & econtra. ꝟ. eod. l. si. quis. §. sed & filius. &. §. idem iudex.

Denūtia. quod uxor sit prae gnās.

Agno scere partū.

Alere qsi qs tenet.

Alimenta qlia.

De uentre inspiciendo, custodiendoq; partu.

Quia ubi soluto matrimonio mulier fatetur se pregnantem ex uiro, locum habet senatuscons. Plaucian. ut scilicet de inspiciendo uentre, custo diendoq; partu, seruentur ea quae dicta sunt. §. tit. proxi. ut uidelicet mulier his, ad quos ea res pertinebit, pro curatoribus ue eorum, bis in mense denuntiandum curet, ut mittant si uelint quae uentrem inspiciant. Mittantur autem mulieres liberae duntaxat quinque, haeq; simul omnes inspiciant. Et ne qua earum dum inspi cit inuita muliere uentrem tangat. Et pariat mulier in domo honestissimae foeminae, a iudice deputandae. Et in quo mulier paritura erit, ibi nō plures aditus sint, quàm unus: nec plures mulieres liberae sint, quàm de

Inspicere uētrem.

etem, uel ancillæ sex. Et hæ quæ intus futuræ erunt excutiantur omnes, id est, inquirantur, in eo cõclaui ne qua prægnans sit: tria lumina, nec minus ibi sint, scilicet quia tenebræ ad subijciendum partum aptiores sunt. Et quod natum erit, his ad quos ea res pertinet, si inspicere uolent, ostendatur, & apud eum educetur, apud quem parens iusserit. Econtra cum maritus prægnantem mulierem dicit, uxor autem negat: eligetur domus honestissimæ fœminæ, in qua uxor ueniat: & ibi tres obstetrices probatissimæ & artis & fidei, quæ a iudice assumptæ fuerint, eam inspiciant. Et si quidem omnes uel duæ retulerint prægnantem uideri, tunc mulier custodem a uiro adhibitum admittat, ac si ipsa hoc desiderasset. Si autem omnes uel plures non esse grauidam renuntiauerint, nulla causa custodiendi erit: poterit igitur iudex mulierem ad se euocare, & apud eum interrogare, an se putet prægnãtem: cogendaq; erit respondere, & in ius uenire, captis pignoribus, & distractis, si contemnet: uel imposita mulcta coerceatur: & tunc locum habeat titulus noster.

Si uentris nomine mulier in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium trãslata esse dicatur.

Contingit aliquando quòd mulier quæ se prægnantem esse dicit, propterea in possessionem bonorũ mariti uentris nomine mittitur: ipsa eandem possessionem dolo malo, id est, fraudulenter in alium transfert: quapropter hoc edicto prospectum est, ut in mulierem, quæ in alium hanc possessionem dolo malo transtulit, actio constituatur in factum, quanti interfuit eius ad quem possessio pertinebit. Et dabitur hæc actio etiam post annũ, qui a habet rei persecutionem, id est, datur ad interesse: & recte a prætore prouisum est, ne dum in fauorem partus possessionem polliceatur causa uentris, alijs prædæ occasionem præbeat, id est, iniustæ acquisitionis materiam.

Si mulier uentris nomine in possessione calumniæ causa esse dicatur.

Si de possessione uentris nomine quæratur, & deferente hærede mulier iurauerit se prægnantem esse, seruandum est iusiurandum, nec tenebitur mulier quasi calumniæ causa fuerit in possessione missa: nec uis ei facienda est post iusiurandum: si tamen peperit, quæratur ueritas, an ex eo prægnans fuerit. Et dicitur per calumniã in possessione fuisse, quæ sciens prudensq; se prægnantem non esse, uoluerit in possessionem uenire. Competit autem actio ei cuius interfuit in possessionem missam non esse, puta hæredi, uel ei qui substitutus fuit, uel qui ab intestato, si partus non fuisset, succedere potuisset. Et bene prouidit prætor. Sicut enim facilis est circa bonorum possessionem dandam mulieri uentris nomine: ita calumniam eius (id est, eam non esse prægnantem, uel ex alio grauidam) impunitam noluit relinquere.

De concubinis.

Concubina olim dicebatur Pellex, postea autem Amica dicta est: nunc Cõcubina Pellex Amica.

Focaria. Clauigera. autem honestiori uocabulo Concubina appellatur, quæ lege coniugali soluta ei cohæret, qui posset esse maritus, & secum concumbit: quapropter etiam concubina appellata est, quæ & Focaria, id est, focum, uel culinam præparans: uel Clauigera: appellatur, maxime si clerico cohæret. Et possunt in concubinatu solum illæ mulieres retineri, in quas stuprũ non committitur, id est, quæ non sunt uirgines uel uiduæ: uel in quas incestum non committitur, ut sunt cognatæ, & moniales. Et regulariter ista potest esse cocubina, quæ potest esse & uxor: ut in auten. ut lice. ma. & auiæ. §. ad hæc. coll. viij. Et cuiuscunq; ætatis concubinam habere posse palam est, nisi minor annis duodecim sit. Et quia concubinatus per legis nomen assumpsit, id est, esse dictum, ut sit legitima cõiunctio, ideo extra legis est poenam, scilicet adulterii uel stupri: intelligamus lege ciuili uel fori permissum esse concubinatum, non iure poli. Nam secundum diuinas & canonicas institutiones omnis fornicatio prohibita est. xxij. q. iiij. nemo sibi blandiatur de legibus. & c. meretrices.

Cõcubina q̃ possit eẽ.

LIBER XXVI.

Et secundus huius.

De tutelis.

TVtela est (ut Seruius diffiniuit) uis aeque potestas in capite libero constituta, id est, uiolenta potestas ad euẽdũ eum, qui propter ætatem suam se defendere nequit iure ciuili data, & permissa a testatore. Tutores sunt, qui eam uim atque potestatem habent: ex qua re ipsi nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores: æditiui dicuntur, qui sicut ædes tuentur. lege infra. §. i. ff. de offic. præfect. urb. Et est Tutela uirile officium: fœminæ enim tutores dari non possunt nisi a principe filiorum tutelam specialiter postulẽt, &c. C. quãdo mulier tut. offic. lege. iij. Sed hodie mater & auia absque hac impeeratione omnibus præferuntur, si renuntiant secundis nuptiis, & senatusconsul. Velleiano: exceptis testamẽtariis, in Auten. de hæred. ab intest. §. ex his. & in Auten. matri. C. quando mul. tu. off. & l. omnes C. ad Tertul.

Tutores. Aeditui. Fœminæ tutelæ.

De testamentaria tutela.

Triplex reperitur tutela: Testamẽtaria, Legitima & Datiua. Inter quas quia Testamentaria principalior est, & magis priuilegiata, quãdiu enĩ superest testamentarius tutor, non admittitur legitimus, uel datiuus: qua propter de testamentaria tutela præmittitur. Est autem Testamentaria tutela quam testator in testamento suo facit. Est enim lege. xii. tab permissum parentibus liberis suis, siue masculini, siue fœminini sexus, si saltem in sua potestate sint, tutores testamento dare, & etiam posthumis uel nepotibus. Et dicuntur testamento dati tutores etiam hi, qui codicillis testamento confirmatis scripti sunt. Et testamento dati tutores nõ sunt cogendi satisdare rem pupilli saluam fore, quia fides eorum a testatore uidetur esse approbata.

Tutela testamẽtaria.

De confirmando tutore, uel curatore.

Tutores secundum testamenta recte dari intelliguntur, si dati sunt a quibus oportet, id est, a patre: & quibus oportet, puta liberis Et quomodo oportet, id est, quibus uerbis, puta, Liberis meis tutorem do: & ubi oportet puta in testamentis uel codicillis confirmatis. Si autē fuerit persona talis, q̄ nō potest dare tutorē, ueluti mater, aut extraneus aut talis persona, cui non potest dari, ueluti pater filio non existenti in potestate: aut codicillis non confirmatis: tunc quod deficit repletur a consulari potestate. Et potest talis tutor per iudicem confirmari. Et si quidem pater fuit qui dederit, amplius nihil inquirit qui præest, sed simpliciter eum confirmat sine satisdatione siue inquisitione. Si autem alius quis dederat, tunc inquirit personam, si est apta. In confirmando autem tutore prætor inquirere debet, an patris uoluntas durauerit, uel an improbitas morum ipsius tutoris prius ignorata, uel celata emerserit uel inimicitiæ cum patre exarserint.

De legitimis tutoribus.

Legitimæ tutelæ sunt, quæ delatæ sunt agnatis, & cōsanguineis. Itē patronis, id est, his qui ad legitimā hæreditatem admitti possunt: & hi dicuntur Legitimi tutores: quia lex xii. tab. eos dat: & habuit in hoc lex summam prudentiam, ut hi qui sperarent successionem pupilli si moreretur, iidem etiam tuerentur bona, ne dilapidarentur. Sunt autem agnati, qui per uirilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, q̄si a patre cognati: ueluti frater eodē patre natus fris filius, nepos ue ex eo. Itē patruus, & patrui filius, & nepos Hodie autē inter agnatos & cognatos quo ad tutelam nulla est differentia. Sed qui proximior est, sicut in successione ulteriorē repellit, ita & in tutela onus subeat: dummodo nullo defectu ætatis, uel morbi sint impediti: in Autē. de hæred. ab intest. §. ex his coll. ix. Agnati.

De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent, qui, & in quibus causis specialiter dari possunt.

Deficiente tutore testamentario uel legitimo, olim dabatur tutor ex lege Attilia per prætorem cum tribunis in ciuitate Romana. In prouincijs autem ex lege Iulia, & Titia per præsides: qui propterea Datiuus appellatus erat, quia specialiter a iudice datus: quoties etiam spes erat testamentarii tutoris forte sub conditione aut die certo dati, interim tutor datiuus in locum eius substituebatur, donec cessaret impedimentū testamentarii: hodie autem iure nouo desierunt tutores dari ex prædictis legibus. Et Romæ quidem præfectus & prætor, in prouinciis uero præses & magistratus eius iussu, si facultates pupilli non sunt magnæ, dant tutores. Et si quidem facultates pupilli se extendunt usque ad quingentos solidos possunt dari tutores a quocunque magistratu, etiam sine iussione præsidum: recepta tamen cautione rē pupilli saluam fore. de hoc Insti. de attil. tut. per totum. Datiuus tu. Attiliau.

Qui petant tutores, & curatores, & ubi petantur.

Quidam sunt, qui minoribus non habentibus tutores, uel curatores, qui ex legibus eorum sint defensores, ex necessitate tutores petunt: ut sunt omnes q impuberi possunt succedere, etiam mater impuberis. Et confestim est petitio tutoris facienda, id est, ubi primum potuit quis: hoc est, prætoris habuit copiã huic rei sedentis : nisi forte infirmitate qs detineatur, uel alia magna causa. Et idem in curatoribus impuberum, uel furiosorum, uel uentris est intelligendum. Item liberti impuberis ex necessitate petunt ei tutores: ipsi eniȝ de hoc accusati puniuntur, & emendantur, si apparet propter negligentiam, uel malitiam non petijsse tutores. j. eo. l. Græca, si minores. Iteȝ ex necessitate petunt sibi curatores adolescentes in lite. C. eo. l. i. & Institu. de cura. § item inuiti. Sunt & alij qui petunt ex uoluntate, ut cognati & affines familiares parentum, & amici eorum, & educatores ipsorum puerorum. dicta. l. si minores. Sunt autẽ petendi tutores uel curatores minoribus in eo loco, unde ipsi ducunt originem, uel ex persona sua, uel ex persona patris, uel si uulgo concepti essent ex persona matris, & in eo loco ubi sunt eorum facultates. Si etiam alibi morantur, uel habent domicilium, etiam ibi recipiuntur. ȝ. tit. proxi. l. i. §. quod de hoc. C. ubi tut. p totũ.

Vbi tutores petant.

De administratione & periculo tutorũ, uel curatorũ qui gesserunt, uel non: & de agentibus, uel conueniẽdis ab uno, uel a pluribus.

Solent tutores cogi extra ordinẽ, id est, officio iudicis, ad gerendum atq; administrandum tutelam: & si non uoluerint, potest iudex eos captis pignoribus, uel indicta mulcta, aut banno coercere. ȝ. si quis ius di. non obt. l. una. & Insti. de satis. tu. §. ult. Debet autem quiuis tutor uel curator administrare: facto prius mox postquam ordinatus fuerit tutor a se publico inuentario: & secundum solitum morem facta prius sibi traditione rerum. Nisi testatores, qui substantiam transmittunt, specialiter inuentarium conscribi uetauerunt. C. arb. tut. l. ult §. ulti. Item debet administrare tutor uel curator præstito iuramento de rebus minoris utiliter agendis. & fit hoc iuramentum tunc, cum celebratur decretum, quod tradit ei curaȝ, in Autẽ. ut hi qui ob. per ha. res mi. §. ult. non ergo debet prætermittere quæ putauerit utilia minori, neq; admittere quæ nõ utilia æstimauerit. C. de epi. aud l. de creationibus. Item debet tunc satisdare pupillo uel alteri eius nomine rem pupilli saluam fore, nisi sit testamentarius, uel cum inquisitione datus: alioquin non potest administrare, neq; aliquid ex bonis pupilli alienare C. de tut. uel cu q sat. non de. l. i. iij. & ult. Si autẽ fuerint plures, quis tunc geret, habet Inst. de satisd. tut p totũ.

Inuentariũ.

Iuramentũ tutoris.

Satisdatio tutoris.

De auctoritate, & cõsensu tutorum.

Pupillus ex omni contractu sine tutoris auctoritate celebrato obligari non potest, neq; ullum actum gerere, per quem conditio eius deterior fiat. Est ergo in quibusdam casibus tutoris auctoritas necessaria pupillis quibusdam nõ est necessaria. Nam si quid dari sibi stipuletur pupillus, nõ

Auctoritas tutoris qñ necessari.

est necessaria auctoritas tutoris: quia conditionem suam meliorem facere potest sine auctoritate cuiuscunque. Si autem pupilli aliis promittat, uel patrimonium eorum diminuitur, necessaria est auctoritas tutoris: quia rem suam non aliter deteriorem facere possunt, quàm si tutoris accesserit auctoritas. Et ideo nullam obligationem pupillus contrahere, neque hæreditatem adire, neque fideicommissum agnoscere sine tutoris auctoritate potest. Et tutor interponens suum consensum, debet statim in ipso negotio præsens esse, & approbare quod
Au agitur: post tempus uero, aut per epi
ctori stolam interposita eius auctoritas ni
tate3. hil agit. Est autem præstare auctori
præ tatem, cum quis dicit se probare id
stare. quod agitur: hoc est enim auctorem fieri. ff. eo. l. etiam.

Quando ex facto tutoris, uel curatoris minores agere, uel conueniri possunt.

Si tutor uel curator ex pecunia pupilli, cuius negotia administrant, mutuo dederint, uel prædia suo nomine emerint, datur minori, id est, pupil
Do lo, cuius ea pecunia fuit, actio ad rem
lus tu uendicandam, uel mutuam pecuniã
torũ. exigendam. Dolus autem tutorum pupillo neque nocere neque prodesse debet: quod uerum est, quãdo ex fraude illius pupillus nõ est factus locupletior. Regulare tamen est, quod ex pacto alterius alteri non datur actio ff. de re. iu. l. quo tutela. Idem intelligituri in adulto & curatore.

De suspectis tutoribus, & curatoribus.

Suspectum tutorem dicimus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimuero tutor uel curator quãuis pauper est, fidelis tamen & diligens, remouendus non est quasi suspectus. Inst. eo. §. ult. & ff. eo. l. suspectũ. & C. e. l. i. Sic ergo tutorem suspectum non facultates, sed fraudulenta uel callida conuersatio in rebus pupillaribus cõmẽdat. Et ex omni genere tutorum, siue testamentarij sint, siue legitimi, siue etiã datiui, potest tanquam suspecti remoueri. Et est hæc actio quasi publica, id est, omnibus patens: quinimo etiam mulieres admittuntur: sed hæ solæ quæ pietatis necessitudine mouentur: ut mater, nutrix, auia, & soror, & si qua sit similis, quæ sexus uerecundiam non transgreditur, ut fecit Calphurnia: sed pietate quadam iniuriã pupilli continere non potest: imo etiã tutor suum contutorem suspectum facere potest. Et qui remouetur tanquam suspectus, si ob dolum remouetur, est infamis. Si ob culpam, id est, negligentiam, non erit infamis.

Pau pertas

Actio suspecti.

LIBER XXVII.

Et tertius huius.

De excusationibus, & temporibus earum.

Excusantur quidam a tutela in perpetuũ, ut mutus, & surdus: quidam ad tempus, minores, & furiosi qui habent dilucida interualla. Sunt & aliæ multæ causæ, propter quas tutores & curatores excusantur: quia tres liberi Romæ, & quatuor in Italia, & quinque in prouincijs præstant excusationem a tutela. Item procurator fisci excusatur. Item absens Reipub. causa a tutela

Cãæ excusationũ a tutela

uel cura noua in totum excusatur:ab antiqua uero non, nisi durante absentia, Itē habens publicā ptātē a tutela excusat. Itē h̃fis litem cum pupillo, de omnibus bonis. uel maiori parte excusatur. Item tres tutelæ onerosæ non affectatæ diuersorum patrimoniorum tandiu præstant excusationem, quādiu durant. Qui probat se ita pauperem, q̃ tutelæ uel curæ superesse non potest, habet excusationem. Item infirmitas præstat excusationem. Itē homo simplex, & ignarus literarum, habet excusationem. Item inimicitiæ capitales, de quibus non est facta reconciliatio, præstat uacationem. Maior. lxx. annis a tutela se excusat. Minor autem. xxv. ann. etiam uolens non admittitur. Idem obseruatur & in milite, & in militante. Item docens grammaticam, rhetoricam, uel medicinam Romæ, uel in patria inter constitutum numerū excusatur. Qui autem habet multas excusationes, & unam proponit, quam non probat, pōt intra statuta tempora aliam proponere & probare. Sunt autem tempora statuta in iure, quia constitutus intra centesimum lapidem, id est, milliare, habet quinquaginta dies ad probandum excusationem a die scientiæ. Constitutus uero ultra unam diætam habet pro qualibet. xx. milliaria, & insuper xxx. dies: ita tamen quòd semper nō sint pauciores q̃ quinquaginta dies.

Intra quæ tēpora excusatio fie ri d3.

Vbi pupillus educari, uel morari debeat, & de alimētis ei præstādis.

Pupillus apud

Disceptatur quandoque inter cognatos, uel familiares impuberis, uel inter quoscunque, ubi pupillus morari, uel educari debeat: an in domo tutoris, uel quondam paterna: ideo necessarium est prætorem causa cognita id statuere, id est, non apud eum qui insidiaretur pudicitiæ ipsius impuberis. j. eod. l. pe Item & si testator in testamento cauisset, ut filius educetur apud substitutum: tamen prætor æstimabit præsentibus propinquis liberorum, an id pupillo expediat: hoc enim curabit prætor: ut sine ulla maligna suspicione alatur partus & educetur: & ei cōcedat educationem, qui maiori affectione erga pupillum moueatur: & ita uel ex persona, uel ex conditione, uel ex tempore statuet, ubi potius sit alendus: considerando qualitatem, & conditionem personarum: & an eo tempore, quo pupillus educatur apud te, possis ei succedere. In primis tamen matri pupillorum educationem debet concedere, si non uitricum superinduxerit eis j. eod l. i i respon & C. eod. l. i. & ij. Et ne tutores uel curatores controuersiā habeant, quasi amplius dederint nomine alimentorum, q̃ patiatur pupilli substantia: postulent ut arbitrio prætoris alimenta pro modo facultatum pupillis uel iuuenibus constituantur. C. eo. l. ult. In quo attendendum est, utrum sint pupilli egeni, an diuites, an mediocriter se habentes. Et semper ita singulis annis expendi iubere, ut aliquid ex reditu supersit. l. ius alimentorum. j. eo.

Mater pupilli.

De tutelis, & rationibus distrahēdis, & utilis curationis causa actione.

Actio

De tribus actionibus tractat hic titulus. primo de actione tutelæ directa, læ di quæ nascitur finita tutela. finitur autem recta.

tem non solum pubertate, sed etiam morte tu. oris. uel pupilli: & alijs modis de quibus Insti. quib. mo. tu. finitur. per totum. & quid in ea ueniat, dicitur hic: & C. arbi. tu. per to. Secundo tractat hic tit. de quadam actione, quæ dicitur actio de rõcinijs distrahendis: de qua. ĵ. l. i. §. de rõnibus. & datur contra tutorem pro his, quæ sibi reliquit, in duplum Et actione de rationibus distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit dolo, uel non dolo, ut quia credebat sibi licere, uel pupillum concessurum quod si furandi animo fecit, etiam furti tenetur. l. ij. ĵ. §o. Tertio tractat de actione curæ, id est, de actione utili negotiorum gestorum, quæ datur in curatorem. ĵ. eo. l. si tutelæ. Et sunt istæ actiones separatæ & una aliam tollit: nam si una est actum, nõ agetur alia: & ecõtra.

Actio de ratiocinijs.

Actio curæ

De contraria, & utili actione tutelæ.

Sicut finita tutela pupillus habet directam actionem tutelæ pro malã, uel inutili, aut negligenti administratione tutoris: ita & contrariam tutelæ actionem prætor præposuit, induxitq; in usum, ut facilius tutores ad administrationem accederent: postquam scirent pupillum quenque sibi obligatum fore ex administratione. Et iuste introduxit hanc actionem prætor, ut prouocaret, tutores quo promptiores de suo aliquid pro pupillis impendant: dum sciunt se recepturos id, quod impenderint. Et competit hæc actio non solum tutori, uerum etiam ei qui pro tutore negotia gessit, etiam si curator sit uel pupilli, uel adolescentis, uel furiosi, uel prodigi, uel curator uentris, & cæteris omnibus curationibus ex ijsdem causis dandum est contrarium iudicium. Et durante tutela nõ competit, sed tunc demum finita tutela, sicut & actio tutelæ. Et ueniunt in hoc iudicio ea tantum, quæ in pupillum, uel in rem eius impensa sunt: uerum ea quæ debebantur alias tutori, puta a patre pupilli, cum pro eis integra sit actio, non deducuntur in contrarium iudicium: nisi tutor ideo cessauit exigere, quia tutor erat: nam sicuti quodcunque aliud gessit pro utilitate pupilli, id contrario iudicio consequitur: ita etiam id quod sibi debetur consequi debet, uel eius securitatem. ĵ. eo. l. i. §. an in hoc.

Cõtraria tutelæ.

Cui cõpetit.

De eo, qui pro tutore, uel curatore negotia gessit.

Duæ sunt partes huius tituli: una est pro tutore, alia pro curatore. sic & C. de neg. gest. l. qui pupilli. Et necessario proposuit prætor actionem pro tutore: quia plerunque incertum est pupillo, utrum quis tutor uere existat, an quasi tutor, cum tutor non sit, pro tutore administrauerit tutelam. Idcirco in utranque causam actionem scripsit: ut siue tutor est, siue non sit qui gessit, tamen teneatur actione pro tutelæ. pro tutore autem negotia gerit qui officio tutoris fungitur in re impuberis, siue se putet tutorẽ, siue scit nõ esse, fingit tñ se eẽ. Et qui pro tutore negotia gerit, tãdẽ fidẽ & diligentiã præstat, quam tutor præstaret: quã autẽ præstet tutor, dicitur. ĝ. de tut et ra. dist. l. i. in pri. & C. arb. tut. l. quicquid. & ĝ. de admi. tut. diximus. Et ei, qui pro tutore negotia gessit, datur cõtraria actio tutelæ: de qua ĝ. tit. proximo.

Pro tutore gerere

Quod falso tutore auctore gestum esse dicetur.

Sæpe contrahentes, decipiũtur, dũ falsus tutor adhibetur. Ideo introductum est hoc edictum, cuius uerba hæc sunt: Inquit prætor, Quod falso tutore auctore, qui tutor non fuerit, gestum erit, dabo in integrum restitutionem. Et sunt tria remedia ex hoc edicto prodita. Vnum contra ipsum dolosum tutorem. ĵ eo. l. nouissime. in princ. Aliud contra eum qui dolo fecit, ut non tutor auctoritatem interponat. ĵ eo. l. huius actionis, Tertium est de restitutione in integrũ dãda ꝯtrahenti cũ pupillo falso tutore auctore: ut non noceat ei quod egit cum pupillo, falso tutore auctore, uel cum ipso tutore falso, & de hac restitutione dicitur. ĵ. ea. l. §. fi & l. seq. Et differt hic titulus a superiori proximo: quia hic ꝯsulit ꝯtrahenti cum pupillo falso tutore auctore: alius ipsi pupillo prospicit. Itẽ alius locum habet, siue sciat se non esse tutorem, siue credat se esse cum nõ sit. ut dictum est. ŝ. rubro proxi. hic autem tantum, quando scit se non esse. ĵ. eo. l. nouissime. In princ.

Remedia ꝯtra falsum tutorem

De fideiussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorũ uel curatorũ.

Quamuis hæres tutoris tutor nõ sit, tamen ea quæ per defunctum tutorem inchoata sunt, per hæredem explicari debent: & de eo quod penes tutorem fuit, hæres quoque eius reddere debet rationẽ. Est autem aliud, Postulare tutorem: aliud, Nominare, Nam Postulare tutorem uidetur qui per alium postulat coram iudice, qui dare debet: Sed Nominare inter absentes fit: ut quando magistratus mittit nomina quorundam præsidi, quasi sint idonei: ut. ŝ. de tut. & cur. da. ab his. l. diuus. Nam & hi tenẽtur insolidum: ut. C. de magi. cõ. l. j. & iiij. Et qui postulat, tenetur etiã, nisi sit fœmina. C. de admi. tut. l. fi. §. personis. Sili & fideiussor & hæredes fideiussoris ad eãdẽ rõnẽ tenent, ad quam & ipse tutor. Et hoc si ipsi fideiussores a tutoribus nominati præsentes fuerint, & nõ contradixerint: & nomina sua in acta publica scribi passi sunt. Et in eadem causa sunt affirmatores tutorum, qui scilicet tutores idoneos eẽ affirmauerĩt: hi enim fideiussorum uicem sustinent.

Postular tutorẽ

Nota re.

Fideiussor tutorum.

De magistratibus cõueniendis, & eorum hæredibus.

Sciendum est, non solum tutores uel curatores, pupillis uel adultis, cæterisq; personis ex ad administratione rerũ teneri: sed etiã in eos, q satisdationẽ accipiũt, subsidiaria actio dat. Nã si tãtæ negligẽtiæ sint magistratus, id est, iudex, ut cautionem oẽm omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris, ut hæres eius teneatur. Et dicitur ista actio subsidiaria aptitudine, non actu: quia non semper datur in subsidium: sed aliquando principaliter, aliquando nihil omnino. Cum hac scilicet distinctione, quia aut fuit unus tutor uel curator, aut plures. Primo casu conuenitur prius tutor uel curator & postea magistratus. Si uero plures, tunc aut oẽs gesserunt tutelam aut curam, & oẽs conueniuntur ante magistratũ: Aut nullus gessit, & tunc idem. Aut alter tantum gessit, & alter non: & tunc subdistinguitur. Aut fuit diuisa tutelæ administratio per iu-

Subsidiaria actio.

dicem, uel testatorem: aut non. Primo casu pro sua gestione quilibet tenetur: & non pro alterius, & postea magistratus in subsidium. Fallit hoc in quatuor casibus: quibus unus pro alterius parte tenetur, tamen post magistratum: scilicet si tutores, ut suspectum remouendum, non remouit uel tarde remouit. uel remouendo iura pupilli pdidit, uel nõ exegit cautionem rem pupilli saluam fore, cum uideret eum nõ soluendo. Secundo casu quando tutelæ administratio non fuit diuisa, conuenitur primo gerens: secundo magistratus, tertio non gerens, nisi in dictis quatuor casibus: ubi conuenitur etiam qui non gessit ante magistratum. Ista habent in. l. ij. C. de diuid. tutela. & in. l. etiã & in. l. Aemilius. in. fi. ff. de admi. tu.

De rebus eorum, qui sub tutela, uel cura sunt, sine decreto nõ alienãdis, uel supponẽdis.

Prohibiti sunt tutores, & curatores per senatusconsul. Clementianũ, & per orationem diui Seueri, prædia rustica uel urbana eorum, quos sub tutela uel cura habent, distrahere, id est, alienare: uel supponere, id est, pignori obligare: nisi parentes ipsorũ pupillorum in testamento, uel codicillis cauerint, ut id fieri possit. Tunc enim licitum est ista alienare: etiam sine decreto iudicis, dum tamen seruetur forma in testamento tradita.

Necessaria in alienatione rerum pupilli. Si autem alias æs alienum (id est, debitũ ipsius pupilli tantũ sit, ut ex reb⁹ cæteris ide possit exolui: tũc prætor urbanus adeat, q ꝑ sua religione æstimet, q̃ pſit alienari, uel debeãt obligari. In quo tria sunt necessaria: Primo, decretũ, id est, iudicis præceptũ. Secundo, causa alienandi, puta æs alienum, id est, grande debitum: Tertio, Præsentia tutoris uel curatoris. C. si propter pub. pen. l. fin.

De curatoribus furiosis uel aliis extra minores dandis.

Furiosus. Lege. xii. tab. interdicitur prodigo bonorum suorum administratio. Similiter & furiosi statim adueniẽte furore, ipso iure interdicti sunt ne bona sua administrent. Et ideo licet tales personæ maiores sint. xxv. annis, intantum quod ratione ætatis, neque tutorem neque curatorem habere deberent: quia tamen in ea cõditione sunt, ut rebus suis commode superesse nequeant, dantur eis curatores. Similiter & mentecaptis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant: quorum curatorũ officium cessat adueniente sana mẽte, uel cessante furore, aut morbo, uel impedimento obstante. (Mẽte capt⁹. Surd⁹. Mut⁹.)

LIBER XXVIII.

Et Quartus huius.

De testamentis, & qui testamentũ facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

Testamẽtũ. Tria dicit hic tit. Primo de testamentis, Est autem Testamentum uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit, cum institutione hæredis. Et dicitur testamentũ quasi testatio mentis. Secundo, qui testamentum facere possunt: & quidẽ omnes possunt, qui specialiter non prohibentur: prohibentur autem certæ personæ, quæ continentur his uersibus: Prodigus, & cæcus, mutus, (Qui testa. facere põt.)

surdus, furiosus: Morte damnatus, & carmine, menteq; captus. Impubes, & dubius, obsis, & religiosus: Cui nō est seruus, existens cum patre natus. Cuiq; interdictum, dico quod, octo bis isti, Qui modo tangūtur testari iure uetantur. Tertio quemadmodū testamēta fiāt. Et debent fieri secundū regulas iuris ciuilis: quæ sunt, ut septem testes intersint, & rogati, & & unico contextu, id est, continuatione. Et debet nomen hæredis palam dici in testamēto nuncupatiuo. Testamentum autem in scriptis debet fieri coram septem testibus rogatis, quod testator uel alius pro eo scribat subscribentibus, & sigillantibus. Et nomē hæredis aut. C. e. l. hac ꝯsultissima. & l. iubem⁹. & i Autē ibi posita.

Quō testamēta fiant.

De liberis & posthumis hæredibus instituendis, uel exhæredandis, uel præteritis.

Pater faciens testamentum, debet, filium, & filiam, posthumam, & posthumum, emancipatos, & in potestate, uel instituere, uel nominatim exhæredare. Alioquin Suus hæres, id est, existens in potestate testatoris, dicit testamentum nullum. Emancipatus uero agit contra tabulas. Et dicitur ille Suus, qui est in potestate, & in primo gradu, siue sit filius, siue nepos. Et cautum est, nepotem etiam non suum instituere, ne rumpat testamentum effectus suus. Et dicuntur Liberi omnes descendentes in infinitum. l. liberorum. §. de uer. sig. Posthumus autem dicitur proprie, qui post humationem, id est, mortem patris nascitur, id est, postquam pater datus est humo. Improprie autem dicitur etiam ille, qui

Suus hæres

Liberi posthumi⁹

facto testamento nascitur. l. iij. §. de iniust. rup. test. Et ē duplex Posthum⁹: Suus qui statim si nasceretur uiuo testatore in potestate sua futurus esset. Posthumus autem Alienus est, qui incōtinēti cū erit natus, nō erit suus testatoris. Et hodie posthumus non potest exhæredari: quia nō potest cōmittere causam ingratitudinis is, qui nondum natus est. l. si quis. §. legis. C. de inoffi. testa. Sic etiā filii, & filiæ non possunt exhæredari, nisi iusta causa exprimatur in testamento, & hæres institutus eandem probet. C. de lib. præter. Autem non licet. Et sunt iustæ exhæredatiōis causæ. xv. quas enumerat tex. in Auten. ut cum de appel. cog. §. causas. coll. viij. & glo. in. c. quintauallis. de iureiuran. Præteriri autem ille dicitur, qui non est institutus in testamento ut oportet: nec exhæredatus ex legitima causa: sed silētio testatoris præ termissus: & talis habet querelā inofficiosi: de qua dictum est supra de inofficiosi testa.

Præteriri qs dicat.

De iniusto, rupto, & irrito facto testamento.

Proximo tit. positum est, quomodo liberi: & posthumi debeant institui, uel exheredari. Si autem hoc non fiat quid iuris tunc fit, tractat hic tit. Nam eiusmodi testamētum dicitur, aut iniustum, aut rumpitur, aut fit irritum. Circa quod sciendum, quòd testamentum non iure factum dicitur, ubi solennia iuris defuerunt, scilicet circa testes, & sigilla, & similia: & tale testamentum dicitur non iure factum. Aliquando testamentum est nullius momenti, id est, utilitatis, quando scilicet filius, qui fuit in

Testamētū nō iure factum

Nullū

patris potestate, præteritus est. Aliquando autem testamentum rumpitur: quando scilicet testator paganus (id est, non miles) post primum testamentum factum secundum legitime faciat: uel quando post testamentum incipit habere filium, uel nepotem, de quo in dicto testamento non est facta mentio: uel quando testator postea patiatur capitis diminutionem. Aliquando autem testamentum fit irritum, quando scilicet ex eo nemo adit hæreditatem: ut. ſ. de test. l. si nemo. Postquam autem testamentum legitime factum est, non rumpitur, licet testator postea dicat, quod non uelit istud testamentum ualere: uel postea incipiat facere aliud testamentum & non perficiat: quia testamentum imperfectum nullum est, nisi fiat a milite: uel nisi in secundo reperiantur instituti, qui alias successuri erant ab intestato. uel nisi testator istam uoluntatem in effectum extrinsecum deducat puta incidendo membranā, uel deponēdo sigilla, uel filia.

Ruptū

Irritū

De his quæ in testamento delentur, inducuntur, uel inscribuntur.

Quia per deletionem, uel cancellationem eorum, quæ in testamento continentur, testamentum ipsum cassatur: ideo post materiam tituli præcedentis locatur hic titul. quæ igitur in testamento delentur, uel inducuntur, si inconsulto, deleta, uel inducta sint, nihilominus ualent, si legi possunt post deletionem Sed si nō possunt legi, tunc distinguitur, an ante testamentum consummatum facta sint, ut tūc non ualeat si post, ualet. Si autem consulto sunt deleta, non ualent: siue legi possint, siue non: & hoc uoluntate domini, uel iussu factum sit. id uero quod sine iussu domini scriptum inductum, id est, interpositum, aut deletum est, pro nullo est. Legi autem sic accipiendum est, non quod tantum intelligi potest, sed oculis perspici quæ scripta sunt. Nam si extrinsecus intelliguntur, forte ingenio uel subtilitate alicuius, non ex ui ipsius literæ: sed ex his forte quæ præcedunt in testamento, uel quæ sequuntur, nō uidentur legi posse.

Inductum

Legi quō dicatur.

De hæredibus instituendis.

Qui testatur, ab hæredis institutione plerunque solet initium facere testamenti: ideo post materiam eorum qui testamentum possent facere, & qui institui debent, tractat Iurisconsultus de hæredibus instituendis, id est, qui possunt institui. Est autem instituere hæres: id est, dominos intus in bonis suis statuere Nā Hæres id est, dominus: Insti. de hære. qual. & diff. §. j Et ideo dicitur intus, quia ita subintrat hæres in dominium rerum defuncti, ac si eadem esset persona: ut in Autē de iureiur. a mor. præ. §. j. col. viij. pōt aūt unusquisq; hæres institui: siue liber sit siue seru⁹. Et seru⁹ alienus, siue proprius. Et dicit proprius seruus, in quo quis habet proprietatem etiam si ususfructus sit apud aliū. Alienus autem seruus dicitur ille, in quo quis habet usumfructum sine proprietate. Et potest quis quoscunque uelit hæredes instituere, & diuidere hæreditatē in quamplurimas partes uult Regulariter autem hæreditas in. xij. uncias diuiditur: quas partes, & earum uocabula ponit textus. Insti. cod.

Instituere hæredes.

Hæres.

Seru⁹ ppri. Alienus.

Hæreditas i. xij. partes.

Insti- tutio tii- plex. titu. §. hæreditas. Et est triplex institutio. Propria, cum aliquis instituitur in totum, uel in quota: de qua loquitur hic titulus, & præsertim. l. quoties §. hæredi. ff. eo. Impropria institutio est, cum filius instituitur in legitima, uel in eo quod ad legitimã reducitur. Nam licet ista sit quota & pars, non tamẽ quota hæreditatis abstracta ab omni ære alieno. C. de rei uend. l. cum matre. §. fin. Impropriissima institutio est, qñ institutio hærede uniuersali, alius extraneus instituit in re certa: quia talis institutio non est quota hæreditatis, nec bonorum, adeunte hærede uniuersali. l. ex facto. ff. eod.

De uulgari & pupillari substitutione.

Insti- tuti. Sub- stitu- ti. Hæredes autem dicuntur esse instituti, aut substituti. Instituti dicuntur primo gradu, id est, primo loco. Substituti autem secundo, uel tertio. Dicitur itaque Substitutio secunda institutio, etiam si sint ulteriores. Sicut omnes secundæ dicuntur nuptiæ quæ post primas contrahuntur. C. de secun. nup. in rubro. Et fit institutio, & substitutio hoc modo: Lucius Titius mihi hæres esto: ista dicitur. Institutio, quasi prima hæredis factio. Substitutio autem secunda institutio hoc modo fit: Si Lucius Titius mihi hæres non erit. tunc Seius hæres esto: si Seius non erit, Sempronius esto: & sic consequenter potest quis in testamento quot gradus hæredum uult facere, & plures in locum unius, uel unum in locũ plurium substituere. Sunt autẽ quinque genera substitutionum, Vulgaris. Pupillaris, exemplaris, Breuiloqua, & compendiosa: quas prosequere ut ponit glo. Institu. de pup. sub. §. qua ratione. & glo. in. c. Raynutius. de testa. & aliquid per glo. in. c. si postest, de test. lib. vj.

De conditionibus institutionum.

In institutione hæredũ sæpe apponitur conditio, de qua hic tit. tractat. Est autem multiplex conditio. Quædam enim possibilis est, quædam impossibilis. Possibilis subdiuidif in causalẽ potestatiuã & mistã. Potestatiua dicitur, quæ dependet a potestate aut uoluntate implere de bentis: ut hæc, si decem dederis. Causalis autem est, quæ dependet extrinsecus, non a uoluntate hominis, sed ab ipsa fortuna: ut hæc: Si nauis uenerit ex Asia: Si pluet tali die. Mista est, quæ partim a potestate hominis: partim a fortune euentu dependet: ut hæc, Si consul factus fueris, Si iueris pro me Romam. Impossibilis cõditio tribus modis potest dici: uel Natura: ut, si cælum digito tetigeris, hæres esto. Vel de iure: ut, si patrem, ab hostibus nõ redemeris. nam hoc facere nos non posse præsumit ius. ff. eod. l. conditiones. & l. filius. Et de his duabus dicitur, quod impossibilis conditio in institutionib⁹ & legatis, uel fideicõ. & libertatibus, pro nõ scripta habetur. ff. eod. l. j. Est tertia impossibilis de facto: ut, si montem aureum dederis, hæres esto. & talis institutio uel libertas non ualet iuris præsumptione: quia præsumitur animus dandi defuisse. l. cum hæres. §. j. ff. de sta. lib. Est & quædã quarta impossibilis propter perplexitatem, id est intricationem uerborũ: & hæc similiter uitiat. ut si faciã institutionem

Cõdi- tio mul- tiplex

tutionem hoc modo, Si Titius hæres erit Seius hæres erit: & si Seius hæres erit, Titius hæres erit: quia primo uideor uelle quod solus Titius sit hæres si uelit: & postea, quòd Titius & Seius simul sint hæredes: & sic ista conditio uitiat, & non uitiatur. quia uere nullatenus apparet de uoluntate testatoris. l. si. Titius. ĵ. eod. In cōtractibus autem oīs imposibilitas uitiat contractum quæ est in faciendo: secus si in non faciendo: ut, si cœlum non ascenderis. l. imposibilis. ĵ. de uerb. oblig. & l. non solum. ĵ. de act. & oblig.

De iure deliberandi.

Hæredes instituti deliberāt de adeū da hæreditate, an expediat eis hæreditatem admittere, uel repudiare. Deliberare autem nihil aliud est, quam secum diligenter cogitare, uel in mēte sua reuoluere, uel cum amicis explorare, an expediat sibi admittere id, de quo quæritur. Subuenitur etiam hæredibus per prætorem, ut habeant copiam instrumentorum conspiciēdorum: ut proinde instruere se posit, expediat nec ne agnoscere hæreditatem. ĵ. eod. l. Aristo. & ĵ. de acquir. hæred. l. Aristo. Datur hoc tēpus ab imperatore usque ad annum: ab aliis autem iudicibus datur usq; ad nouem menses: ultra enim dari non potest. Sed nec minus dari debet centum diebus. Medium ergo tempus est in potestate iudicantis. Sic ergo dabitur quandoq; semel tantum, ut cum a principio dantur nouem menses: quandoq; dari poterit sæpius, ut cū a principio dedit minus nouem mensibus. C. eod. l. ult. §. sed

Deliberare

qa quidā. & ĵ eod. l. i. §. ulti. Est autē effectus deliberationis, quia interim bona non debent diminui, nisi causa cognita: & his uerbis non tantum, alienatio prohibita est, uerum etiam exercitium actionum. Huiusmodi autem deliberatio hodie non est necessaria, si quis inuentarium secundum legem facere uoluerit. Naʒ si uelit aliquis spe certissima hæreditatē adire, uel se immiscere, ut non postea repudiet eam, nullo indiget inuentario: cum omnibus creditoribus suppositus est, utpote hæreditate ei ex sua uoluntate infixa. C. eod. l. ulti. §. j. Item & legatariis tenetur insolidum, per Auten. de hæres. fal. §. si uero non fecerit. Si uero quis non titubanti animo respuendam uel abstinendam crediderit esse hæreditatem: dicebat enim se repudiaturum, uel abstenturum, non tamen respuebat, uel abstinebat: expectatur eius enuntiatio usque ad tres mēses. C. eod. l. ulti. §. simiq; modo. Si autem dubius est, utrum ne admittenda sit defuncti hæreditas, non putet sibi necessarium deliberationem, sed adeat uel se immisceat: omni tamen modo confecto inuentario ab ipso, ut exordiū capiat inuētarium intra xxx. dies postquam cognouerit hæreditatem sibi delatam: & intra alios sexaginta dies hoc inuentarium cōpleatur. Dicitur autem Inuentarium conscriptio rerum in hæreditate defuncti inuētaruʒ: cuius utilitas ē maxima: quia qui inuentarii beneficio hæreditatem adierit, ille non grauabitur propter improuisum debituʒ: uel etiam prouisum, si hæreditas nō est sufficiens. l. scimus. §. ex omnibus. C. eod.

Effectus deliberatiōis

LIBER XXIX.

Et quintus huius.

De militari testamento.

Hic titulus ius speciale conti/net quod concessum est mi/litibus existentibus in expeditione, ut iuris cõmunis solennitates circa testamenta condenda obserua/re non teneantur. Habent enim milites liberam testamenti factionem: faciant igitur testamenta quoquo modo uelint, faciant quoquo modo poterunt, sufficiatq; ad bonorum suorum diuisionem faciendam nuda uoluntas ipsorum, omni a solennitate remota. Et hoc quando est in prælio miles: tunc enim nullo uocato teste cõdere potest testamentum. l. milites. C. eod. dum tamẽ duobus saltem testibus probetur testamen/tum factum. l. j. eo. l. Lucius Si autem non in conflictu, sed in tentorio fecerit, uocandi sunt duo testes. l. diuus j. eod. Quòd si non sit in expeditione, sed domi: tunc iure communi utetur. l. penul. C. eod. Miles autem appellatur uel a militia. i. duritia quã pro nobis sustinet: aut a malo, quod a nobis arcere solent: aut a multitu/dine, aut a numero mille hominum dictum a Græco uerbo chilia: nam Græci mille hominum multitudinẽ chilian appellant: quasi millesimum quẽque dictum: unde ipsum ducem Chiliarchon appellant, id est, princi/pem militiæ. Exercitus autem no/men ab exercitatione traxit. Et competit hoc priuilegium ueris militi/bus, ut dicit Bal in. l. j. C. de iuris & fac. igno. non militibus tempore nostro. hi enim non faciunt ea: nec ha/bẽt in se istas proprietates, quas enumerat glos. in. l. penulti. §. ex quib. cau. mat. Et continentur his uersi/bus:

Miles unde.

Chilia.

Chiliarchõ

Exercitus

Stigma, genus, scriptura, fides, exa/men & ensis:
Hæc faciunt militem, lex dicit Bo/noniensis.

De acquirenda hæreditate.

Adire hæreditatẽ, nihil aliud est, quàm uelle eam habere: nã adire non tam facti est, quam animi: imo in nuda & sola uoluntate consistit: Nã hoc animo debet esse, ut uelit esse hæres. Cæterum si quid pietatis causa fecit, si quid custodiæ causa, uel aliud non quasi hæres fecit, sed quasi alio iure, apparet eum non pro hærede gessisse: & ideo solent protestari libe ri qui necessarii existũt, non animo hæredis se gerere quæ gerunt, sed aut pietatis, aut custodiæ causa, aut pro suo: ut puta patrem sepelliuit, uel busta fecit ei: si animo hæredis pro hærede gessit. Enimuero si pietatis cau/sa, contrarium est. Est autem multa hæredum differentia: quidam Necessarii tantum dicuntur: ut sunt serui a dominis instituti: qui dicuntur Necessarii: quia siue uelint, siue nolint, coguntur esse hæredes: sed in præ/mium recipiunt libertatẽ. Alii sunt Sui & Necessarii & sunt hi, qui in potestate & primo gradu testatio/nis sunt. Et dicuntur Sui, quia etiam uiuo testatore quodam modo bonorum domini sunt. Necessarii uero dicunt, quia de iure ciuili uelint nolint coguntur esse hæredes: sed de iure prætorio habent abstinendi licentiã

Necessarij.

Sui et Necessarij.

& sufficit si se nō immisceant.j.eod. l.ei qui se.&.C.ut ab hæred.absti.l.j.

Extranei. Tertii dicuntur Extranei:& sunt, qui non sunt, in potestate testatoris.Inter istos hæredes traditur talis differentia:quia si est Suus hæres, agnoscendo hæreditatem dicitur se immiscere, eo quia etiam uiuentibus parentibus ipsi quodam modo sunt domini rerum paternarum. Si autē hæreditatem noluerint, dicuntur se abstinere.Si uero est Extraneus hæres, dicitur adire hæreditatem: & si non uult, dicitur repudiare:uterque autem dicitur acquirere hæreditatē. Ea ideo titulus noster utitur uerbo utrisque communi.Vnde solet dici, Respuit extraneus.adit:& suus abstinet,atque Immiscet:semper acquirere constat utrunq;.

Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur, uel describantur.

Gratia deliberationis & aditionis hæreditatis, opus est tabulas testamēti aperiri,ideo de hoc sequit.Pollicetur autem prætor cuicunque desideranti tabulas testamenti inspicere, uel etiam describere aut legere,se facturum potestatem inspiciendi, uel describendi:siue hoc suo, uel alieno nomine desiderēt .Debet ergo ad hoc impetrandum iudex adiri:quia neq; sine iudice transigi, neque apud iudicem exquiri ueritas aliter potest de his controuersiis,quæ ex testamēto proficiscuntur, quam inspectis cognitisq; uerbis testamenti. Et ideo æquum fuit,ut desiderium uolentis aperiri testamentum reciperetur: Et

Testamētū proprie. dicitur proprie illud Testamentum, quod iure perfectum est. Sed abusiue etiam ea appellamus testamēta,quæ falsa sunt,uel iniusta,uel irrita,uel rupta: Et cū ab initio aperiendæ sunt tab. testamēti,iudicis officiū est,ut cogat signatores si præsentes sint cōuenire,& sigilla sua recognoscere, & iurare dicere uerū,an sua sint,uel nō: & an testamentum sit illius:uel negaresignasse. Publice enim expedit suprema hominum iudicia (id est, uoluntates)exitum habere.

Si quis ommissa causa testamenti.

Sæpe contingit, quòd instituti in testamento omittunt adire hæreditatem ex institutiōe,propter eluctanda onera legatorum:& accipiunt hæreditatem ab intestato, usurpantes sibi ius minime concessum:tales incidunt pœnam huius tituli.Datur enim contra eos utilis ex testamento actio, quod prætor ideo statuit, ut uolūtates defunctorum tueretur, & calliditati(id est, fraudi)eorum occurreret,qui omissa causa testamēti ab intestato hæreditatem totam, partem ue eius possideant,ad hoc ꝙ eos circūueniāt(id est,decipiāt) qb⁹ aliqd ex uolūtate defuncti debeti potuit.Et propter tria introducitur hoc edictum. Primo, propter eum qui omittit ex testamento,& ipse idem tenet ab intestato. de quo. j.l.j.in prin.Secundo, si quis per fraudem omiserit hæreditatem, ut ad legitimam perueniat, accepta inde pecunia:talis enim omittens tenebitur petitiōe legatorum.j.l i.§.fi.Tertio cum institutus omittat ut ad substitutum ueniat.j.eod.lege.si non solus.

De senatusconsulto Syllaniano, & Claudiano, & quorum testamẽta nõ aperiantur.

Hoc titulo punitur hæres, si hæreditatem adeat ante quæstionem habitam de familia: quando enim testator necatus uel interfectus reperitur, non debet hæres aperire tabulas testamenti, neque adire hæreditatẽ, nisi prius quæstio (id est, tortura) habita sit circa familiam, quis testatorem interfecerit, ad eruendam ueritatẽ nomine necati. Cum enim aliter nulla domus (quæ tamen cuiq; debet esse tutissimum refugium) tuta posset esse, nisi a domesticis domini etiã proprio periculo capitis custodientium tuerẽtur: ideo Senatusconsultum Syllanianum & Claudianũ introducta sunt ad publicam quæstionem de familia necatorum habendam. Appellatione autem Occisorũ ptinent, qui per uiã aut p cædẽ sunt iterfecti: utputa iugulati, strãgulati, præcipitati, uel saxo uel fustæ uel lapide pcussi, uel aliq telo necati. Et toties puniendi sunt qui auxilium dño nõ tulerunt, quoties potuerũt ei aduersus uim opem ferre, & non tulerunt. Et punit hoc Senatusconsultum eos, qui sub eodem tecto fuerunt. Qui uero nõ sub eodem tecto, sed in eadem regione fuerunt, non aliter puniuntur, nisi conscii fuissent. Qui ergo testamentum aperit hac inquisitione nondum facta, uel aliquid aliud fecerit, in hanc populareã actionem incidit, cuius pœna in centum aureos ex bonis dannati, id est, hæredis extenditur. & pars dimidia ei, cuius opera cõuictus erit, præmii nomine dabitur: reliqua pars in usum publicum redigetur.

Occisi qui dicãtur.

Si quis aliquem testari prohibuerit.

Aliam causam ponit perdendæ hæreditatis, quando quis prohibet aliquem, ne testetur: & habet locum quando cogo te ut me instituas. Itẽ & quando cogo te, ut aliũ instituas. ut. C. eo. l. i. Quando ĩpedio te testari, uel de nouo, uel quia testamentum primum mutare, uel testamentariũ (id est, notarium scribentẽ testamẽtum) introire ad testatorem ueto: tunc enim mihi denegantur omnes actionis pro eadem hæreditate competentes. Denegatisq; actionibus, hæreditas aduenientes ab intestato deuoluitur: alias si delinquens proximior reperitur, uel habet pares in gradus, pars delinquentis ad fiscum spectabit. l. ij. j. eo.

Prohibere qs dicitur. Testamẽtarij.

De iure codicillorum.

Nunc de iure codicillorum (id est, de parua, uel minima scripta uoluntate) differamus: qui ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori chartula uel codice. id est, libello fiebant q̃ testamentum. Et solum in eis fideicõmissa relinquebantur. Et habẽt se codicilli ad testamentum, sicut scapha ad nauem. Et possunt codicilli fieri, etiam si nullum fiat testamentum. Si autem post codicillos quis testamẽtũ fecerit, uidet codicillos cõfirmasse, nisi expresse eosdem reuocauerit. Et possunt fieri plures codicilli: & non requirunt solẽnitates, nisi quod solũ adsint quinque testes, sicut & in qualibet ultima uoluntate. C. eo. l. fi. & de fideicõ. l. fin. Codicillis autem nõ potest dari hæreditas, neque auferri (scilicet directe) neque conditio hæ-

Codicilli.

Plures codicilli

redi in testamento instituta apponi neque directa substitutio fieri: sed per fideicõmissum bene.

LIBER XXX.

Et sextus huius.

De legatis, & fideicommissis, I.

EXpedita materia testamentorum, nunc de accessoria testaméti, id est, de legatis Iurisconsultus ponit: cum regulariter secundum principale etiam accessorium reguletur. Et diuiditur iste titulus in tres libros uel tractatus, in quibus nihil aliud, nisi de legatis disponitur & est hoc factum, ut quidam uolũt, propter prolixitatẽ uitandam: quæ esset, si longa ista materia legatorum sub uno titulo posita fuisset. Vel quod melius est titulus de legatis. i. agit principaliter de rebus legatis, quæ scilicet possint legari, uel non. Potest autem legari omnis res, uel propria, uel hæredis, uel etiam aliena, dummodo hoc ultimo casu hæres rem legatam redimat, & legatario præstet si possit: alias soluet ipsius rei æstimationem, quando testator sciuit rem esse alienam, & illius rei commercium communiter haberi potest: alias si res legata non est in cõmercio hominum, uel est, sed cũ difficultate: tunc nec æstimationem hæres præstabit, nisi aliter appareat de mente testatoris j. eo. l. si quis in quilinus. & nisi quando liber homo sibi legatur, qui fuerat redemptus ab hostibus j. eo. l. senatus §. si Et est Legatum donatio quædam a defuncto relicta: & ab hærede præstanda: unde solet dici: O puer hoc dictum tu credas esse legatum, Quod sit donatũ, uel a testatore relictum. Et in quo differat a donatione causa mortis, habetur Insti. eo. in prin. Vel Legatum est deliberatio hæreditatis, qua testator (ex eo quod uniuersum foret hæredis) alicui quid collatum uelit. j. eo l. legatum est.

De legatis I.

Legatũ quid

LIBER XXXI.

Et septimus huius.

De legatis, & fideicommissis, II.

IN hoc libro principaliter tractatur de personis legantium, & legatariorum: potest ergo quilibet legare, qui & testamentum facere potest. Et similiter legari potest omnibus personis, quæ capaces sunt receptionis, & quæ ex testaméto aliquid recipere possunt. Sunt autẽ quatuordecim personæ, quæ non possunt facere legata: de quibus glos. in lege si quæram. ff. de testa & not. glo. Institu. qui. non est per. fami. test. §. finali. Et nouem personæ, quibus nihil potest relinqui, quas enumerat glo. in. l. i. j. de iur. fis. & Insti. de lega. §. legari.

Qui põt legare, & qb.

LIBER XXXII.

Et octauus huius.

De legatis, & fideicommissis. III.

IVrisconsultus hoc libro tractat de significatione uerborum tam circa res legatas, quam circa personas legantium, & legatariorum. Supradicti tamen tituli non obseruant in omnibus istam specificam dictionem inter hos tres libros de legatis traditam. sæpe enim quod uni esset attribuendum, in alio ponitur: ut dicit glo. ff. de leg. i. in rubro. Istud

Inter legata & fideicõmissa. tamen summarie sciendum, quod olim inter Legata & Fideicommissa longa esset differentia: hodie tamen exæquata sunt. Legata Fideicõmissis per omnia, ut nulla sit inter ea differẽtia, nisi quantum ad uocabulum: & quod deest Legatis, repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius est in Legatis, per hoc crescat Fideicomissi natura: Insti eo. §. j. Et quicquid statuitur in uno, statuitur in reliquo: imo esse Legatũ est Fideicomissum, & econtra. & hoc in fideicomissis singularibus. nam uniuersalia fideicõmissa adhuc aliquid singularitatis habent.

LIBER XXXIII.

Et nonus huius.

De annuis legatis, & fideicommissis

Anuũ legatum. Cum in annos singulos aliquid legatum sit, illud annuũ legatum appellatur. Et si non sit ascriptum, quo loco solui debeat quocũq; tunc loco petatur, dari debet. Et cũ aliquid in singulos annos legatum fuerit, tunc plura sunt legata: & primi anni purum est, sequentium autem annorum conditionale uidetur enim inesse hæc conditio, si uiuat: & ideo mortuo legatario ad hæredem suum legatum non transit. In singulos annos lega. Cum enim in singulos annos legatũ relictũ est, simile est usufructui, cuius morte finiatur. Cũ hoc autẽ ab usufructu differt, quia capitis diminutione non finitur legatũ in singulos annos relictum: quia legatum sequentis anni est aliud legatũ: & sic istud habebit legatarius, cũ plura sint legata: & in capite cuiuscunque anni inspicitur, an sit capax legati, uel non: & ideo in principio anni etiam solui debet. Si autem legatũ sit per hæc uerba: Hoc anno, uel Quolibet anno: & tunc in fine anni fit solutio. l. qui hoc anno. ff. de uerb. obl. Vnde solet dici: Annua si debes, tunc inspicias caput anni: Anno si debes, in fine tenebris anni. gl. Insti. de uerb. obl. § omnis. & de inuti. stip. qui hoc anno.

De usu, & usufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum, uel fideicõmissum relictis.

Iste tit. differt a tit. de usufructu, & usu, habitatione &c. in quibus etiam tractatur de tali materia. Sed hic in ultima uoluntate tantum prosequitur: alibi etiã inter uiuos. Et ẽ regulare, quod nec usus, nec usufructus itineris, actus, uiæ, aut aquæductus legari potest ab eo, cui debeantur huiusmodi seruitutes: quia seruitus seruitutis esse nõ potest. Nec obstat quod dicitur, quòd omnium quæ in bonis sint legari possit usufructus: quia seruitus neq; ex bonis, neq; extra bona sit: imo in alienis bonis est semper: quia sua res nemini seruit, ff. si usufru pet. l. uti frui. Possunt etiã liberi hominis operæ legari, sicut & locari, & in stipulationem deduci: habitationis quoq; legatum in singulos annos factum ab initio deberi constat. Seruitus an possit legari. Opæ legantur.

De seruitute legata.

Quid iuris circa seruitutes constituendas, uel acquirendas sit, traditũ est supra in materia seruitutum. Sed quia hic testamenta, & legata quæ in his fiunt, examinantur: ideo etiam inter cætera ponitur hic titulus, tractans quomodo seruitus legari pos-

fit, & quid in eo legato ueniat, aut quem effectum habeat.

De dote prælegata.

Istud Præ, nihil operatur in toto tit. sicut & cum dicitur prælecto: ut .C. de emen. Ius. codi. l. i & est figura epilepsis uel tautologia, secundum Azo. uel ideo dicitur dos prælegata, secundum Rogerium, quia ante tempus dotis tale legatum dotis uel relictum capitur: Ideo immerito prælegata dos, id est, præmature capibilis dici potest. Et cum dos prælegatur illis dotis prælegationi inest, & nihil plus, quod inerat actioni de dote, nisi in solo tempore.

De optione, uel electione legata

Optionis legatũ est, ubi testator ex seruis suis, uel aliis rebus optare (id est, eligere) iusserat. Et olim habebat tale legatum in se conditionem: scilicet, si legatarius elegerit. Et ideo nisi ipse legatarius uiuus optaret, ad hæredem tale legatum non trãsmittebat: hodie autem ex noua constitutione. l. fi. C. cõmunia de le. data est licentia etiam hæredi legatarii optare: licet uiuus legatarius hoc non fecit. & si plures sint legatarii quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo, talis discordia dirimẽda est sorte, & fortuna erit iudex huius optionis: ut ad quem sors deueniat, illius sentẽtia in optione præcellat. Et mittetur ista sors tali, uel alio mõ, sicut supra de iudi. l. in his trib⁹. (margin: Sors iudex)

De uino, tritico, & oleo legato.

Vino legato, etiam acetum continetur, quod paterfa. uini numero habuit. Et si quis uinum legauerit. omne quod ex uinea natum uinum permansit continetur: sed si mulsum sit factum uel hydromellum, id est, potio de aqua & melle, & uini appellatione non continebitur: sicut nec defrutum, id est, uinum bullitum, neq; acinaticium neq; cydronium: quod fit ex pomis non continebitur. Sed cenomellum, id est, dulcissimum uinum, & passum continebitur: & hoc uerum si uini numero a testatore sunt habita: alias omnia uini appellatione continentur, quæ uini numero paterfa. habuit, sicut zytum, & chamum, & cætera, quæ pro hominũ affectione potationis loco longo tẽpore habentur. Et legato uino e tiã uasa debentur, in quibus ad perpetuũ uina reseruari solent. De oleo legato quod contineat, ponit. l. iij. de tritico & frumẽto. & l. quidã hæred ẽ. j. eo.

De fundo instructo, & instrumento legato.

Fundus instructus dicitur, qui eã instrumenta habet, sine quibus fundi exercitium inutile esset. Qui ergo fundum instructum legat, uidetur fundum cum suis instrumentis legasse. Est autem Instrumentum apparatus rerum diutius mansurarum sine quibus exerceri nequire possessio. Et sunt instrumenta fundi ea, quæ fructus quærẽdi, colligendi, cõseruãdi ue gratia parata sunt. Et tractat hic tit. de instrumẽto fundi, & domus, & patrisfamil. & horti, & tabernæ, & cauponis, & balnei, & uillæ, & urnæ, & pictoris, & piscatoris, & de lanionis, & pistoris, & medici. (margin: Instrumentum.)

De peculio legato.

Peculio legato, quicquid uiuo testatore accedit ad legatariũ pertinet: quod aũt post mortẽ, nõ: nisi ipsi seruo legatũ fuerit peculiũ. Et seruo testamẽto

manumisso nō intelligitur relictum esse peculium, nisi expresse appareat. Secus si inter uiuos fuerit manumissus. Et seruus, cui legatum est peculium, non potest repetere eas expensas, quas pro domino suo expendit. Quid autem sit Peculium, dictum est.§.de pecu.

Peculiū legatū

De penu legata

Si quis penum legat, continentur in legato omnia quæ sunt parata esui, & potui. Continentur etiam ea, in quibus solemus esse, id est, comedere: ut oleum, & garum (id est, salsamentum) amurca, mel, & cætera similia. Est autem Penus cella pro conseruandis esculentis & poculentis constituta: & in hoc differt a Cellario, quia Cellarium est paucorum dierum: unde & in cella dicitur imparatum frumētum: Penus uero longi temporis. & dicitur penus peni, & penus penoris, & penu: Seruius. 1. Aene.

Penus

Cellarium

De supellectili legata.

Supellex est domesticū patrisfamil. instrumentum, quod neque argento, auro ue facto, uel uesti annumeretur a patrefamil. id est, cæteræ res mobiles, non animalia. Et legata supellectili, hæc cōtinentur: mensæ, trapezophora, delphica, subsellia, scāna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, mappæ, uillosæ, uasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucerna, trullæ, & capsæ, & armaria, & uitrea escaria & potoria, & præterea omnes res quæ ad usum cōmunes patrisfamilias paratæ sunt: quæ nomen sui generis separatim non habent, Supellectilis appellatione cōtinentur.

Et decimus huius.

De alimentis, & cibarijs legatis.

Si alicui legantur alimenta, debentur sibi cibaria, & uestitus, & habitatio: quia sine his corpus ali non potest. Alia autem quæ ad disciplinam pertinent, in legato non continentur, nisi probetur aliud testatorem sensisse. Sed si quis Diaria, uel Cibaria reliquit: neq; uestiarium, neq; calcearium debetur: quia de cibo testator tantum sensit. Est autē Diarium, quod alicui singulis diebus pro cibo relinquitur. Et si quis puero uel puellæ alimenta relinquat, adueniente pubertate legatum non expirat. sed tandiu ei debentur, donec testator uoluerit: q si non appareat quid senserit, per totum tempus uitæ suæ debebuntur. Si autem expersit, q usq; ad pubertatem alimenta relinquit: hoc casu pueri usq; ad xviij. annum puellæ usq; ad. xiiij. annū alant: & hi pietatis intuitu, & fauore alimētorū.

Alimēta

Diarium

De auro & argento, mundo, ornamētis, unguētis, uestibus, uel uestimentis, & statuis legatis.

Cum aurum argentumq; legatur, quicquid auri argentiq; relictum est, in hæreditate hoc legato cōtinetur, & hoc propter generalitatem uerborum. Species autem ex auro uel argento facta non continetur: nisi testator omne argentum legauerit. Mundus est ornamentum mulieris, in quo mulier mundior fit: continentur & specula, matulæ (id est, urinalia) unguenta, uasa unguentaria, & si qua similia dici possunt. Ornamenta autem muliebria sunt, quibus mulier

Mundus.

Ornamēta muliebria.

ornatur, ueluti in aures, armillæ, uiriolæ, anuli, & omnia quæ ad aliam nullam rem parantur, nisi corporis ornãdi causa. Ex quo numero etiam sunt gemmæ, lapilli, uittæ, mitræ, semimitræ, lautica, acus cum margarita quam mulieres habere solent, reticula, crocifusia. Est ergo aliud esse mulierem mundam, aliud ornatam, ut solet contingere in his, quæ se mundauerint lotæ in balneo, neque tamẽ se ornauerint: & econtra, est aliqua mulier summe ornata, neq; tamen emundata, si non lota sit. Vnguenta dicuntur non solum quibus unguntur uoluptatis causa, sed etiam ualetudinis, id est, necessitatis: qualia sunt comagina, glaucina, rosamirra, colũ, nardum purum, quo quidem etiam mulieres unguntur, ut elegantiores & mundiores sint. Nihil refert an uestis, uel uestimenta legẽtur: & omnia lanea, linea, serica, uel bõbycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, inijciendi, accubandi ue causa parata sunt. Et quæ his accessionis uice accedunt, ut sunt picturæ insitæ, uel quæ claui ueste insinuant, uestimentorum uocabulo continentur. Vestimenta autem omnia aut uirilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut cõmunia, aut familiaria. Virilia sunt, quæ parata sunt causa ipsius patrisfa. ueluti togæ, & tunicæ, palliola, uestimenta, stragula, ansitaria, & saga, id est, uestis uilis, & rasa. Puerilia sunt, quæ ad nullum aliũ usum pertinent, nisi ad puerile; ueluti prætextæ, togæ, aliculæ, chlamydes, & talia quæ filijs nostris cõparamus. Muliebria sunt quæ matrisfa. causa parata sunt, quibus uir non facile uti potest sine uituperatione: ueluti stolæ, capitia, pallia, tunicæ, zonæ, mitræ, plagulæ, penulæ. Cõmunia sunt quibus utitur mulier cum uiro: ueluti penula, pallium, & reliqua huiusmodi: quibus sine reprehensione uel uir uel mulier utatur. Familiaria sunt, quæ ad familiam uestiendam parata sunt: sicuti saga, linthea, stragulæ, uestis ex pellibus, pelles caprinæ, & agnellinæ uestes. Si statuam quis leget, & postea ex alia parte brachium ei adiectum sit per testatorem, omni modo statua a legatario uendicari potest, id est, potest petere legatarius statuam ipsam cũ omni re adiũcta.

(margin: Vnguenta. — Vestimenta uirilia. — Puerilia. — Muliebria. — Cõia. — Familiaria. — Statua.)

De liberatione legata.

Si quis debitori suo liberationem legauerit, legatum est utile: & neque ab ipso debitore, neq; ab hærede eius potest hæres petere, neq; ab alio qui loco hæredis est: quia debitor habet exceptionem ex tali legato: immo potest debitor etiam hæredem conuenire ut liberet eum. Et potest legatum liberationis fieri uel in perpetuũ, uel ad tempus iubere, ne hæres a debitore petat: & habebit hoc tempus liberationis non solum debitor donec uiuat, sed etiam post mortem eius hæres suus. l. non solum. ʃ. eod.

De rebus dubijs.

Quia in ambiguo sermone non utrunque dicimus, sed id duntaxat, quod uolumus: & qui aliud dicit, q̃ uult, ille neque id dicit quod uox significat, quia nõ uult: neque id quod uult: quia non illud loquitur. Et quia tales perplexitates, ambiguitates, & amphibologiæ, & cætera multa dubia, obscura, & caliginosa in testamẽtis, & legatis intercidunt: ideo de in-

(margin: Ambiguus sermo.)

terpretationibus rerum dubiarum hic tit. tractat.

De adimendis legatis, & fidei/commissis.

Legata dicuntur adimi, quando ex eodem testamento siue codicillis ea quæ prius legata fuerunt reuocan tur, uel in alium transferuntur. Et fit ademptio siue uerbis contrarijs, ueluti qui legauit per uerba Do, Lego: ita adimat, Non do, Non lego. Siue fiat uerbis non contrarijs, sed alijs quibuscumque uerbis denotantibus reuocationem, ademptionem, uel translationem: puta Adimo, uel Poeniteo eius quod dedi, ul' similia. Imo etiam nuda uoluntate præsumpta fit ademptio: puta si testator factus sit inimicus capitalis ipsius legatarij post factum testamentum. l. iij. ff. Sed si tales inimicitiæ postea cessent, & rursus amici fiant, tunc reconualescit. l. quod si. iterum. ff. eod. quia ambulatoria est defuncti uoluntas usq; ad uitæ supremæ exitum. Transfertur autem legatum quatuor modis. Aut enim a persona in personam transfertur. Aut ab eo qui dare iussus est transfertur, ut alius det. Aut cum re pro re datur: ut pro fundo decē aurei. Aut quod pure datum est, transfertur sub cōditione. l. translatio. ff.

Adē/ptio quō fit.

Trās/fert le gatū.

De his quæ pœnæ nomine relinquuntur.

Legare pœnæ nomine is dicitur, qui in legato aliquid expressit, quod coercendi hæredis causa relinquitur: quo magis hæres aliquid faciat. uel nō faciat: ueluti si testator scripsisset, Hæres meus si filiam suam in matrimonio cum Titio non collocauerit, det. x. aureos Seio. Vel ita: Hæres meus si seruum Stichum non manumiserit, det Titio. x. aureos. Et licet olim inutile erat tale legatum pœnæ: hodie tamen legatum taliter siue ademptum siue trāslatum, ac etiam hæredis institutio pœnæ nomine facta ualet: nisi sub cōditione impos/sibili, uel legibus interdicta, uel ignominiosa fiant: de hoc Inst. de leg. §. fi.

De regula Catoniana.

Catonis regula circa legata olim usitabatur. Et continebat in effectu, q̄ ea legata quæ caduca fierent, aut essent nulla, si testator statim facto testamento moreretur: q̄ ista non conualescerent, si testator diutius post testamentum superuixeret, & res iterum ad eum statum peruenisset, a quo incipere potuisset: Puta: testator legauit rem ipsius legatarij ipsi legatario: istud legatum esset inutile, si testator statim moreretur, quia res propria alicuius sibi legare non potest. §. sed si rem. Insti. de leg. quia res semel sua nō potest amplius fieri sua Insti. de act. §. sic itaq;. Sed si uiuo testatore legatarius eandem rem alienauerit, & ita ad statum perueniat, ut amplius non sit legatarij, per regulam Caton. non conualescebat hoc legatum: sed erat inutile omnino. Iure autem nouissimo sublata est ista regula per. l. unam. C. de cad. tol. & fallit alias in multis casibus quos no. gl. in uerbo, falsa est in. l. i. ff. eo.

De his quæ pro non scriptis habentur.

Si quis hæreditatem uel legatum sibiipsi ascripsit, incidit in pœnas legis Cor. de fal. & nihilominus scripturæ suæ perinde habentur, ac si in/

scitæ testamento non fuissent. Sic etiã quæ in testamẽto scripta sunt, & non intelliguntur quid significẽt, ea perinde sunt, ac si scripta nõ essent. Quæ pœnæ seruo relinquuntur extra causam alimentorum, pro non scripto habentur. Legatum quod alicui ascribitur qui in rebus humanis eo tempore non erat, uel qui in hostium potestate fuit, neq; ab hostib⁹ redijt, p nõ scripto erit, & deficit.

De his quibus ut indignis, legata auferuntur.

Legatarius qui testatorẽ de illicita negotiatione post mortẽ detulit, carere dz legato, seu fideicõmisso, q̃ sibi ex testõ relicta fuerãt. Silr & ille, qui manifestissime cõprobatus est id egisse, ut p negligentiã, & culpã suã mulier, a qua hæres institutus erat, moreretur. Aut qui testamentũ dicere uoluit inofficiosum, in quo sibi legatũ est factum, uel si quis non obtemperauit mandato aut ꝯditioni in testamẽto legali appositæ uel si inimicitiæ capitales interuenerũt inter legatarium & testatorem: uel si palã, & aperte testatori maledixerit, & infaustas uoces aduersus ipsum iactauerit.

LIBER XXXV.

Et undecimus huius.

De conditionibus & demonstrationibus, & causis, & modis eorũ quæ in testõ scribuntur.

De legatis supra dixit: in quibus, quia quandoque ponitur conditio, demonstratio, modus, & causa, ideo de his dicit. Est autem ꝯditio quædam legati suspensio, cuius de futuro defectus, uel confirmatio pendet. Demonstratio, est quædam in existentibus uel præteritis accidentibus notitia, quo magis legatum sit liquidum, adhibita. Causa dicitur quædam de præteritis præcedens suasio: quo testimonio nostro magis quem honoramus. Siue est animi cõpulsio a nobis expressa. Modus est de futuro, & q̃si cuiusdã remunerationis a legatario petitæ exhortatio: quo non completo, ita relicto quis priuatur, & sicut deficiente conditione ab initio non capitur. Et est natura Conditionis ut si sit potestatiua, ei obtẽperetur, nec per eum, qui obtẽperare dz, aliquid fiat, quo minus adimpleat, quo casu pro impleta habetur, & relictũ capietur. C. de condi. inser. l. fi. Si uero est turpis, uel inhonesta, si quidem ex parte legatarij, pro non adiecta habetur: & idẽ de impossibili. Si autẽ ex parte hæredis ponat, tũc legatũ uitiat. Insti. de leg. §. fi. Si uero casualis, uel mista fuerit, euẽtus spectabit. C. de. cad. toll. l. una. §. sin autẽ aliquid. In mista uero legatarius adiuuat, si per eũ nõ steterit, sed per hunc, in cuius fortuitũ casum steterit: ut. C. de ꝯdit. inser. l. legatuz. Et fit Conditio p Si. s. de ꝯdic. inde. l. qui promisit. fit etiã per Cũ ut. ĵ. de. uer. obl. l. quodcunq;. §. nõ soluz. Natura uero Causæ, uel demõstrationis est, ut quãuis falsa demonstratio, uel causa dicatur, legatum tamen nõ uitiatur: Insti. de lega. §. si quis in nõie &. C. de fals. cau. adiect. l. ij. Et fit Causa per Quia: demõstratio autẽ osten dẽdo aliqd. Natura uero Modi hæc est, ut modus adimpleat: uel p legatariũ non stet. quo min⁹ adimpleat: & sic legatum non reuocatur. C. de his quæ sub mo. lege. l. & l. ij. Et fit modus per Vt, ut ibi: unde solet dici:

Cõditio. Demõstratio. Causa. Modus. Cõditio multiplex. Si. Cum. Quia. Vt.

Scito ꝙ ut modus est:& si conditio: quia causa. de hoc glo. in. c. uerum. de cond. appo. & Insti. de lega. §. longe magis.

Ad legem falcidiam.

Quia lege falcidia legata minuun tur, ideo de ea sequitur. Cum enim. l. xij. tab. libera erat legandi potestas: ut liceret etiam totum patrimoniuꝫ in legatis erogare. Cautum eniꝫ erat ea lege in hunc modum: Vti quisq; legat rei suae, ita ius esto. Sed quia opportunum erat, gratia testatoruꝫ legandi licentiam coartare, plerunq; enim intestati moriebantur, recusantibus scriptis haeredibus pro minimo aut nullo lucro haereditates adire. Lata est ergo nouissime lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, ꝙ dodrantem, id est, nouem uncias totorum bonorum. Siue ergo haeres institutus sit, siue plures, etiam si essent mille, apud eũ, eos ue pars quarta remaneat, cõmuniter inter eos diuidenda. Et dicitur Falcidia ideo, quia sicut falx foenum, sic lex haec legata resecat: uel a Falcidio auctore dicta, sicut Publiciana. a Publicio. Institu. de act. §. alle. de hoc. ij. dis. quaedam & in. c. Raynaldus. de testa. gloss. ulti. & in. c. Raynutius, in gloss. potuit. Et antequam detrahatur falcidia, detrahendum est prius ex patrimonio totum aes alienum: item funeris impẽsae: Item pretium seruorum manumissorum. Et de residuo patrimonij debent fieri quatuor partes: ita ꝙ una ex illis remaneat penes haeredem, de alijs tribus soluantur legata, unicuiq; plus uel minus, secundum quod testator uoluit: & si plus sit legatum, ꝙ sint uires patrimonij: id aes ante omnia deducitur, & postea falcidia detrahitur. Vnde solet dici. Tunc decalcabis, cum per legata grauaris. gl. in. c. Raynutius. de testa.

Falcidia.

Q̃ñ hꝫ locũ falcidia.

Si cui plus, ꝙ per legem falcidiam licuerit, legetur.

Si alicui plus ꝙ licuerit legetur: & dubitari iuste possit, utrum lex falcidia locum sit habitura, uel ne, subuenit praetor haeredi, ut ei legatarius satisdet: id est caueat, quod si apparuerit eum amplius legatorum nomine cepisse, ꝙ ex lege falcidia capere licebit, quanti ea res est, tantam pecuniã sibi reddat: dolusq; malus ab eo abfuturus sit: hoc est, si sciens legatum indebitum cepit, uel dolo suo res interierit, etiam ex doli clausula, quae in ista stipulatione supradicta continetur, tenebitur. Et si opponat exceptionem de rei interitu, poterit ipse repelli replicatione: quia dolo eius factuꝫ est. Et haec cautio quae propter. l. Fal. interponitur, fideiussoruꝫ habet praestationem.

LIBER XXXVI.

Et duodecimus huius.

Ad senatusconsultum Trebellianum, & Pegasianum.

EXplicito tractatu qui ad fideiussores singularum pertinet rerum: & tit. de lega. i. usq; huc: Nunc transeamus ad fideicommissa uniuersalia, & ad interpretationem senatusconsulti Trebelliani. Factum est enim senatusconsultum temporibus Neronis. viij. Kal. Septembris, Anneo Seneca & Trebellio maximo cõsulibus: in quo disponitur ꝙ ipse haeres institutus grauari possit per fidei-

cōmiſſum, ut reſtituat totam hæreditatem, uel partem eius: ſed de his detrahere poteſt quartam, quæ Trebellianica appellatur. Et pro rata illius quartæ poteſt agere, & conueniri contra debitores, & a creditoribus hæreditarijs. Et differt in hoc iſta quarta a quarta Falcidia: quia Falcidia reſecat ſuperflua legata particularia uſque ad dodrantem: ſed Trebellianum reſecat fideicommiſſa uniuerſalia. Et hodie ceſſat. Senatuſconſultum Pegaſianum, & in locum eius poſitum eſt Trebellianum: cuius uigore hæres rogatus reſtituere hæreditatem, poteſt retinere quartam uel etiam ſolutam repetere: & pro ea poteſt agere & conueniri. Et dicuntur Fideicōmiſſa ideo, quia olim nemo inuitus cogebat præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, uel legata relinquere, ſi relinquebant, cōmittebant teſtatores fidei eorum, qui capere ex teſtamento poterant, ut alijs reſtituerent: & ideo fideicōmiſſa appellata ſunt, quia nullo uinculo iuris, ſed tantum pudore eorum qui rogabantur continebantur. Hodie autem in iuris neceſſitatem deductum eſt, ut hæres taliter rogatus, inſtante fideicōmiſſario, etiam ſi nolit, inuitus cōpellit ad adeundam hæreditatem, & reſtituendam eandē ei, pro quo rogatus eſt, retenta tamen ſibi quarta Trebellia. Vnde ſolet dici: Tunc trebellabis, cum reddere cuncta grauaris. gl. in d. c. Raynutius. de teſta.

Quartæ Trebel. Falcidia. Pegaſianū. Fideicommiſſa

Quando dies legatorum, uel fideicōmiſſorum cedit.

Verbum cedere duas habet ſignificationes: aliquando enim exponitur, id eſt, incipere deberi. ȷ. de uerb. ſigni. l. cedere. Aliquando cedere dicitur quantum ad tranſmiſſionem: ut. C. de cad. tol. per totum. Pro huius pleniori notitia ſciendum, quædam pure, id eſt, ſine diei uel conditionis appoſitione relinqui: quædam ſub conditione. Et ſi quidem purum fuerit legatum, cedit eius dies a morte teſtatoris, ſcilicet quantum ad tranſmiſſionem, non quantum ad hoc, ut debeantur, aut peti poſſint. C. de cad. tol. §. cum igitur. Et in ſeruitutibus perſonalibus, ut ſunt uſusfructus uſus, habitatio, nō cedit dies ante aditam hæreditatem: etſi pure ſint relictæ et nec quo ad petitionē, nec quo ad trāſmiſſionem, ſi decedat legatarius. Idē in alijs ſeruitutibus, & in quibuſdam alijs caſibus not. C. de cad. tol. §. nouiſſimo. & ȷ. eo. l. ſi habitatio. Hæreditate uero adita cedit dies quo ad petitionem, non quo ad tranſmiſſionem, cum non tranſeāt ad hæredes. d. §. in nouiſſimo. & Inſtitu. de uſufruct. §. finitur. niſi ſint relictæ Titio & hæredi. C. de uſufruc. l. cum antiquitas. Cætera uero legata cædunt a morte teſtatoris quo ad tranſmiſſionem, licet non poſſint peti niſi ea adita. Item ſi ſunt relictæ ex die certo uel incerto, uel ſub conditione, non cedit ante diem. l. ij ȷ. eo. et. ō. quādo dies uſuf. l. ce. l. i. §. fin. Sed cætera legata ex die certo cedūt: ut. C. de caduc. tollend. §. cum igitur. & ſic conſtat quod ſupra diximus duobus modis diem cedere: ut etiam not. d. l. una. C. de cad. tol.

Cedere. Cedere ſeruitutes.

Vt legatorum, ſeu fideicōmiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur.

Hæc rubrica in Codice cumulat

cum illa, Vt in possessionem legatorum, &c. quæ est. j. proxi. Oportet igitur satisdare nomine legatorum: ut quibus testator dari legata, fieri ue uoluit, ijsdem legatarijs ut detur uel fiat, dolusque malus absuturus sit. Et pro hoc cogitur hæres semper satisdare cuiuscunque sit dignitatis, uel quarumcunque facultatū. Fallit hoc in casibus: primo in fisco: secundo in legato repetito: tertio, si testator uetuit: quarto, quando offertur cognitio, & dicit hæres, Hodie constat, hodie agamus: quinto, quando calumniose p titur: quia constat fideicommissū nō deberi, uel ꝓstat repudiatū fideicō. uel hæreditatem non aditā. tem liberi testatoris non satisdant, nisi testator præcederit. l. iubemus. §. 1. C. ad Trebel. Et non solum legatarijs satisdare oportet, sed etiam successoribus eorū & procuratoribus: & non solum hæredes cauent, sed etiam successores eorundem. j. eod. l. i §. non solum. Est autem satisdatio præstanda demum adita hæreditate, uel agnita bonorū possessione.

Satisdare noīe legati

Cui cauea tur.

Q ñ.

Vt in possessione legatorum, uel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat.

Supra tit. proxi. proposita est quædam satisdatio, uel cautio fideiussoria, quam præstare debet hæres legatarijs, uel fideiussoribus, de soluendis legatis, uel fideicommissis: quod si hæres eandem cautionem præstare recusauerit, & non, uti iure cautum est, satisdederit, mittitur legatarius, uel fideicommissarius in possessionem bonorum causa legatorum, uel fideicommissorum: de qua missione tractat hic tit. Non tamen ex tali missione dominus esse incipit, nec tam possessio rerum ei quàm custodia datur. Mittitur ergo solum causa custodiendi, neque ius habet expellendi hæredem, sed simul cum eo possidere iubetur, ut saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat ab hærede cautionem. Est tamen alia possessio hæredis, alia legatarij: hæres enim uere possidet, & usucapit: sed legatarius est in possessione iuris pignoris. j. pro hærede. l. ij. in prin.

LIBER XXXVII.

Et tredecimus huius.

De bonorum possessionibus.

Bonorum possessio est ius persequendi retinendique patrimonij siue rei, quæ cuiusque, cum is moritur, fuit. Et dicuntur bona uniuersitatis cuiusque successio qua succeditur in ius mortui, suscipiturq; eius rei commodum, & incommodum. Nam siue soluendo sint bona, siue non sint, siue damnum habeant, siue lucrum, siue in corporibus sint, siue in actionibus, in hoc loco proprie bona appellantur. Et in omnibus habentur bonorum possessores uice hæredum, non autem sunt ueri hæredes: unde non habent petitionem hæreditatis directam, sed bonorum possessionem. Et inductæ fuerunt bonoruȝ possessiones a prætore emendandi, supplendi, & coadiuuandi iuris ciuilis gratia. Et competunt tam ex testamento, quàm ab intestato. Prætor enim cum uideret multos a iure ciuili exclusos, secutus naturalem æquitatem, eisdem successionem pollicitus est: nō tamē fecit eos hæredes, quia id nō potuit:

cum hæreditas iuris ciuilis sit uocabulum: sed perinde concessit eis bono. pos. ac si hæredes a iure ciuili fuissent: & constituuntur loco hæredum: uocanturq; Bonorum possessores. Et sunt bonorum possessiones ex testamento duæ: Vna contra tabulas, alia secundum tabulas. Ab intestato uero erant olim octo: hodie uero tantum sex sunt bonorum possessiones ordinariæ: & septima extraordinaria, quæ locum habet, ut ex legibus nouis bonorum possessio detur: de quibus plene Insti. eod. § quos autem prætor. usque ad. §. cum igitur.

Bono rũ pos sesso res.

Si tabulæ testamenti extabunt.

Hic tit. differt ab illo. j. si tab. test. nullæ extiterint: quia hic dicit, extabunt: ibi, nullæ extiterint. Et est hic titul. communis bonorum possess. secundum & contra tab. Superior uero generalis omnium bonorum possessionum. Et sunt communia utriusque secundum tabulas & contra tab. primo. in eo, quia utraque competit capacibus: non capacibus non j. de contra tab. l. iij. §. liberi. Secũdo, quia utraque competit ex eisdem tabulis, id est, eius qui potuit testari. j. de secun. tab. l. i. §. exigit. Tertio, quia ex quacunq; materia scripta sit, utraque competit. j. de secun. tab. l. i. in prin. Quarto, quia utraque competit, tam ex testõ scripto, q̃ nõ scripto. Sed tunc dicit secũdũ nuncupationẽ, uel ꝯtra nũcupationẽ ut. C. de secundum tab. l. i. Quinto, quia competit & dantur quãdo tabulæ sunt tempore mortis licet postea intereant. j. de secun. tab. l. i. §. sufficit. In multis autem differunt ut. j. de contra tab. l. illud. § ad testamenta. Et in multis alijs conueniunt & differunt: ut patebit. j. in spãlibus tit. de secundum, & contra tab.

De bonorũ possessione infanti, furioso, muto, surdo, cæco cõpeteti.

Quinque personas exprimit hic tit. admittendas ad bonorum possessiones: de primis duabus tractat lex prima & præsertim. ã. tit. ij. l. nõ est ambigendum. ubi specialiter de furioso. de infante autẽ specialiter tractat. l. seruus. ã. tit. ij. Alij uero tres, mutus, surdus, cæcus procedunt iure communi in petẽda bonorũ possessione, & in die cedenda. j. eod. l. ij.

De bonorũ possessione ꝯtra tabulas.

Liberis præteritis, id est, non institutis ut oportet, prætor bonorum possessionem contra tab. testamenti paterni concedit: possunt enim petere bonorum possessionem in rebus paternis, non obstante, ꝙ pater in testamento suo nullam de eis fecerit mentionem. Et debemus accipere hoc loco Liberos, non solum naturales & legitimos, sed etiam adoptiuos, si neque instituti neque exhæredati sunt, rite possunt contra tabulare. Et uocantur ad bonorum possessionem contra tabulas eo iure & ordine, quo uocantur ad successionem iure ciuili. Et pertinet hæc clausula etiam ad posthumos præteritos. Si autem liberi sint exhæredati: & forte minus legitimi, nõ hñt hanc bonoꝝ possessionẽ ꝯtra tab. sz in ipsoꝝ arbitrio ẽ ĩstituer inofficiosi q̃relã si uelit.

Præteriti.

Liberi.

De legatis præstandis ꝯtra tabulas bonorum possessione petita.

Hic titul. æquitatem quandam habet naturalem, & aliquid nouũ: ut

hi qui iudicium patris, id est, ultimā uoluntatem rescindunt per bonorū possessionem contra tabulas petitā iuxta eius uoluntatem saltem legata & fideicommissa quibusdam personis præstarent: hoc est, liberis, & parentibus ipsius testatoris, & uxoribus nurubusq; dotis nomine legatū. Generaliter autem parentes & liberos prætor excipit, nec gradus liberorum parentum ne enumerauit: ergo in infinitum eis præstabitur. Quisquis igitur ex liberis, parentibus ue fuerit, ad legati petitionem admittetur: non obstante irritatione testamenti per bonorum possessionem contra tabulas factam.

De collatione bonorum.

Collatio bonorum dicitur communicatio, quasi in commune latio. Nam quod erat proprium, cōfertur, & communioni subiicitur. Et habet hic titul. manifestam æquitatem: cū enim prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participesq; efficiat cū his qui sunt in ptāte bonorū paternorum: ꝯsequens esse credidit, ut sua quoque bona in medium conferantur, qui appetunt paterna: Inter eos ergo dabitur collatio, quibus bonorum possessio data est. Et fit collatio cum tali distinctione. Nam aut sunt hæredes ascendentes, & tunc siue ipsi succedant liberis eorum emancipatis, uel in potestate constitutis, non tenentur inter se inuicem aliqua bona conferre. Et idem per omnia in collateralibus & extraneis hæredibus, qui similiter non astringuntur sibi inuicem conferre: siue tales personæ succedant ex testamento, siue ab intestato: quia hoc non reperitur aliquo iure cautum. Sic ergo titulus ille non habet locum in suprascriptis personis, sed in solis hæredibus descēdētibus, qui liberi appellātur, inter quos ita distinguitur: aut soli emancipati succedunt patri, uel auo: & tunc sola profectitia tenenē cōferre sibi inuicē: ut ꝓbaē in. l. ut liberis. C. de col. Aut succedunt cum collateralibus uel extraneis, & idem quod supra. Aut succedunt cum aliis existentibus in potestate, & tunc emancipati conferūt suis in potestate constitutis sola profectitia: & econtra sui emancipatis. Et sic est æqualitas inter eos in modo collationis. de hoc in Auten. ex testamēto. C. de coll. nisi testator aliud disposuerit ut ibi.

Colla tio. quō fit.

De collatione dotis.

Licet pater faciens filio donationem tanquam benemerito, hoc expresso, ut cōmuniter fit in instrumētis donationum non tenetur filius istam donationem conferre: cum talis donatio dicitur peculium aduentitium potius, quam profectitium ut not. glo. in Auten. unde si parens C. de inoffi. testa. Tamen ubi pater tradit liberis ex aliqua causa, propter quā cogitur filio donare, puta ex causa dotis, uel donationis propter nuptias: ut in. l. fi. C. de dot. promis. & in. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & tūc talis donatio debet conferri: ut. j. toto ti. & l. filiæ. & l. illam. C. de dona. Et est ratio quia cum pater det ex iuris necessitate, uidetur uelle quod cōferatur: & etiam, quia hæc donatio quæritur filio in uita patris, ideoq; conferenda est, ut probatur. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc.

ercisc. Et sic sorores maritatæ & dotatæ quæ uolunt uenire ad successionem hæreditatis paternæ simul cū fratribus, tenentur dotes suas conferre: & eodem modo frater alteri fratri donationem propter nuptias, quam pater ei contulit, quando ipse uxorē duxit.

De uentre in possessionem mittendo.

Sicut liberorum eorum, qui iam in rebus humanis sunt, curam prætor habuit, dando eis Carbonianam & contra tabulas cæteras possessiones. Ita etiam eos qui nondum nati sunt, propter spem nascendi, non neglexit. Nam & hac parte edicti eos intuitus est, dum uentrem mittit in possessionem uice, & loco bonorum possessionis contra tabulas. Oportet ergo omnimodo mulierem esse prægnantem ad hoc ut detur ei hæc bonorum possession. Nec sufficit se dicere prægnantē ut sibi competat hoc edictum. Quare nec tenet datio bonorum possessionis, nisi uere prægnans fuerit, & mortis tempore, & eo tempore, quo se mitti in possessionem petit.

Prægnāti daf uētris no. poss.

De coniungendis cum emancipato liberis eius.

Per legem antiquam. xii. tab. solum sui succedēt: ut Insti. de hæred. ab intesta. §. j. Et sunt Sui, etiam nepotes in potestate retenti, si pater eorum est emancipatus: ut Insti. de hære. qua. & dif. §. sui. Per prætorem autem etiā emancipatus ac si in potestate permansisset: ut. ~~s~~. de bon. possessi. contra tab. l. i. §. uocantur. Hanc discordiam sedat hic prætor, ut partem quam erat habiturus emācipatus, si in ptāte stetisset, diuidat cū suis filiis: ut ipse dimidiū, illi aliud dimidiū habeāt: & eis solū pferat, nō aliis fratribus. Ideo dicitur ille titu. coniungere emancipatos cum eorū liberis. Sz ad hoc quod fiat hæc coniunctio, multa sunt necessaria. Primo, ut pater sit emancipatus, alias ipse solus succederet iure communi: ut. j. eo l. j. in princ. Secundo, ꝙ liberi eius sint in familia, id est, ī potestate aui tempore quo is moritur. Tertio, quod hi nepotes sint naturales & legitimi, nō legitimi, tantum id est, adoptiui: ut. j. eo. l. si quis. Quarto, ꝙ hæreditas pertineat ad eos, scilicet nepotes, & filium, scilicet quòd filius præteritus sit, & illi instituti, uel econtra: uel omnes præteriti & alius institutus, uel prorsus intestatus decessit. Quinto, ꝙ suo nomine pertineat alias secus. j. eo. si nepos. Sexto, quod hæreditas sit paterni generis, ut aui paterni: uel ꝙ præteritio pro exhæredatione habeatur. ~~s~~. de contra tab. l. illud. §. ad testamēta. Septimo quod non sint exhæredati filius & nepos: quia tunc in contra tab. non iungerentur: quia omnino eis denegatur suo & alieno iure. Octauo, ꝙ emancipatus nō sit in adoptionem datus: nam tunc fit ei iunctio, quia nec habet contra tabul. nisi sit constitutus, & alius committat edictum: ut ~~s~~. de contra tab. l. non putauit. §. in adoptionem. Sed hoc edictum hodie locum non habet, quia sublata est differentia patriæ potestatis: ut in Autē de. hæred. ab intest. §. j. coll. ix. Vnde solus filius hodie succedit, siue suus, uel emancipatus, & non nepos.

Quæ sint necessaria ī piunctiōe emā.

De Carboniano edicto.

Hoc edictum inuentum est a Carbone prætore, & ab eo de nominatum:sicut Publiciana a Publicio: Insti.de act.§.aliæ.Et habet locũ hoc edictum,quando alicui filio non instituto, uel exhæredato,sed præterito controuersia fit a possidente bona paterna:an inter liberos sit cõnumerandus. Et ita de statu eius,id est: filiatione simul & de bonis agitur: si tunc talis est impubes causa cognita, perinde possessio corporalis rerũ hæreditariarum sibi datur,ac si nulla de ea re controuersia esset, & iudiciũ in tempus pubertatis causa cognita differtur.Et habet hoc edictum locũ tam in masculis quam fœminis ex uirili sexu descendentibus:omnes enim cõmodum Carboniani habent: & generaliter his cõpetit Carbonianum, quibus & contra tab.bo.pos.His uero qui repelluntur a contra tab.bonorum possessione non competit. Et uertitur causæ cognitio in eo, ut si manifesta calumnia appareret eorum,qui infantibus bonorum possessionem peterent,non daretur bonorum possessio summatim. Ergo cũ petitur ex Carboniano edicto bonorum possessio,debet prætor cognoscere: & si quidem absolutã causam inuenerit,id est,sine dubitatione, cui deniq; probetur filium non esse: quod duobus modis probari potest ut est tex.in.l filium ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.negare debet ei bonorum posses. Carbonianam. Si uero ambiguam causam,hoc est,uel modicum pro puero facientem ut non uideatur filius euidenter non esse,dabit ei Carbonianam bonorum possessionem.Duæ ergo causæ sunt, de quibus prætor cognoscet. Vna dãdæ Carbonianæ possessionis,quæ habet commodum illud, ut perinde ac si nullam controuersiam pateretur,impubes possessionem bonorũ accipiet. Alia est causæ cognitio, utrũ debeat differri in tẽpus pubertatis cognitio:an præsentari possessio.

De bonorum possession.bus contra tabulas.

Iurisconsultus secutus ordinem bonorum poss.primo supra tractauit contra tab.quia ista prius defertur quam secundum tab.ut.ff.ti.pro xi.l.ideoq;.Et nunc demum de secundum tab.quia ista posterior est. Sed imperator.C.eo.tit.aliam habuit cõsiderationem,præmittendo secundũ tab.tanquam digniorem: quia magis nititur ex uoluntate defuncti. Et debemus accipere Tabulas testamenti omnem figuram materiæ. Siue igitur tabulæ sint ligneæ, siue cuiuscunque alterius materiæ, siue chartæ,siue mẽbranæ, siue coriũ alicuius animalis,tabulæ recte dicũtur. Non tamẽ curamus hic omnes tabulas,sed supremas,id est eas,quæ nouissime factæ sunt. Sufficit autem extare tabulas etiam si non proferant, si certũ sit eas extare. Si autem apud furẽ sunt,uel apud eum apud quẽ depositæ sunt:dubitari nõ oportet admitti posse bonorum possessionẽ. Nec enim opus est aperiri eas,ut bonorum possessio secundum tab.cognoscatur.Et est secutus prætor ordinem æquissimum: uoluit enim primo ad bonorum possessionem contra tab.pertinere. Quòd si hoc occupatum non fuerit, iudicium defuncti sequendum est. Expectandi igi

Tabulæ testamenti.

tur liberi eiunt quandiu bonorum possessionem petere possunt. Quod si tempus fuerit finitum, uel ante decesserit, uel repudiauerit, uel ius p ten di bonorum possessionem amiserit, tunc reuertitur bonorum possessio ad scriptos hæredes: & pro q̃ quisq; parte hæres scriptus est, pro ea accipiat bonorum possess. sic tamẽ, ut si non sit qui ei cõcurrat, habeat solus bonorum possessionem.

Si a patente quis manumissus fuerit.

Ma nu/ mis sus. Emã cipa/ tus. Manumissus hoc titulo improprie pro emancipato ponitur. Seruus enim dicitur manumitti: filius autẽ emancipari: ut. C. quando actio de pec. est an. l. j. Quia autem supra de bo. pos. ꝯtra tab. quæ datur liberis ꝯtra testm̃ parentũ actũ ẽ, ut ibi dictũ est, nunc econtra de ea possessione, quæ parentibus contra testamentũ liberorum datur: licet hæc non sit ita fauorabilis, sicut alia, quæ recto ordine naturæ liberis debetur, non autem econtra: ut. j. unde lib. l. scripto in. fi. Et caute dicitur in hoc titulo contra testamentum emancipati. Nam ille qui est in potestate, non poterat olim habere hæredem, etiã parentem nisi haberet castrense peculium: & faceret testamentum & adiretur hæreditas & tunc cessat contra tab. & querela: ut. C. de inoff. test. l. fi. Similiter etiam in quasi castrensi non potuit, per l. nã & si parẽtibus. ff. de inoffi. test. & d. l. fin. Hodie autem in quasi castrensi uidetur ꝙ habeat locum querela, & contra tab. ut. C. de epi. & cle. Auten. presbyteros. Si autem non adiretur hæreditas, pater omnia occupat iure peculij: ut. j. de cast. pec. l. ij. Sicut ergo pater prætereundo filium suum in testamento patitur contra tabu. bonorum possess. filio adiudicari etiã emãcipato. ita & filius etiã emancipatus patrẽ præteriẽs, eundẽ exitũ ꝯtra ta. testamenti sui patieẽ. nisi parens pecuniaȝ acceperit: ut filiũ emãciparet: uel postea filius in eũ, quãtũ satis est, cõtulit: ne iudicia eius inquietet. uel nisi filius militare cœpit, militia uel armata uel inermi. j. eo. l. j. §. si parẽs.

De bonorum possessionibus ex testamento militis.

Quia quædã specialia seruantur in bonorũ poss. secundũ tab. ex testamento militis, quæ in testamẽto pagani locum non habent: ideo de hac dicitur. Non est autem dubium, quin uoluntates eorũ ratæ esse debeãt, qui in hostili loco, id est, expeditione, uel procinctu suprema iudicia quoquo modo ordinassent, ibidemq; diẽ suũ obissent. Oẽs ergo qui eius sunt cõditionis, ut iure militari testari nõ possint, quia forte milites nõ sunt: si tñ in hostili loco deprehẽdañt, & illic decedãt, q̃q̃ mõ uelint, & q̃q̃ mõ possint testabuntur: siue præses sit ꝓuinciæ, siue legatus, siue quis alius, qui iure militari testari nõ potest. Itẽ nauarchos, id est, principes nauis: & trierarchos clasium, id est, qui præsunt nauibus triremibus. iure militari posse testari nulla dubitatio est. Na/ uar/ chi. Trie/ rarchi

De iure patronatus.

Supra titulo secũdo uisum, est quomodo patri & patrono. quod unum est. cõtra tab. testamẽti bonorũ possessio def. Nũc de oĩ iuř patronatus tractat, qđ ĩ multis cõsistit. Primo n. succedunt patroni & eoꝝ liberi liber/ Patro norũ suc. & ius.

tis ab intestato decedentibus, si liberos nullos reliquerint. Ex testamento autem si libertus habeat in bonis minus quam centum aureos, excluditur patronus penitus: si habeat plus quam centum, & instituat extraneũ hæredem, nõ potest patronus excludi, quin habeat ad minus tertiam de bonis liberti: ut Insti. de suc. liber. post prin. Secundũ ius est, ut patronatus non uocetur in ius a liberto sine uenia: ut. C. de in ius uoca. l. ij. Tertius, ut libertus alat eum inopem: ut ſ. de lib. ag. l. si quis a liberis. §. solent. Quartũ, ut turpem actionẽ, uel exceptionẽ ꝯtra eũ nõ ꝓponat: ut. j. de exc. dol. l. apud Celsuȝ. §. aduersuȝ. Quintum, ut possit eum ingratum in seruitutem reuocare: ut in Auten. ut liber. de cæ. §. j. Sextum, ubi patronum inuenerit, faciat ei reuerentiam. ſ. de in ius uo. l. generaliter. Vnde dicitur: Patrono debetur honor, onus utilitasq;: Præsenti præsit, defendat, alatur egenus Gl. in. c. nobis. de iure patron. Et hæc iura multis modis tolluntur: quos ponit glo. Insti. de suc. lib. §. cum uero maiore.

De obsequiis, liberis. & libertis parentibus, & patronis præstandis.

Honori parentum ac patronorũ tantum tribuitur, ut quãuis per procuratorem iudicium accipiant, tamẽ nec actio de dolo, neque iniuriarum in eos datur. Interdictum quoq; unde ui, non est aduersus eos reddendũ. Et tanta pietatis ratio etiam militibus in parentes constare debet: quòd si filius, etiam miles in patrem aliqua cõmisit ꝑ mõ delicti puniẽdus est. Et si filius patrẽ aut matrẽ (quos uenerari oportet) cõtumeliis afficit, uel impias manus eis infert, pro modo delicti, talis transgressa pietas punienda est. Et indignus est militiæ iudicandus, qui patrem & matrem de aliquo maleficio accusauerit: quia filio & liberto semper honesta, & sancta persona patris, ac patroni, uideri debet. Et etiam magistrum dicit glo. in. l. liberto. j. eod. Item nec iusiurandum calumniæ a patrono exigere potest. ſ. de iureiuran. l. si patronus & l. iusiurandum. Magistri.

LIBER XXXVIII.

Et ultimus huius.

De operis libertorum.

Operæ sunt diurnum officiũ, id est, officium quod quis exhibet alicui per diem scilicet artificialem non naturalem: ut. ſ. de ali. leg. l. ij. & j. de uerb. sig. l. ij. §. j. Aliquando tamen Opera ponitur pro breuioris temporis officio, ut in salutando, uel assurgendo, & similia, ut. ſ. de condi. inde. l. si non sortem. §. libertus. Et consistit opera in actu. ſ. de op. ser. l. i. Et differt hic tit. ab illo, quia ibi de operis serui, hic de liberti operis dicit. Et pollicetur prætor in hoc edicto se daturum iudiciũ in libertos & libertas super operis præstandis, ad hoc ut emeret atq; honoraret libertinas personas. Qui ergo operas præstare debet diurnas, non eo die præstare tenetur, quo promisit. Nec illi, qui sex horis ante meridianis paratus est seruire hodie: & talia die per alias sex horas liberatio eius diei cõtingit: quia opera non diuiditur. Et aliæ sunt operæ diei hodiernæ, aliæ crastinæ.

De bonis libertorum.

Hoc edictum a prætore proposi/tum est honoris, quem liberti patronis exhibere debent, moderandi gratia. Nam ut Seruius scribit, ante soliti fuerunt patroni a libertis durissimas res exigere, scilicet ad remunerandum tam grande & inæstimabile beneficium, quod in libertos confertur, cũ ex seruitute in ciuitatẽ Romanã perducuntur. Et quidem primus prætor Rutilius edixit, se amplius non daturum patrono, quam operarum, & societatis actionem: uidelicet, si hoc pepigisset, ut nisi obsequium ei præstaret libertus, in societatẽ admitteretur patronus: ut quia dixit dominus, ob hoc te solum manumitto, ut mecum contrahas societatem: talis autem societas iure postea prohibita fuit: ut in.l. Labeo. ʒ. tit. prox. posteriores autem prætores pollicebantur patronis certæ partis bo. pos. quod & postea per imperiales constitutiones redactum est in id ius, quod habetur Instit. de suc. lib. & dictum est. ʒ. de iur. pat. circa prin.

Municeps.

De libertis uniuersitatum.

Municipibus, id est, uniuersitati plenum ius in bonis libertorum libertarumq; defertur: hoc est, illud ius, quod etiam patrono possunt ergo omnino petere bo. pos. libertorũ: & tempora bono. possessionis petendæ cedunt municipibus exinde, id est, ab eo tempore, ex quo decernere de petenda potuerunt: id est, eligere syndicum uel actorem.

De assignandis libertis.

Temporibus Claudii imperatoris Velleio Ruso, & Scapula consulibus, factum est senatusconsultum de assignatione libertorum: quo cauetur, quòd patronus habens plures in potestate, potest uni ex eis libertum assignare, siue ex testamento, siue ab intestato, quæ assignatio euanescit, si talis filius postea emancipatus fuerit: & ille cui assignatio est facta solus succedit liberto, exclusis aliis, etiã in eodem gradu constitutis. Est ergo Assignatio quædam prælegatio, & præ aliis liberis donatio: & potest fieri quacunq; uoluntate, & quibuscunque uerbis, etiam nutu. j. eod. l. §. assignare. & pure, & sub conditione. j. eod. l. assignare.

Assignatio.

Si quid in fraudem patroni actum sit.

Libertus tenetur patrono suo relinquere partem debitam iuxta distinctionem. ʒ. de iur. pat. traditam. Si ergo libertus dolo malo, siue testamento facto, siue ab intestato decedens aliquid fecerit, quo minus debita pars bonorum ad patronum, uel eius liberos perueniat: habet patronus actionem quæ appellatur Fauiana. Et est in factum actione personalis, & perpetua, quæ datur soli patrono ad reuocandum ea, quæ libertus in fraudem eius alienauit inter uiuos, uel ultima, uoluntate, quo minus patronus habeat tertiã. ut. j. eod. l. j. §. i. & Institu. de succes. liber. §. sed curam. de hac actione Institut. de act. §. Item si quis in fraudem.

Si tabulæ testamenti nullæ extabũt.

Postea quam prætor locutus est de bonorum poss. eius qui testatus est, transitum fecit ad intestatos, cuius

ordinem secutus, quē & lex. xij. tab. secuta est. Fuit enim ordinarium ante de iudiciis & uoluntatibus testantium, & deinde de successione ab intestato loq. Sed successionē ab intestato in plures partes diuisit: fecit. n. gradus uarios, id est. capita: primū liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, quartum uiri & uxoris. Tunc ab intestato potest competere bon. pos. si neq; secundū tab. neque contra tab. bo pos. agnita sit: uel si repudiata est a bono. pos. ex testamēto tūc enī ab itestato bo. pos. eā incipit. Recte autē prætor a liberis initium fecit in successione ab intestato: ut sicut cōtra tab. ipsis defert: ita ab intestato ipsos uocet.

Vnde liberi.

Quidam libri habent hic propriū titulum, unde liberi: alii autem non habent hic titulum, sed ponunt istā legē sub tit. proxi. ff. si tab. testa &c. Et tractat hic titul⁹ de primo ordine succedendi ab intestato, qui datur liberis descendentibus, siue suis, siue emācipatis: quibus ordine naturæ parētū hæreditas debetur: non autē econtra parentibus liberorum hæreditas. Parentes enim quicquid acquirunt, præsumuntur naturali ratione & communi uoto liberis thesaurizare. Econtra autem liberorum bona ad parentes non recto ordine naturæ, sed turbato & ex sola miseratione, id est, pietate, in solatiū filii amissi conceduntur: ut ff. de iur. do. l. in successione. & de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. ubi glo. dicit Bul. dixisse, quando mortuus fuit filius suus: Ordine turbato succedis Bulgare nato. Et potest hic subiici regula, ut quicunque habent contra tab. habeant hanc bo. pos. ut. ff. titu. proxi. l. i. §. recte. Liberi ergo in bonis matris uel maternæ lineæ non habent hāc bono pos. ita intelligitur quod dicitur. C. de suis & leg. hære. l. ult.

Vnde legitimi, & unde agnati.

Coniunctio Et, hoc tit. ponitur expositiue: nam idem est legitimus & agnatus omnes enim agnati legitimi dicuntur: quia lege. xij. tab. ad successionē uocat. Et defert hæc bo. pos. per unde legitimi, nō tm̄ masculis. sz etiā fœminis, nec tm̄ ingenuis, uerumetiam libertis. Est ergo communis pluribus: nam & fœminæ possunt uel consanguineos, uel agnatos habere. Deficientibus igitur liberis, id est, suis hæredibus, deuoluitur hæreditas secundo ordine per hoc bo. pos. ad agnatos proximos ex lege. xij. tab. & sunt illi, qui ex linea masculina descēdunt, uel etiam ex adoptione, dummodo sint in priori gradu: quidam tamen coniuncti per fœmininum sexum admittuntur sicut legitimi. ut filii sororis germanæ uel uterinæ, & fratres emancipati. Item uterini, & filii eorum. C. de leg. hære. l. pe. & ult. Item qui ad hæreditatem uocantur uel bono. posse. lege uel senatusconsul. Tertul. uel Orfic. habent hanc bono possess. j. l. ij. §. ulti. & l. iij.

Agnatus. Legitim⁹.

Vnde cognati.

Hæc bono. possess. datur coniunctis per fœmininum sexum legitime, uel non legitime. Et quia ex iure ciuili originem non habet, ideo posteriori & tertio ordine ponitur: & eos inuitat, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt, id est, cognatos, Cognati autem appel-

Co/gnati lati sunt, quasi ex uno nati, uel ab eodem orti, id est, progeniti: & qui quasi commune nascendi initium habuerunt. Et complectitur haec bo. pos. sextum gradum cognatorum & ex septimo duas personas, scilicet filium & filiam, sobrini, & sobrinae. Si itaq; liberi, id est primi ordinis haeredes, & post illos agnati, id est, secundi ordinis, minime supersunt, qui uenire nō possint ad successionē ab intestato: uocantur per unde cognati, id est, beneficio huius tituli, attinentes ex linea proximiori foeminina, Not. & agnati capite diminuti. &c. Hodie autem agnati ante cognatos nullam habent praerogatiuam. Nec est aliqua differentia agnationis & cognationis, dūmodo alias nullo defectu aetatis uel morbi impediantur: ut in Autē. de haer. ab inte. §. ex his. col. xi.

De successorio edicto.

Successorium edictū Successorium edictum ideo propositum est, ne bona haereditaria uacua sine domino diutius iacerent, & creditoribus longior mora fieret. Bene igitur praetor praestituit tempus his, quibus bonorum possessionem detulit, & dare inter eos successoriū edictum. Cū enim plures sunt species successionū, & ordines, & in unaquaque specie saepe plures existāt dispari gradu psonae. Ne igit actiones creditorū differant, sed haberēt quos conuenirēt, & ne facile ī possessionē defuncti mittant, eo modo sibi cōsulerent: ideo petēdae bonorū possessionis certū tepus praefiniuit. Liberis itaq; & parētibus tā naturalibus q̄ adoptiuis, ob sanguinis praerogatiuā in bonorū pos. petēda anni spatiū, caeteris autē agnatis uel cognatis cētū dierū dedit. Et si intra hoc tēpus aliquis bonorum po. non petierit: eiusdē gradus personis accrescit: partes autem non petētiū accrescūt petētibus. C. quādo non pe. par. pe. ac. l. i. Sed si nullus eius ordinis sit, deinceps caeteris bono. pos. perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si is qui praecedebat ex eo non esset numero. Et dies praefixi ad bo. pos. debēt eē utiles, & absq; solēnitate aliqua bo. pos. corā iudice agnoscitur. Et olim erat successorium edictum solum de ordine in ordinem: hodie autem etiam de persona in personam: de gradu in gradū, & de capite in caput: ut no. C. eo. super rubr. & Insti. de bon. pos. §. cum igitur.

De gradibus affinitatis.

Iurisconsultus cognatorū gradus, & affinium, nosse debet: quia legibus haereditates & tutelae ad quēq; proximum redire psueuerunt. Et ex. l. publicorū iudiciorū cōtra affines, & agnatos, nemo inuitus testimoniū dicere cogitur. Nomen cognationis a Graeca uoce dictū uidet cynon. sic enim illi uocāt quos nos cognatos appellamus. Sunt autē Agnati oēs Cognati: Agna ti. sed non puertitur. Inter agnatos enī & cognatos hoc interest. quod inter Co/gnati genus, & speciē. Nā qui est agnatus, & cognatus est: non autē qui cognatus est, agnatus etiam est. Alterū enī ciuile, alterū naturale nomen est. Gradus autē cognationis alij superioris ordinis sunt, alij inferioris alij ex trāsuerso, siue a latere. Superioris ordinis sunt Parētes, qui usq; ad tritauū apud Parē/tes. Romanos proprio uocabulo appellantur. Vlteriores quia non habent speciale nomen Maiores nominantur. Inferioris ordinis sunt Liberi, Liberi qui usqque ad trinepotem propria

Posteriores habent uocabula: ultra hos posteriores uocantur. Ex transuerso autem siue a latere Fratres, & Sorores, & ex his progeniti: item Patrui, Amitæ, Auunculi, & Materteræ, & eorum liberi: quæ computatio qualiter fieri debeat, traditur Insti. de grad. cog. & in arbore cognationum. De Affinitate autem & eius computatione graduum habes Insti. de nup. §. affinitatis. & peculiarem de ea arborem affinitatis, quam prosequere ut in. c. non decet. de consang. & affini.

Affinitas

Vnde uir & uxor.

Deficientibus cognatis, & his qui inter cognatos uocantur, quarto ordine uir & uxor sibi succedunt, & excludunt fiscum. Ad hoc ergo requiritur, ꝙ inter eos iustum matrimoniũ fuerit contractum quia si iniustum fuerit matrimonium, non datur eis bon. poss. sicut nec ex testamento uel ab intestato per eos hæreditas peti potest. Vt autem hæc bono. poss. locum habeat, oportet esse uxorẽ mortis tempore: si enim diuortium secutum sit, hæc successio locum non habet. Similiter, repellitur mulier, si nubat intra annum luctus. C. de secun. nup. l. i. in fi. Item præferuntur uxori omnes consanguinei uiri. C. e. l. i. Itẽ quidam alij, qui sunt. C. de hær. decu. per totum. Item qui ex liberalitate imperiali ueniunt: ut. C. si impe. liber. so. sine hære. deces. liber. x. Alias enim ipsi inuicem sibi succedunt excluso fisco: ut. C. eod. l. i. & hoc iure ueteri. Iure autem auten. est aliquid plus: ut C. eod. autent. præterita.

uir & uxor.

De ueteranorum. & militũ successione.

Militũ successio.

Bona militis intestati defuncti castrensia fisco non uendicantur, si hæres legitimus usque ad quintum gradum intra tempus statutum possessionem acceperit. Miles damnatus de aliquo crimine militari, qualia multa sunt. ff. de re mili. per totum nihilominus testamentum facere potest in bonis castrensibus, & iure militari: si sibi hoc cõcessum sit a principe: eiusq; bona ab intestato ad cognatos pertinent. Secus si sunt paganica, quæ fisco applicantur. C. eo. l. & militi. Si autem punitus sit ex cõmuni crimine, puta furto, homicidio, &c. omni casu fiscus succedit. Et est notãdum, ꝙ priuilegium ꝙ habet miles, ut teste tur, quod alias nõn poterit, non durat post missionem: ut Institut. eo. i. responso. Sed secus in alijs priuilegijs. Veteranus autem dicitur non solum legionarius, sed & omnis qui qualitercunque militauit, & honeste est a militia absolutus. ff. de excu. tut. l. sed & milites. § ueteranus & quæ priuilegia talis habeat habetur. C. de uete. per totum not. C. quando prouo. nõ est neces. l. ueteranus in glo.

Priuilegium militis.

Quibus nõ ꝑpetit bonoꝝ possessio.

A bonorum possessione repellunt qui amiserint libertatem, uel ciuitatem: petitur autem bonorum possessio, ut supra dixi, intra tempora statuta. Si autem repudiauerint, uel tempore sine exclusi, statim possunt admitti sequentes. Nec in cursu temporis bonorum possessionis, licet alicui prætendere ignorantiam: si tamẽ potuit consulere peritiores C. e. l. iuris. Item si pater dolo fecerit ne testamẽtum mutaretur, in quo filius suus est institutus etiam emancipatus, uel si seruo instituto dominus dolo fecit,

Ignorãtia nõ excusat

testamentum mutaretur, actiones competentes ex eodem testamento pro adipiscenda bon.pos.eis denegantur, & cõtinuatur materia huius tit. ꝧ.si quis ali.test. prohi.

Vt ex legibus, senatusq; consul t:s bonorũ possessio def.

Extra ord. bon. poss. Hæc est bonorum possessio septima extraordinaria, quæ optima ratione inducta dicitur ut Insti.de bono.pos §.septima & habet locu3 aliquando ex testamento, aliquãdo ab intestato: ut patet in defuncto apud hostes qui lege cor. habet hæreditatem:ut.ꝭ. de testa.l.lex cornel. &.C. de cap.l nec nos. Item mater alijs in testamento institutis filijs postea in puerperio decessit, & filium quem gestabat in utero præterijt: præsumitur enim hic filius institutus, & habet bo pos.secundum tab. & hanc septimam extraordinariam.C. de inoffi. test.l si mater. Dicitur etiam extraordinaria, quia ius non tribuit, ut Carbonia quæ datur uentri, & quæ dat gratia agnoscendæ litis unde & dat sine causæ cognitione. Quod in ordinariis, quia ius tribuunt, contrariũ est.ꝭ.de bo.pos. l.iij.§. si causa. &.ꝭ. tit proxi.l. iij.§. in bonorum. Item alia Edictalis, quæ ex edicto prætoris mortui decernitur: alia Decretalis, quæ a uiuo prætore decernitur. Vel hodie quia non est necessarium eam decerni, ul' dari, dicitur iudicialis, a iudicis præsentia, quæ in eius agnitione ex gl.ꝭ de bon.pos.l iij.§.a municipalibus. & Inst. de bono pos.§. ulti.& secundum Azo.posset illud dici, unam esse bon. pos. Edictalem, & eandem appellari Decretalem & Iudicialem: ex eo ꝙ accipit efficaciam ex præsentia iudicis: nec est differentia inter Decretum & Decretalem. Vbicunque ergo danda est bon.posses.ex aliqua noua lege, datur ista extraordinaria.

Quis ordo in bonorum possessione seruetur.

Ad bona defuncti intestati uocantur primo sui hæredes: secundo legitimi, id est agnati: tertio proximi cognati: deinde uir & uxor: sicut.ꝭ.si tab. test.nullæ exta.l.i.& Inst.de hær.ab intest.§.admonendi Intestati igitur patris bonorum possessio datur liberis, non tantum his, qui in potestate parentis usque in mortis tempus fuerunt: sed etiam emancipatis.ꝭ.eod.l.i.in fi.&.C. qui ad bono.poss.l.ij. & Inst.de hære.ab intest.§. emãcipati. Ordo succ.

De suis & legitimis hæredibus.

Quæ sit succesSio de iure prætorio multis tit.hucusq; iurisconsultus posuit. Sed quia pauca dicturus erat de successione iuris ciuilis, ideo istam postposuit: tractat autem hic tit.de hæredibus qui ueniunt ab intestato. Intestati autem proprie appellantur, qui cum potuerunt testamentum facere, testati non sunt, uel fecerunt testamentũ, sed non iure. Aut id quod fecerant ruptum est agnatione postera uel arrogatione, aut irritũ factum est, ut per capi.dimin.testatoris. Aut si ex eo testamento nemo hæres extitit: aut per quærelam, uel contra tab. testamento recisso. His enim modis dicitur quis intestatus ut est tex.in.l.i.in prin.ꝭ eo.& Insti.de hære.ab intesta.in prin.& gl. in.l.intestatus. ff. de uerb.sig. Qui autem dicantur Sui habentur Inst.de hære.qua.& dif.§.i. Intestatis Sui.

Legitimi. Et qui legitimi, habetur Insti. de legi. agn. tut. §. i. & de leg. agn. succes. post prin. Isti ergo legitimae successioni ita locus est, si nemo ex testamento succedit. ff. de reg. iur. l. quandiu.

Ad Senatusconsultum Tertullianum.

Tertulliani senatus. Ex lege, xij. tab. mater a successione filii, & econtra, excludebatur: beneficio tamen praetoris postea sibi per unde cognati succedebant, postea autem Senatusconsulto Tertulliano, quod factum est tēporibus diui Adriani, mater ingenua habēs tres filios liberos, libertina autem quatuor, ad eorum intestatorum tristem successionem admittebatur, ad solatium liberorum amissorum. Iure autem nouissimo, mater etiam non habens nisi unum filium, ad successionē eius indistincte admittitur, agnatis exclusis, Nec debet esse deterioris conditionis ea, quae raro peperit, q̄ ea quae saepe. Sic etiam econtra, filius & nepos ueniunt ad successionem matris & auiae ab intestato ex senatusconsul. Orficiano: quod Orficio & Rufo consulibus factum est. Et habet locum etiam si filius uulgo sit quaesitus, id est, qui non habet certum patrem. Orficianū. Nisi mater fuerit illustris, tunc enim tales cum legitimis ab intestato nō ueniunt Secus in naturalibus ex licita consuetudine procreatis. ut. C. ad Orfi. l. penul. Vnde dicitur: Succedit matri filius per Orficianum. Inuidiā portans econtra Tertullianum. glo. Institu. ad Orfi. circa princ.

DIGESTVM NOVVM.

LIBER XXXIX.

Et primus huius.

De noui operis nunciatione.

HOC edicto, de opis noui nunciatione, statuitur & permittitur, ut siue iure, siue iniuria op^s nouum fieret, possit p denunciationem legitimam inhiberi. Et est hoc edictum aduersus futura opera inductum: hoc est aduersus ea quae nondum facta sunt, ne fiant. Nam si aliquod opus factum fuerit & completum, quod fieri non debuit, cessat hoc edictum de no op. nun. Et erit Opus nouū facere transeundum interdictum, quod ui aut clam, uel aliud simile. Et dicitur opus nouum facere, qui aut aedificando de nouo, aut detrahendo aliquid ex ueteri opere, pristinam faciem operis mutat. Et complectitur hoc edictum non omnia opera, sed ea sola, quae solo, id est, terrae cōiuncta sunt, Nunciatio nis causae quorum aedificatio uel demolitio uidetur opus nouum continere. Quibus autem ex causis fiat haec nuntia-

tio, habetur.j.l.i.§. nuntiatio fit. Et quæ personæ nūtient, habef.j.eo.l in prouinciali.§.fi.&.l.i.§ fi.&.l.fe.Q ui busq; personis nuntief, habef.j.eo.l.i.§ nuntiamus. Et in quibus locis nun tiatio fiat, habef.j.l.de pupillo.§.nun tiationē. Et quis effectus fit nūtiatio/ nis, scilicet ut destruaf quicquid factū est post nūtiationem: ut j.e.prætor. in prin.& plene de hoc toto ponitur in.c.ij.de no.oper.nuntiatione.

De dāno infecto, & de subgrun/ dis, & protectis.

Damnum infectum, est damnum nondum factum, sed quod futurum ueremur: ideoq; cautionem desidera/ mus interponi. Et tractat hic tit.qua liter aduersus præterita opera ruinā minantia caueaf: & quia in subgrun/ dis plerunq; hæc fiūt. ideo de his spe cialiter dicit. Et est Dānum & Dāna/ tio ab adēptione, id est, ablatione di ctum: est enim damnum quasi dimi nutio patrimonij.j.l.iij. Prouectum autem uel Proiectū illud dicif, quod ita prouehif, aut proijcitur, ut nusq̄ requiescat q̄lia sunt meniana & sub/ grunda id est, summitates ædificiorum & de hoc in.l.malū.§ i.de uerb.sig.& in.l.si uero.§ prætor.ā.de his q deie. uel effu.& in.l. si duo.§. uideamus.& §. Labeo.j.uti pos.

Dānū

Proie ctum.

De aqua pluuia arcenda.

Q uidam libri habent rubricā, De aqua, & aqua pluuia arcenda: & ita Rogerius scripsit.j.eo. si prius in pri. ubi tractaf de alia aqua, q̄ pluuiali, quādo, quib⁹, & a quibus, & qualiter sit pcedēda, habef in ea.l.si prius.usq; in fi.& in.l.in pcedendo.&.l.in diez. Item qui possint experiri hac actione aquæ pluuialis arcendæ, & contra quos, & quod sit iudicis officium, ha betur.j.eo.l.supra iter.§.Cassius.usq; in fi.legis. Si igif alicui aqua pluuia dānū dabit, id est, dare poterit auerte tur aqua ista actione aquæ pluuiæ ar cēdæ. Et dicimus Aquā pluuiā, q̄ de cœlo cadit quandoq;, in hyeme, uel æstate, atque imbre excrescit, siue per se hæc aqua cœlestis nocere possit, si ue cum alia mista sit.

Aqua plu/ uia.

De publicanis, & uectigalibus.

Titulus hic prouidet aduersus dā na & illicitas extorsiones factas a pu blicanis. Sunt autē Publicani, qui pu/ blico fruunf. id est, eo quod publicū est. ut est portus, et salina Nā inde no men hn̄t, siue fisco uectigal pēdāt, id est, tanq̄ procuratores colligant: uel etiā tributū iure ꝓprio, & ad suū cō/ modum ꝯsequātur. Et oēs qui aliqd a fisco, uel aliqua ciuitate pducūt, re/ cte appellanf publicani. Sed est dria inter Vectigal, & Tributū. Vectigal.n. est, quod præstaf ex rebus q̄ uehunf: & inde nomē assumpsit. Et est octa/ ua portio eius mercedis, q̄ uehitur, cui⁹ nomine est præstādū.C. de uec. & cōmis.l.uniuersi.&.l.ex præstatio ne. Sed Tributum, siue Annona, uel publica functio, siue pensatio præsta tur ratione soli, & a possidentibus: & dicif etiā Census: ut no.C. sine censu & reli.l.ij.& fi.&.C.de anno. & tri/ bu.l.i.&.ij.C.de exac.trib.l.in fiscali bus. Si itaq; publicanus, aut ei⁹ fami lia ui aliquid ademerit, si id restituū non erit quandocunque petēte actio re intra annū in duplū, post annum uero in simplum actio daf. Q ui autē uectigal nō soluit, s3 supprimit, & oc cultat merces, quarum est uectigal

Publi cani.

Vecti gal.

præstandum, statim fit commissio omnium rerum, id est, in pœnas res omnes sunt applicatæ fisco. Nam ex fraudati uectigalis crimie tota merx fisco cōmittitur, & in pœnam sibi cedit. Et quod Commissum est statim definit eius esse, qui crimen cōmisit. Et competit etiam contra eius hæredem commissi persecutio, quam habet fiscus. l. commissa. & l. fraudati. ȷ. eod.

Commissum.

De donationibus.

Sicut donantium uoluntates diuersæ sunt, ita & Donationes inter se differunt. Dat enim aliquis quandoque ea mente, ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reuerti: & propter nullam aliam causam facit, q̄ ut liberalitatem, & munificētiam exerceat donator. Et hæc proprie Donatio appellatur, de qua hic. Et ista nihil aliud est, q̄ liberalitas quædam, quæ nullo iure cogente cōceditur: ut in. l. donare. ȷ. de reg. iur. Aliquando aliquis dat, ut demum tunc accipientis fiat, cum istud secutum est, cuius intuitu donat. Et hæc non proprie donatio appellatur, sed est Donatio sub conditione, uel modo. Aliquando quis ea mente dat, ut statim fiat quidem accipientis: sed si conualuerit, uelit, id ad se conuerti: hæc etiam non proprie dicitur donatio, sed appellat Donatio quæ sub conditione resoluitur. Donatio autē prima ista principalis est, & appellatur inter uiuos, eo quia nullo mortis intuitu fit. Et perficitur cū donator suam uoluntatem scriptis, aut sine scriptis, id est, nudo consensu manifestauerit. Et talis donatio semel facta nō potest faciliter, id est, sine causa, reuocari. Insti. de dona. §. aliæ autem. Et dicitur donatio a dono, quasi doni datio. l. Senatus. §. i. ȷ. tit. proxi.

Donatio sub cōditione ul mō

De mortis causa donationibus & capionibus.

Mortis causa donatio est, cū quis se habere mauu't, q̄ eum cui donat: magisq; eum cui donat, q̄ hæredem suum. Sic & apud Homerum, Thelemachus donat Pyrrho. Et in effectu dicitur mortis causa donatio, quandocunq; in donatione habetur mentio, uel suspicio mortis. Et tribus modis reuocatur talis donatio: scilicet, per bonam ualetudinem superueniētem, per pœnitentiam donatoris & si donatarius suo donatori præmoriatur. Et talis donatio causa mortis æquiparatur legato. In quibus autem differat a legato ponit glo. Inst. de don. §. i. Mortis autem causa capimus non solum cum quis suæ mortis causa donet nobis: sed etiā si propter alterius mortem id efficiat: uelu ti si quis filio uel fratre moriente donet Meuio, ea conditione, si conualuerit is, cuius intuitu donatur, reddat sibi res: si decesserit, maneat apud Meuium. Nā quicquid propter alterius mortem nobis obuenit, mortis causa ceditur. Et possunt omnes mortis causa capere, qui legata accipere pñt.

LIBER XL.

Et secundus huius.

De manumissionibus.

De libertatibus tractaturus Iurisconsultus, præmittit titulum generalem de manumissionibus. Est autem Manumissio

datio libertatis. Nam quãdiu aliquis in seruitute est, manui, id est, potestati alienæ suppositus est: hic Manumissus dicit q è manu, id est potestate domini dimittitur: liberatur enim seruus manumissus a potestate dominica. Sicut enim per captiuitatem de iure gentium captiui manucapiebãtur & fiebant serui hostium, ac eo modo seruitus introducta fuit: ut Inst. de iur. per. § ser. & ob hoc etiam Mancipia dicti, quasi manucapta: ut ibi. Ita & Manumissus dicitur libertus. qui olim seruus fuit, nunc autem ex manu, id est, dñica ptãte liberatus.

Manumissus.

Mancipiũ

De manumissis uindicta.

Iurisconsultus post generalem materiam manumissionis incipit dicere per species de eadem. Multis autem modis quis manumittitur: aliquando enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis, scilicet sub aspectu populi & antistitis, id est, episcopi, & interueniente quacunque scriptura loco actorum. C. de his qui in ecc. ma. l. i. & .ij. Aliquando quis manumittitur uindicta, id est, causa cognita coram prætore, ob quam manumissio fit. Et dicitur ideo uindicta fieri, quia Vindicius quidã seruus Vitelliorum, qui prodidit filios Bruti consulis Romani tractantes de intromittendis filijs Tarquinij, & de proditione patriæ, in remunerationem meriti cognita iustitiæ & dignitatis causa, ita manumissus fuit. ut in. l. secunda. §. initium. ff. de. ori. iur. & glo. Insti. qui manu. non pos §. eadem. Sunt & alij modi manumittendi, de quibus Insti. de lib §. multis autem modis. & C. pro qui. cau. ser. pro præmio. & C. cõia de manumis. l. fi.

Vindicius.

De manumissionibus quæ seruis ad uniuersitatem pertinentibus imponuntur.

Omnia collegia licita, id est, lege uel senatusconsulto, uel constitutione approbata, habent potestatẽ manumittendi seruos suos: & eisdem manumissis, & libertis effectis iure patronatus succedunt: legitimam quoq; eorum uendicabunt hæreditatem: & de hoc etiam supra de liber. uniuer. l. i.

De manumissis testa mento.

Qui testamento liber esse iussus est ita demum fit liber, si testamentũ ualeat, & ex eo adita sit hæreditas: uel si quis omissa causa testamenti in fraudem ab intestato possideat hæreditatem. Et si libertas datur testamẽto pure, statim postq̃ adita fuerit hæreditas competit: etiam si ab uno ex hæredibus solum adita fuerit. Si autem libertas data est in diem, id est, ex die, aut sub conditione, tunc competit libertas cum dies euenerit, uel cõditio extiterit. Ad tempus autem libertas dari non potest. Et dicit hæc libertas Directa: quia directe uim & effectum capit ab ipso testatore. Alia est fideicommissaria, de qua. j. tit. i.

Libertas.

De fideicommissarijs libertatibus.

Libertas fideicõmissaria est, quæ non directe ex uerbis testatoris competit: sed quia testator fidei hæredis sui commisit, ut seruum unum, uel plures, post mortem suam libertate donaret: & erit talis seruus libertus hæredis, non testatoris: & appellat Fideicommissaria, quia fidei hæredis commissa est. Et quibus uerbis fiat, habet Inst. de sing. re. p fideicõ. re. §. fi.

De ademptione libertatis.

Libertas aliquādo lege adimitur, id est, semel data reuocatur: quod fit: in seruo de adulterio cum domina cōmisso accusato: ut Insti. de hæred. instit. §. seruum. Item in seruo qui seruatur intra sexaginta dies ob quæstiones adulterijs ut. j. qui & a quibus. l. prospexit. &. C. de adul. l. uerba Itē in casu. l. lege fauia. &. l. seruus. ō. de manu. & hoc ex persona serui. Ex persona etiam domini quandoque prohibet lex, & tunc idem: ut. j. qui & a quibus. l. quæsitum. &. ō de manu. l. qui pœnæ: tunc libertas dicitur haberi pro non data: aut perinde obseruatur, ac si postea a testatore adempta esset.

De statu liberis.

Statu liber est, qui statutam & destinatam in tempus, uel in conditionem, habet libertatem. Fiunt autem statu liberi uel conditione expressa: ut si sit relicta libertas, si nauis uenerit ex Asia: uel alia similis. Fit aliquando ui ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur: nam dum incertum est, an creditor iure suo utatur, interim statu liberi sunt: quia fraus cū effectu in. l. Aelia Sētia interuenit. Statu liber.

Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.

Licet Manumissio datio sit libertatis, tamen quandoque contingit, aliquem ad libertatem peruenire sine manumissione, sed alias ex dispositione legis ut contingit in seruo, qui uenditus est ea conditione, ut intra certum tempus manumitteretur. Nam si etiam uenditor & emptor sine hærede decesserint: nihilominus seruo libertas competit, etiam si prius uenditor uoluntatem suam mutasset. Item contingit in seruo languenti, quē ob grauem infirmitatem dominus pro derelicto habuit. Item in eo, qui necem domini detexit, & ob hoc præmium libertatis consequitur: talis enim fit Orcinus libertus, id est, directo manumissus: ut Insti. de sing. re. per fideicō. rel. §. libertas. & in alijs casibus hoc tit. contentis. Orcinus libert⁹.

Qui, & a quibus manumissi liberi non fiunt, & ad legem Aeliam Sentiam.

Lege Aelia Sentia non potest quis manumittere seruum in fraudem creditorum, nisi sit testator, qui in defectum aliorum hæredū potest etiam in præiudicium creditorum unum ex seruis suis cum libertate hæredem instituere: cuius nomine bona defuncti uendanť, & creditoribus satisfiat: quod ideo permissum est, ut bona defuncti non lacerentur per creditores, & iniuria afficiatur defunctus. Et ad hoc ut dicta libertas data in testamento dicatur tendere in præiudicium creditorum, & non uakat, duo requiruntur, Fraus scilicet & Consilium: de qua institu. eod. §. in fraudem. Et olim minor uiginti annis non poterat seruo dare libertatem, obstante lege Aelia Sentia, nisi ex iustis, & approbatis causis. Hodie autem sufficit compleuisse decimum septimum annū, attigisse decimum octauum, ut quis possit seruis dare libertatem in ultima uoluntate &c. Lex Aelia Sētia.

De iure aureorum anulorum.

Qui ius aureorum anulorum impetrauit, habetur & reputatur ut inge

nuus:& dicit ista quasi ingenuitas: Olim enim liberti non poterant, deferre anulos nisi hoc a principe impetraretur:fuit enim delatio anulorum signum ingenuitatis & libertatis: & ob hoc soli liberi homines aureos deferebant anulos. Qui ergo liberti scientibus & consentientibus patronis ius anulorum impetrauerant, habebantur pro ingenuis quo ad multa: primo ut habeat tutorem ingenuum, quod alias non haberet·ut.ff.de excu. tu.l. cum ex oratione. Item quo ad honores,ut. C.ad leg uiscel.l.i. Item contrahit matrimonia cum nobilibus:ut.ff. de oper.lib.l.iij. in prin.In multis autem alijs reputatur ut libertus,de quibus gl in.l. penul.ff.eo.Hodie autē omnes liberti de iure nouissimo sunt ferè ingenui:ut in Autē.ut lib.de cæt aur.non ege.an.§ i.col.v.

Anulorum delatio,& ipetratio.

De natalibus restituendis.

Interdum etiam si serui nati sunt ex post facto, nihilominus iuris interuentu ingenui fiunt. Nam si libertinus a principe natalibus suis restitutus fuerit, id est, ad ea iura, in quibus in initio omnes homines de iure naturali fuerunt,non in quibus ipse libertus nascitur: seruus enim natus est:& ideo iure naturali priuatus est per restitutionem autem principis super natalibus factis perinde habetur,ac si ingenuus natus eēt:nec patronus eius potest ad successionem uenire. Et ob hoc imperatores nō solent aliquem facile natalibus restituere,nisi consentiente patrono, cui per hoc fit iniuria. Impetrato enim tali beneficio ius patroni adimitur.

De liberali causa.

Quibus modis præstanda sit libertas, per multos tit.hactenus uidimus:nunc quomodo in libertate quis se defendat:quod fit per causam liberalem,id est,super libertate institutā. Siue quis in libertatem proclamat ex seruitute, siue in seruitutem petatur ex libertate. puta quia dicit dominus aliquem, qui se pro libero gerit, esse seruum suum,& petit eum sibi seruire,ac etiam seruitia præstare quæ serui præstant dominis suis:uel ecōtra, ipse seruus si est in quasi possessione libertatis dicet, quod indebite & iniuste eum teneo pro seruo, & tanquam seruum,cum seruus non sit,sed liber: & ideo petit se pronuntiare liberum, & mihi silentium imponi,neque eū: amplius inquietari:uel si de facto mihi seruit, petit se eximi de quasi possessione seruitutis. Et appellantur tales actiones pro liberali causa actiones præiudiciales in rem, de quibus Insti.de act.§.præiudiciales.

Causa liberalis.

Quibus ad libertatē pclamare nō lz.

Qui se passi sunt uenundari,interuenietibus quæ debēt interuenire,ad libertatē proclamādi licētia denegat. Sz si quis minor.xx.annis,etiā ex cā supra scripta,uel si maior sine causis supra scriptis se uenundari passus,sit ad libertatē pclamare lz. Et ptinēt ista senatusconsulta etiā ad eos qui ex mulieribus,quæ se passæ sunt uenire(id est,uēdi)nascunt. Nā sicut ei mulieri, quæ maior annis uiginti se uenire passa est,ad libertatē proclamādi licētia denegat: ita nec is quoq; qui ex ea nati tēpore eius seruitutis erūt. Itē descendētes de familijs latronū phibent ad libertatē pclamare, si dñs imperator uel procurator fisci fecerit eos seruos per suum decretum.C.eod.l.i.

Si libertus, ingenuus esse dicatur.

Actio patroni cōtra libertū. Si libertus alicuius alio agente, qui eum ad libertatem uocat, ingenuus pronuntiatus esse dicatur, potest patronus eius eum uocare: in suum libertum, sine ulla præscriptione temporis: & erit modus agendi talis, quia petit patronus eum iustū esse suum libertum, & sibi debitam reuerentiam exhiberi ab eo, & præstare ea q̄ solent liberti præstare patronis suis. Et ecōtra, si libertus petet pronūtiari se ingenuū, tunc si patronus est in q̄si possessione libertinitatis, ppo Libri ꝑtra patronum. nit libertus qualiter detinet, & reputatur a tali indebite, & iniuste pro suo liberto: & ideo petit se declarari ingenuū. Sed si libertus est in quasi possessione ingenuitatis, quia nunquam præstitit seruitia: proponet, quòd est in possessione ingenuitatis, & quòd ipsum turbo & inquieto in dicta sua quasi possessione. Quare petet se pronūtiari esse ingenuum & mihi silentium perpetuum imponi debere, ne eum de cætero inquietet.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.

Quinquennialis præscriptio. Neq; fisci, neq; priuati nomine post quinquennium quærere licet de statu, id est, conditione defunctorum: qui tempore mortis erant bona fide in possessione libertatis. Qui ergo peculium alicuius, uel suos posteros sibi tanquam domino adiudicare debere prætendit, debet hoc facere intra quinquennium a tempore mortis: alioquin quæstio libertatis, quæ infertur filiis propter patris uel matris memoriam, nihil efficit ꝑpter præscriptionem quinq; annorum, quæ statum defunctorum tuetur: habita tamen distinctione, utrum in meliorem conditionem q̄ erat ipse defunctus tempore mortis: an in deteriorem, quasi retractare uelit statū defuncti: de quo. C. de oper. lib l. quod ex. & l. si tuis & l. mater tua Et est hic casus quo procedit præscriptio sine possessione secundum Azo.

De collusione detegenda.

Quia in iudicio liberalis causæ si aliquādo collusio fit, ut quia domini ex nimia sua indulgentia patiantur seruos suos ingenuitatem proclamare, & iudicari pro liberis, ut sic quasi ingenui quandoque senatores creentur, & propterea dominus habiturus esset lucrum, & per tales ita degeneres inquinaretur amplissimus ordo senatorum uel consimilium in dignitate positorum, ad quam isti iudicati ingenui eligerentur: ideo senatusconsultum factum est Domitiani temporibus, quo cauetur quod si quis probaret collusionem esse factam, q̄ iste homo, de cuius conditione est collusum, fieret seruus illius qui collusionem detegeret. ſ. l. j. Si autē erat libertus, fiat libertus eius qui detexit. ff. de in ius uo. l. adoptiuū §. patroni. Est autem Collusio sinistra, Collusio. subdola, & fraudulenta machinatio, seu prætentio quo aliquid simulatur quod in ueritate nō est: uel quo iusta actio alicui cōpetens remittit̄ uł sub ticetur. Et potest collusio detegi, id est, reuelari, intra quinquēnium continuum post sententiam ingenuitatis: sed medio tempore, id est, post sententiam super ingenuitate latam & antequā collusio detegetur, quasi ingenuus talis reputatur. & habetur. ſ. eo. l. pen. Est & alia Collusio quæ fit per

fit per procuratores & aduocatos causarum, qui se superari in lite patiuntur. Sed & per principales personas similiter fit in crimininibus: de qua collusione, uel præuaricatione dicetur. j. de præua. ubi & pœna eius ponitur.

LIBER XLI.

Et tertius huius.

De acquirendo rerum dominio.

Hic titulus generalis est ad omnem acquisitionem rerum, quarum quinq; sunt genera: ut Insti de re. diui. in princ. Quarundam enim rerum dominium mancipiscimur iure gentium, quod naturali ratione inter homines æqualiter seruatur: ut Insti. de iure natu. §. quod uero. Inde dicimus, quod illud quod nullius in bonis est, & tamē esse potest, id ratione naturali occupanti cōcedi tur. Omnia igitur animalia, quæ in terra, mari, & aere capiuntur: id est, feræ bestiæ, uolucres, & pisces, capiētiū fiunt. Insti. de diui. §. feræ. Quarūdam rerum dominium acquirimus iure ciuili, id est iure proprio ciuitatis nostræ, scilicet Romanæ: ut est per usucapionem, præscriptionem, arrogationem, monachationem, deportationem, testamentum, successionem, bonorum possessionem, hæreditatis aditionem, de quibus singulis suis locis tractatur.

Acq̄sitio de iure gen- tiū.

Acq̄sitio iuris ciuilis.

De acquirenda uel amittenda possessione.

Qualiter iure gentium acquiritur dominium expeditū est. §. tit. prox. nūc qualiter iure ciuili, id est, per usucapionē. Sed quia possessionis causa eiusq; notitia pertinet ad usucapiones, & ad præscriptiones, quæ non procedunt sine præambula possessione: ut. j. tit. j. sine possessione. ideo de ea præmittit Iurisconsultus: & imprimitur hic titulus uiceuersa in Codice, scilicet acquirenda, & retinenda possessione: hic de amittenda: quod non multum est curandum. licet enī diuersa sint uerba: sensus tamen est idem: cum enim intitulatur de amittenda possessione: ergo & de retinenda: id est, quousq; retineatur: tandiu enim retinetur quandiu non amittitur. Est autem Possessio ius quoddam quo quis rem corporalem uere, uel interpretatiue, sibi habeat. Vel aliter: Possessio est corporalis rei retentio, corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente. De corporali ideo dixi, quia incorporalia proprie non possidentur. j. e. l. iij. in prin. Dicitur Corporis, & animi, propter id quod est. j. l. iij. Iuris adminiculo, ideo, quia ius operatur in acquirenda & retinenda possessione: quia quandoq; possessio habet plurimum iuris, quandoque multum, quandoque parum. j. e. l. possessione. gl. in. c. cum nostris. de conces. præben. Vel dicitur ideo Iuris adminiculo: ad hoc enim quod sit iusta possessio, requiritur quod non sit improbata iure ut in re sacra, & simili. j. l. qui uniuersas. § j. Dicitur Possessio detentio, quia naturaliter tenetur ab eo qui insistit ei. Est enim appellata Possessio, quasi pedū positio, ut ait Labeo. j. l. j in pri. Sed quod dixi de corpore, non est intelligendum, quod semper sit necessarium corpore uel pedibus rei insistere. Sufficit enī uisus oculorum, uel animi affectus, cum tradentis uoluntate ad acquirē dā possessionem. j. eo. l. quod meo. &

Possessio.

l.i.§.pe.Et hæc talis possessio, quã qs corpore, uel oculis, & animi affectu adipiscit, Nãlis est.ĵ.e.l.i.ĩ pri.id ē de iure naturali secundario, quod Gentium appellatur. Et hæc eadem possessio Naturalis, Ciuilis dici potest approbatiõe iuris ciuilis ar.de ueib. sig.l.lege.& de ori.iur.l ij.in pri.Q ua re proprie non sunt duæ possessiones, uel proprietates duarum possessionum, immo est una, inducta iure gentium, & approbata iure ciuili: ubi autem quis de prædió egreditur, nec est in conspectu. lex dicit retineri possessionem.C. eod.l.licet. intelligunt quidam ciuilem. Sed dominus Azo dicit semper retineri nãlē, q̃ uere dici põt ciuilis qa iuris ciuilis auctoritate retinet. Si autem me absente quis ingreditur meum prædium (quod possideo, iuris ciuilis auctoritate, ut dictũ est) ingressus habet naturalem de iure naturali, licet. Clandestinam si putauit, uel debuit putare sese prohibendum.ĵ.eo.l.clam possideri §.j. qui ad nũdinas.& illam naturalem etiam de iure naturali interpretatur lex retineri solo animo, sicut in Fructuario dicitur, quia ei reuertēti si nõ admittatur, datur interdictũ unde ui .ĵ.de ui & ui ar.l.iij.§.uij ui. Possidet ergo uterque, unus naturaliter, alius ciuiliter. Sic enim distinguuntur iura possessionis.ĵ.de ui & ui ar.l.j.§.deijcitur.& uti pos.l.si duo.& de precar. l.& habet.§.eum. Nam siue aliquis sit in re, siue non sit in re, rem tamen uideat, nihilominus dicitur possidere naturaliter. Nam & naturalem acquirit propter uisum.d.l.quod meo. §.si uenditorem.ergo multomagis retinet. Ciuiliter autem dicitur possidere quis, cũ nec est in re, nec res ē in ꝯspectu. Eo aũt mõ q̃ possessio acqritur. eodem etiam amittitur, id est, corpore & animo.l.nihil tam naturale ĵ de regulis iuris.

Nãlis

Ciuilis.

Clandestina.

De usucapionibus, & usurpationibus.

Vsucapio est effectus possessionis ut in.l.siue possidetis.ĵ.e. Et est introducta ad utilitatem omnium contra communem æquitatem naturalem. Cum enim de iure naturali nemo locupletari debeat cum alterius damno uel iniuria, ut in.l.nam natura.ff.de cõdi.inde. Nihilominus introducta est usucapio, ne rerum dominia diu, & fere semper incerta essent: & in odium negligentium, quibus sufficere debet ad inquirendas res suas spatiũ tēporis a iure statuti, quod habetur Insti.eod.in princi. Vt ergo aliquis esset finis litiũ: introduxerunt iura usucapionem. Est autem Vsucapio acquisitio uel adiectio dominii, per continuationem possessionis: quæ possessio est habita bona fide, & iusto titulo a tempore cõtinuo a lege diffinito: ut in.l.iij. ĵ.e. Vsurpatio autem in hoc titulo est usucapiõis interruptio.ĵ.e.l naturaliter. Et interrumpitur possessio rei immobilis cuꝫ quis de possessione ui deijcitur, uel alicui res mobilis eripitur: & quomodocũque desinit possidere, interrumpitur naturaliter possessio. Aliter auteꝫ capitur Vsurpatio apud oratores, qui dicunt usurpationem esse frequentem usum, ut in l.ij.ĵ.eod. Quis autem possit usucapere, & quæ res possit usucapi, & quanto tempore, ponitur in lege.iiij. ĵ.eod.

Vsurpatio

Pro soluto.

Pro soluto usucapit, qui rem debiti causa recipit. Et non tantum illud quod debetur, sed & quodlibet pro debito solutum uoleri creditori:hoc tit.usucapi potest. Si igitur aliquid detur ex stipulato, uel ex aliquo contractu innominato, illud usucapitur tantum titulo pro soluto. Si autem ex Titulo numeretur, ut ex causa legati, uel simili, tunc usucapitur eodem tit. & etiam tit. pro soluto.

Pro emptore.

Pro emptore possidet, qui re uera emit:nec sufficit tantum in ea opinione esse, ut putet se pro emptore possidere:sed etiam debet subesse causa emptionis, uel saltem iustissimus error.j.eod.l. quod uulgo. Et in usucapione pro emptore duobus temporibus inspicitur bona fides. Item oportet q̧ emptio sit pura:ut.j.eod. l.ij.§.ij.Item non usucapitur pro emptore res illa, quam dederis mihi in solutum pro ea quam emii, ut.j.eod. l.ij.§.cum Stichum. Quādoque tamē usucapitur pro emptore quod non est emptum:ut ecce fundus est emptus & ampliores fines possessi sunt, totum enim lōgo tempore capitur: quia uniuersitas eius possidetur, non singulæ partes.j.eo.l.ij.§. sed si fundus.& hoc si possessi sunt bona fide, cum crederet uendentis esse:secus si ipse adijceret partem alterius fundi empto fundo, sciens non contineri cum empto.j.eod.l.qui fundum.§.i.

Pro herede.

Vsucapere hære/de. Aliter accipitur hic, & aliter.§. de petit. hære. titulus pro hærede. Hic enim uere, alibi falso hæredes dicuntur. Et ille usucapit pro hærede qui possidet rem quam & defunctus usucapiebat pro emptore, ut sic duobus modis possideat, quod esse potest.§. de acqui.pos.l.iii.§. ex plurimis. Item ille qui apud defunctum rem uitiosam, non purgatam uitio, possidet pro hærede:ut.§.de usucap.l.ubi.§.i. Item ille qui iustissime errat, ut.§. de usucap.l.non solum.§.i.Item ille qui tenet rem, in qua defunctus carebat titulo:tenebat tamen pro suo, & bona fide:ut.j.eod.tit.l. plerique. Et hoc si est extraneus, quia usucapio pro hærede, non habet locum in suis hæredibus:quia sui hæredes titulum habere non uidentur. nepote cum uiuo etiam patre domini quodam modo æstimetur.j.l.ij.§ filium.& C.eod.l.si nihil:Licet si pater inchoasset aliquam rem pro hærede usucapere, etiam ipsi perficere possent. Item non habet locum, nisi ubi quis uere est hæres. Hinc est, quòd si institutus hæres nō habet factionem testamenti, non usucapit pro hærede.j.eo.l. ulti.

Pro donato.

Pro donato ille usucapit, cui donationis causa res a non domino tradita est: alias si dominus donasset, fieret accipiens statim etiam dominus. Nec sufficit opinari, sed oportet esse uere donatum, adhoc ut usucapio procedat. Item exigitur, q̧ donatio teneat de iure. Si enim pater suo filiofamil. donauerit, & postea decedat, filius pro donato non usucapiet: quia ratione patriæ potestatis donatio fuit nulla.j.eod.l.i.i.respō. Et. §.i.&.§.pro hære.l.ij.§. filiū. Et nisi hæres ratam habeat donationem illam infra eod. lege si pater. Sed ubi hæres ratā non habeat filius

forte usucapiet pro quasi legato, tacite confirmata donatione.

Pro derelicto.

Quod pro derelicto habetur, instar donationis est.j. de stip.ser.l. quod seruus.& dicit pro derelicto haberi, quod dominus ea mente abiecerit, ut id in numero rerum suarum amplius esse nollet. Insti. de re.diui. §.fin. Si igitur res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit & occupātis statim fit: quia eisdem modis res desinunt esse nostræ, quibus acquiruntur. Acquiruntur autem occupatione, ut.s.de acq.re. dom.ideo
Occupatio per deoccupationem amittuntur.j. de reg.iur.l.nihil.&.l.fere quibuscunque. Et isto modo non habet locum usucapio pro derelicto, quia statim res fit occupantis: ex quo erat derelinquentis. Sed si a non domino aliquid pro derelicto habitum est, aut haberi putamus a uero domino, possumus id usucapere, etiam si ignoramus à quo derelictum fuerit.

Pro legato.

Legatorum nomine is uidetur possidere, cui legatum est a non domino. Pro legatuo enim possessio & usucapio nulli alii, quàm ei cui legatum est, cōpetit. Et nemo potest legatorū nomine usucapere, nisi ille cū quo testamēti factio ē passiue, id est cui pōt, aliquid in testamento relinqui: quia possessio legatorum ex iure testamenti proficiscitur.

Pro dote.

Iustissimus titulus usucapionis est, qui appellatur Pro dote: ut qui in dotem rem alienam accipiat, usucapere possit spatio solenni, quod habetur in.l.una.C.eod.id est, eo tēpore, quo solent, qui pro emptore usucapiunt. Nec est cura, utrum singulariter per se tantum res illæ alienæ fuerint datæ in dotem: an pariter uniuersæ res mulieris in dotem dentur, id est, quando ille qui dotem cōstituit, inter cæteras res quasdam alienas dedit: tunc enim pro alienis competit titulus pro dote, quando uidelicet matrimoniū contractum tenet. Nam si cesset matrimonium, cessat etiam usucapio: quia nulla est dos sine matrimonio. Hæc tamē usucapio pro dote procedit cum distinctione, an res fuerit tradita æstimata, uel inæstimata: ut, C.e.l.una.

Pro suo.

Est species quædam possessionis quæ uocatur Pro suo. Et hoc modo possidemus omnia quæ mari, terra, aere capimus, aut quæ alluuione fluminum nostra fiūt. Item quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus: ueluti partum hæreditariæ aut emptæ ancillæ pro nostro possidemus. Siliter fructus nāles rei emptæ, aut donatæ aut q̄ in hæreditate iuuēte ē. Et dicit Pro suo tribus modis. Primo stricte, qñ deficit alius titulus, ut hic, Secundo largius, quando concurrit cum quolibet alio titulo pro soluto, qui est generalior aliis ut.j.eo.l.hominem. Tertio largissime, ut quæcūq; pro se posidet. ut.j. eod.l.ij & tunc dicitur ad differentiā creditorum, & similium, qui non p suo possident. Et hoc tertio modo non est titulus usucapionem pariens quia iam quilibet possessor, etiam malæfidei, etiam sine titulo usucape

perit. In mā aūt nostra ꝑ suo possessio talis est, cū dominū nobis acquiri putamus, & ex ea cā posside m⁹ ex q̄ acquiri solet: ut, si tuum seruuꝫ, credens non mansuetum, cepi: uel tuam gemmam, credens nullius, in litore inuenio. Item ubicunq; est iusta causa usucapiēdi, & deficit alius titulus, datur pro suo: ut. j. eod. l. fin.

LIBER XLII. Et IIII. huius.

De re iudicata, & de effectu sententiarū: & de interlocutionib⁹ iudicū.

Viso quomodo res acquirant per præscriptionē, uidēdum est quomodo aliter, ciuiliter scilicet, per sententias iudicum: Est autem Res iudicata, quæ finem controuersiaꝝ pnuntiatione iudicis accipit quod uel cōdēnatione, uel absolutione contingit. j. eod. l. j. Est autem auctoritas rei iudicatæ maxima inter eos inter quos lata est: quia cum non sit appellatum, standum est ei omnino, id est, parendum est. Sed si appellatū sit, præsumitur cōdemnati uoluntas ꝙ uelit sententiæ parere. C. eo. l. i. in prin. & l. ad solutionem. In casibus tamen receditur a sententia propter æquitatē superuenientis casus. Item est auctoritas rei iudicatæ, ut non rescindatur prætextu computationis, uel calculi. C. e. l. ij. nisi error calculi exprimatur in sentētia: ut si iudex ita pnuntiaue rit: cum constet Titium Seio ex illa specie quinquaginta, & ex illa specie. xxv. debere, idcirco Titiū Seio in centum condemno. j. quæ sen. si ne ap. re. Item non rescinditur res iudicata prætextu nouorum instrumētorum. C. e. l. sub specie. Est auctoritas rei iudicatæ: qa ex ea indulget actori actio de re iudicata, uel in factum. j. e. l. miles. §. ult. & C. de rebus cre. l. actori. Interlocutiones autem non obtinēt uicem rei iudicatæ, nec enim omnis uox iudicis iudicati continet auctoritatem. C. de sen. & inter. l. ex stipulatione. & l. post sententiā. Est autem Sententia interlocutoria semiplena sententia, quæ profertur inter principium causæ & finē super emergētibus negotiis. Vel profertur loquendo inter partes sine scripturæ solennitate; puta si iudex iusserit, ut is cōtra quem testes producēdi sunt in alia prouincia, illuc pergat, procuratorē ue mittat. C. de fide instru. l. iudicis. De tribus speciebus sentētiæ est glo. ij. q. i. in summa & glos. cle. una. de sequestr. pos.

Res iudicata

Auctoritas.

Sententia interlocutoria.

De confessis.

De uere condemnatis dictum est: sequitur ut uideamus de quasi condēnatis, id est, de confessis. Ista rubrica locum habet post litem contest. sed edictum de interro. act. locum habet ante litem contest. Est autem in hac materia regula talis. Confessus in iure contra se, quod ius & natura non respuit, uel certam speciem uel quantitatem se debere, uel factum, cuius nomine cum alio possit esse actio, uel rem meā esse, pro indicato habetur. Confessio uero extra iudicium plene non præiudicat alicui, nisi habeat ipse uiꝫ pacti, puta, quia facta est præ cum causa certa expressa. Et habetur confessus ꝑ iudicato, nisi errauerit in facto. j. e. l. nō fatetur. cuius probationem inducere potest usq; ad sententiam. C. de iur. & fac. ign. l. er

Cōfessio qn̄ præiudicat.

ror. Ante litē uero ꝯtest. si quis ꝯfitetur in iure, id est, ante magistratū uel iudicem, in præiudiciū suū, & uelic, facilius ꝯsequitur ueniam. ff. de inter. act. l. de ætate. §. qui iusto. Et est effectus ꝯfessionis, quia in ꝯfessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condēnando. ff. ad leg. aquil. l. proinde. §. ulti. Vnde & ꝯfesso statim currunt tempora quatuor mensium. j. eo. l. certum. §. ul. & l. si confessus. j. de cust. & exhib. re.

De cessione bonorum.

Condēnati & cōfessi si satisfacere non possunt, in carcerē solēt detrudi. ar. C. e. l. i. & si. cuius timore fit cessio bonorum. Est autem Cedere bonis, bona dimittere, & deserere creditorū improbitati & instātiæ. Cedēs autem bonis ante omnia debitū agnoscere debet, alias nō auditur inuito creditore, qui habet probationes in prōptu. j. eo. l. pen. Effectus autē cessionis est, ut excusso debitore, quatenus patitur substātia, usq; ad ultimū quadrantem, nec quicquā ei relinqui debet secundū glo. & Bar. j. eo. l. pen. præterq̄ uilis uestis, ne sit carne nudus: quia tales uestes ad tegendū carnē etiam dānatis ad mortē relinquuntur. l. diuus j. de bon. dam. & ibi Bar. & Dyn. ergo multo fortius cedenti bonis sic dicit Cy. in. l. i. C. eod. Cedens autē bonis propter hoc non liberatur aliquo modo a debito, nec ciuiliter, nec naturali ter: quia si peruenerit ad pinguiorem fortunā, ex integro potest ꝯueniri: sed nec tunc ꝯuenitur, nisi in quātum potest facere. Institu. de act. §. si. de ducto semper ne egeat. j. de reg. iur. l. in condemnatione. de materia in c. Odoardus de solu. Est autē humanissimum remedium huius beneficij, quia iudicatus non retruditur in carcerē si cedat bonis: Nec post. xl. dies datur creditoribus dilacerandus, sicut refert Aulus Gel. contineri in. l. xii. tab.

Cedere bonis

Effectus cessionis.

Quibus ex causis in possessionē eatur.

Quomodo agatur cum uocato in ius cōparenti & ꝯdemnato supra traditū est. Si autē uocatus non uenerit, quomodo secū agetur uideamus. Mittitur enim actor in possessionem bo. ꝯtumaciter absentis, aliquando causa custodiæ ex primo decreto, aliquā do ut efficiatur dñs ex secūdo decreto. Sunt autē tres fere causæ ex quibus in possessionē mitti solet omniū bonorum. Primo rei seruandæ cā. id est, debiti, uel quantitatis. Secūdo legatorum seruādorū gratia, cū agitur personali actione ex testō pro quantitate. j. ut in pos leg. l. certa. Tertio uentris nomine, de qua. ff. si mulier uen. no. Est & quarta, ut ex Carboniano, ut. ff. de carbo. edict. Dāni etiā infecti nomine, si non caueatur, fit missio: sed non uniuersorū nomine, sed dūtaxat rei de qua timetur: ut. ff. de dam. infec. l. iij. §. i. & l. quamuis. de materia ista in. c. quoniam frequenter. §. i. in alijs, ut lite non contest. cum simil.

Missio in pos. ex quibus causis fit.

De bonis auctoritate iudicis possidendis, uel uenundandis.

Missis creditoribus in possessionem, qui hoc petere possunt, quando aliquid eis pure debetur, & absente debitore uocato ꝯtumaciter: distingue utrum ꝯueniatur actione in ꝑsonam, aut in rem. Si in personam, & est maior. xxv. annis, & compos mentis, si latitat causa fraudandi debitores, illi soli possunt possidere. & uendere aduersus quos latitauerit. Est autē Latitare turpiter se occultare, ut quitet oc

Latitare.

cursum creditorū.§.tit. proxi.l.Fulcinius.§.i.ij.&.iij.Si autem non latitat animo fraudandi, sed absens est ex quacunque causa probabili, uel non probabili:necessaria, uel uoluntaria: creditores mittuntur in possessiones bonorum omnium:& habent custodiam & obseruationem:non tamen possident, neque permittitur eis bona uendere.Item creditor non diminuit bona uescendi causa, imo tenet fructus restituere debitori, uel cōpensare.Et prodest hæc missio in possessionem facta,nedum misso,si ipse est uerus creditor,sed etiam alijs creditoribus omnibus.C. eo.l.ulti.§.i.&.j. eo.l.cū unus.post missionem autem in possessionem creditores postulant a iudice,concedi sibi uenditionem bonorum debitoris latitantis:& quanto tempore elapso debet concedi uenditio,tractat.l.ulti.§ sinautem hi qui C.eod.Si autem in rem agitur,obseruā quod ponit tex.in.§.in reali.c.quoniam frequenter.ut lite non contest.

De priuilegijs creditorum.

Inter creditores potiores sunt illi, qui acceperunt pignora,eis qui habēt personales actiones tantum: ut.C. qui pot.in pig hab.l.eos.Inter hypothecarios autem obtinet regula,Qui prior est tempore,potior est iure:nisi in casibus quos plenius prosequimur §.qui po.in pig.Inter eos autem qui habent personales actiones tantum, æstimantur priuilegia ex causa, non ex tempore.j.eo.l.priuilegia.Sic ergo erit satisfaciendum prius ei,qui habet priuilegium,q̄ qui non habet.§. quod cum eo qui in alie.po.l.iij.& de pecu.l.ex facto. §. ulti Vel si uterque sit priuilegiatus,& paria sint priuilegia,& pares tituli, ut quia ambo depositores sunt,debent concurrere: ut supra.tit.proxi.l si uenti i.§.in bon &.§.ratio.Inter creditores autē non priuilegiatos occupantis est melior conditio:hoc est, si uigilauerit ut sibi satisfiat a debitore,qui soluendo non erat,antequam bona debitoris possideantur .Nam postea q̄ bona cœperunt possideri, omnia creditorum iura paria sunt facta:ius enim ciuile uigilantibus scriptum est.§. de pecul.l. summa.& j.de his quæ in fraudem cred.l.pupillus.in.fi.Item si utroque creditore instante debitor uni uoluit gratificare,debet illud omnibus communicare,uel eadem portio singulis quæri.§.tit.proxi.l.si non.§ i.

De separationibus.

Creditores hæreditarij, item illi quibus legauit testator, possunt postulare separari bona defūcti a bonis hæredis: ut tamen primo satisfiat creditoribus hæreditarijs, q̄ legatarijs.Nisi essent legatarij quibus obligatus erat defunctus,non quibus ipse legauerit.Hæredis autem bona reseruentur creditoribus eius, adeo ut si creditores uel legatarij decepti sunt in postulatione separationis : uel si hæres postea multa lucratus est non tamen admittuntur ad bona hæredis, quia petendo separationem, ab eius persona recesserunt . Hæredi autem adeunti non datur separationis bñficiū,nisi in casu.s.cū quis adiit hæreditatē ex Tre.coactus,& nō est fidei cōmissarius cui restituat.Idē & i alio casu,cū seruus dño extitit necessarius hæres,& bona patroni nō attigit.postulabit.n separari q̄q̄ i post mortē dñi acq̄sierit,& q̄ ei a testatoē dbet.j.

cod.l.i. §.ulti. Sed si attigerit bona, cessat separatio. Si autem esset minor. xxv. annorum, posset in integrum restitui. ff. de mino. l. ait prætor. §. non solum. Est autem Separatio diuisio quædam, & segregatio unius peculij, uel patrimonii, ab alio.

Separatio.

De curatore bonis dando.

Si hæres sub cōditione institutus, nec implere conditionem uult, nec respondere, an sit aditurus, uel ne: curator bonis constituendus erit ad cōseruanda bona duntaxat, uel ad uendendum quæ sunt mora peritura. Et si graue æs alienum sit, quod ex pœna crescat: debet talis curator æs alienum soluere, alienando etiam nō peritura. Sicut cum uenter in possessione est. ff. de uētre in pos. mitten. l. i. §. item si periculum. & c. l. curator. §. i. Vel sicut pupillus hæres tutorem non habens, solet ei decerni curator. j. l. i. in fi. Adeatur ergo prætor a creditoribus, uel alijs quorū interest, propter spem successionis: isq; curatorem curatoresq; constituat ex consensu maioris partis creditorum: queque per tales curatores sic creatos acta, facta, gestaq; sunt, rata habebuntur. Datur itaque curator diuersimode: quandoque bonis defunctorum, ut hic in. l. i Quandoque absentium. C. de capt. & postl. re. l. iij. & c. ff. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. §. i. Quandoque bonis debitorum soluere nolentium. ff. eod. l. fi. & c. j. tit. proxi. l. i. Item quādoq; præsentis: ut. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. in fi. Item quandoque morbo impeditis. C. de cura. fur. l. i. Cætera genera curatorum ponit glo. j. de. mu. & bo. l. i. §. si facit. ff. de priui. credi. l. idem priuilegium. §. i.

Curator quibus detur

Quæ in fraudē creditorū facta sunt, ut in integrum restituantur.

Alienata per debitorem in fraudem creditorum, excussis bonis debitoris reuocantur, ac si alienata non essent, per actionem quæ appellatur Paulia na, a Paulo eius inuentore: ut. ff. de usur. l. uideamus. & c. j. eo. l. hac in factum. Si igitur debitor meus fraudulenter alienauit bona, nec tantum superfuit, unde mihi satisfiat, habet locū hæc actio. Et sic agere debeo primo ex cōtractu, & ipsum si cōpareat condemnari facere. uel si nō compareat, pronuntiari me in possessionem, & c. Requiruntur ergo quatuor in hac actione. Primo, quod sit debitor ex mutuo, uel simili causa. Itē quod debitū fuit efficax, & sine exceptione. Itē quod consilio, & fraude alienauit. Itē quod re tali alienata non inueniat tantum in bonis iam discussis, ut mihi satisfiat. l. i. j. eod. Nec liberatur cedendo bonis a carcere propter cōmissam fraudē in alienādo bona in fraudē creditorū: ut est tex. sing. in. l fi. §. fi. j eod. licet alias debitor cedendo bonis liberetur a pœna carceris. l. fi. C. qui bono. ced. pos. Item si quid acquirit iste debitor fraudulentus, excutitur usq; ad peram & sacculum: licet alias solum excutiatur, inquantum facere potest: ut dicit gl. in. d. l. fi. De hoc plene Institu. de act. §. item si quis in fraudem.

Pauliana.

LIBER XLIII.

Et. V. huius.

De interdictis, seu extraordinarijs actionibus, quæ pro his cōpetunt.

Qualiter de iure ciuili agatur, supra dixit. Nunc qualiter de iure prætorio, quo ple-

runque pro possessione interdicta agitur:ut Inst e.in prin. Et erat interdictum olim nihil aliud, q̃ quædam formata & solẽnis uerborum conceptio, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat: quod tunc maxime faciebat, cũ de possessione aut quasi inter aliquos contendebatur: Insti.eo.in prin. Et dicta sunt interdicta, quia inter duos redduntur: licet quidam dicant appellari ab interdicẽdo, id est, prohibendo. Insti.eo.§.sunt. Et hodie inter interdicta & actiones nulla est dr̃ia. Est ergo Interdictũ actio prætoria. Interdictorũ aũt alia sunt pdita grã iuris diuini, alia grã iuris humani. Grã iuris diuini q̃tuor sũt: De mortuo inferendo: De sepulchro ædificando: item. Ne quid fiat in loco sacro, uel immittatur: Itẽ id quod factum est, uel immissum, tollatur: ut.j.eo.l.ij.§.i.& nequid in loc.pub. l.ij.§.locorũ. Humani uero iuris causa quædam cõpetũt pp utilitatẽ priuatã quædã propter publicam: ut de locis publicis, & uiis, & fluminibus publicis.j.eo.l.i.§.quæ sunt. Propter priuatam autem utilitatem inducta sunt interdicta quædam gratia iuris sui tuendi: ut interdictũ. De lib.exhib. uel uxore exhibẽda: uel liberto. Quædam gratia officij tuendi: & est officium quod homo debet homini ex natura: ut interdictũ De lib.ho.exhib. Quædam gratia rei familiaris danf. Item quædam sunt adipiscẽdæ possessionis: ut Quorum bonorum: Quorum legatorum: & Saluianum. Alia causa retinendæ possessionis: ut, Vti possid. & Vtrobi. Alia causa recuperandæ: ut, Vnde ui. & Directum. & Vtile. Sunt & interdicta quædam duplicia: ut, Ne uis fiat ei qui mis. est in pos. Item quædam continent causas uere proprietatis: ut secundum interdictum De itinere actuq; pri. Et interdictum quod datur De aqua ex castel lo ducenda. Quædam uero obtinẽt causam quasi proprietatis: ut quæ cõpetunt pro locis sacris, religiosis & lib.exhib. Item quædam sunt Prohibitoria: quædam Restitutoria: quædam exhibitoria, & quædã Mista. Item quædã sunt Annalia: quædam perpetua: Item quædã sunt Publica, id est, cuilibet de populo cõpetentia: & sunt septem. De lib. ho.exhi. Ne quid fiat in lo.sac. Ne quid fiat in reli. Ne quid fiat in pub. Ne quid fiat in flumine uel mari, quo peius nauigetur. Item ne quid fiat in flumine, uel ripa, ut aliter aqua fluat, q̃ priori æstate. Item interdictum Vt in flu.pub. lacu, fossa, uel stagno liceat nauigare. Est & octauum populare: scilicet, Vt liceat reficere cloacas publicas, licet earum refectio principaliter ad magistratum pertineat. Priuata autem interdicta sunt uigintiocto: De mortuo inferendo, Quorum bonorum. Quorum legatorum. Vnde ui. Vti possi. Vtrobi. de tab.exhi. De.lib.exhi. De liberis educandis, Saluianum, De præcario, Ne uis fiat ei qui in pos. De loco publico fruendo, De superficiebus, De itinere actuq; priuato, De aq quotidiana & æstiua, De riuis reficiẽdis, De fonte, De cloacis priuatis reficiendis, Quod ui aut clam, De arboribus cædendis, De glande legenda, De migrando, De operis noui nuntiatione. Item interdictum fraudatoriũ, quo pupillo tutoris creditor tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit, ut fraudaref pupillus, qui conuenturus erat tutorem.j.de solu.

Margin notes: Interdictũ. — Interdicta iuris diuini — Humani — Officium — Interdicta publica. — Priuata.

l.pupilli. i. 2 responso. Sunt praeterea alia plura utilia & accessoria interdicta, quae sub praetactis directe inueniuntur. Et circa interdicta sunt notanda quatuor negatiua. Primum, quod nullũ interdictũ infamat. ĵ.de ui & ui ar.l.neque. Secundũ quod nullum proponitur solẽniter, sicut nec aliqua actio, id est cum solennitate uerborum. Unde omnia iterdicta sunt extraordinaria: Insti.eo.§.ulti. Tertium, quod in nullo interdicto habetur ratio fructuum ante lit.contest. nisi interdicto unde ui.ĵ.eo.l.interdictis.& de ui & ui ar.l.i.§.ex die. Quartum, quia nullũ redditur inter non subiectos. C eod.l.ij. Et tria possunt notari affirmatiue. Primum quia omnia interdicta personalia sunt, & tamen scripta sunt in rem, quia dantur contra quẽlibet possidentem ĵ.eo.l.i.§.pen. Item in omni interdicto habetur ratio fructuum post lit.cõtest.ĵ. eod.l.ante pe. Item loco cuiuslibet interdicti reddit actio in factum: Insti.eo.in princ.§.fi.

Circa Interdicta notãda.

Quorum bonorum.

Digniora sunt interdicta quae cõpetunt pro uniuersitate, quam pro rebus singulis: ideo de eis primo. Est autem interdictum Quorum bonorum directum, & utile, inter omnia alia interdicta solum uniuersale. Et datur Directum ei, qui est bonorum possessor: Utile uero ei, qui succedit iure ciuili ex testato, uel ab intestato. C.eod.l.i & ĵ.l.i. Sic & directa haereditatis petitio datur haeredi: Utilis autem bonorum possessori.ſ.de bono pos. haere. pe. l.i. Intentatur hoc edictum interdum contra eum qui possidet pro haerede, uel pro possessore. Est perpetuũ hoc interdictum: Et nominatur sic a primis uerbis interdicti. Verba autem interdicti haec sunt: Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro haerede aut pro possessore possides, possideres ue si nihil usucaptum esset: quodque dolo malo fecisti, ut id desineres possidere, id illi restituas: nisi incontinenti paratus sis probare res tuas: ut no.C.de edi.di.Adri.tol.l.ij.

Quorum legatorum.

Q. de legatorũ

Causa adipiscendae possessionis hoc interdictum introductum est sicut & praecedens. Et datur haeredi, & bonorum possessori, & cuilibet uniuersali successori, & haeredibus haeredum. Et datur contra legatarios qui non ex uoluntate haeredis occupauerunt legata. Nec enim debent sibi ius dicere, occupatis legatis, sed ab haerede petere.ĵ.e.l.i.in pri.&.§.i. Et quod dictum est in legatarijs, seruatur etiam in his, quibus donatũ est causa mortis, & in haeredibus eorum. Item si legatarius auctoritate praetoris est missus in possessionem causa legatorum seruandorum: cum haeres non satisdaret, deinde haeres satisdet, uel paratus sit satisdare, tenet legatarius hoc interdicto.ĵ.eo.l.i.§.quaesitum.&.§.legatorum. Haeredi autem nocet si accommodauerit uoluntatem legatario post aditam haereditatem, uel in ipsa apprehensione, uel postea, uel ante. Et si plures sint haeredes, & unus consentiat legatario, alter non: qui non consentit habebit interdictum. ĵ.eo.l.i.§. quod ait praetor.& l. prodest. Est tamen notandum, quod hoc interdictum datur contra hoc titulo possidentem, scilicet pro legato. Sed ille qui possidet pro haerede, uel pro

possessore, conuenitur hæreditatis petitione, uel quorum bonorum. Verba autẽ interdicti hæc sunt, Quod qui legatorum nomine, non ex uoluntate hæredis, occupauit: id restituat hæredi.

Ne uis fiat ei, qui in possessionem missus est.

Hic titulus tanquam generalis ad omnia possessoria interdicta est, id est, ad omnes, qui a prætore in possessionem missi sunt pertinet. Conuenit enim prætori, omnes quos in possessionem misit tueri. Et datur hæc actio non tantum contra eum, qui prohibuerit quem uenire in possessionem: sed & in eum, a quo quis è possessione pulsus est cum uenisset in possessionem. Nec exigitur utrum ui fecerit qui prohibuerit. Verba autẽ edicti hæc sunt: Ait prætor: Si quis dolo malo fecerit, quo minus qui s permissu meo, eius ue cuius iurisdictio de ea re fuerit, in possessione bonorum sit: in eum in factũ iudicium, quanti ea res fuit, dabo.

De tabulis exhibendis.

Ei qui utitur interdicto Quorum bonorum, & Quorum legatorum, expedit agere hoc interdicto, ut tabulæ testamenti exhibeantur, & sibi cognitæ fiant. Et differũt actio ad exhibendum & in factum, & hoc interdictum, & illud, quemadmodum testamenta aperiãtur: ut no. ş. ad exhib. l.iij. in fi Si quis igitur confiteatur penes se esse testamentum, iubendus est exhibere. Tempus ei dandum est ut exhibeat, si non potest in præsentiarũ exhibere. Sed si neget se exhibere posse, uel oportere, hoc interdictum competit. Et pertinet non tantum ad testamenti tab. uerum ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent: ut puta & ad codicillos, siue supremæ tabulæ sint, siue priores: siue testamẽtum uakat, uel ruptũ sit alio iniquo uitio: & ad oẽs scripturã testamẽti, siue pfecta siue ĩperfecta sit. Verba ĩterdicti hæc sunt: Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur, siue hæ penes te sint, aut dolo malo tuo factum est, ut desinerent esse, ita eas illi exhibendas. Item si libellus, aliud ue quid relictum esse dicetur, decreto (id est. edicto isto) comprehendã. Sed quandoque cessat hoc interdictum. ut. j. eo. l. fi. & in tabulis uiui. j. eod. l. penul. Tabulæ test.

Ne quid in loco sacro fiat.

Interposito titulo superiori, occasione illorum titulorum, scilicet Quorum bonorum, & Quorum legatorum, redit ad propositam materiam, scilicet Ne uis fiat ei &c. scilicet ad prohibitoria interdicta: & primo de dignioribus, est enim hæc causa diuini iuris. ş. de interdic. l. ij. §. i. Sacer autem locus est, qui rite per pontifices Deo consecratus est. Inst. de re. diui. §. nullius. Verba edicti hæc sunt: In loco sacro facere, in ue eum ĩmittere quid, ueto. Et pertinet ad ea quæ in loco sacro fiunt deformitatis, uel incõmodi causa: non si ornamenti causa. Extẽditur etiam ad res sanctas, ut sunt muri, itẽq; portæ ciuitatis Romanæ, & in alijs sacris locis, ut in muris municipiorum aliquid facere, quo dãnũ aut incõmodũ irroget nõ pmittit. Itaq; neq; muri. portæ ue habitari sine permissu principis ppter fortuita incendia possunt. j. l. fi. Sacer locus

De locis, & itineribus publicis.

Cuilibet in publicũ petere permittendum est id, quod ad usum hominum pertinet: ueluti uias publicas, itinera publica. Et ideo quolibet postulante, de his interdictũ redditur.

Iter publicum. Vicinalis uia.

Iter autem publicum, uia militaris dicit: Vicinalis aũt dr̃, ubi priuati cõferũt ex agris suis. De triplici genere uiarum habetur. j. tit. proxi. l. ij.

Ne quid in loco publico, uel itinere fiat.

Superiori titulo specialiter, hic generaliter in omni publico loco dicitur. j. eo. l. ij. §. publici. uel superior titulus præparatorius est, nec est ibi aliquod interdictum: hic autẽ quatuor proponit. Primum in. l. ij. in principi. Secundum in. §. ait prætor. & sunt prohibitoria tantum. Tertiũ in. §. prætor ait. & est restitutoriũ. Quartum in. §. fi. & est prohibitorium. In loco igitur publico prætor prohibet ædificare, & interdictum proponit. Verba interdicti hæc sunt: Ne quid in loco publico facias, in ue eum locũ immittas, qua ex re illi quid damni detur, præterq̃ quod lege, senatuscon sulto edicto, decreto ue principum tibi concessum est. De eo, quod factũ erit, interdictum non dabo, restitutorium uidelicet. Ratio huius interdicti est, quia loca publica priuatorũ usib[9] deser. uiunt, iure scilicet ciuitatis non quasi ꝓpria cuiusq; priuati hominis, id est, iure seruitutis. Et tantum iuris habemus ad obtinendum usum publicum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. Et appellatio Publici loci continet areas, insulas, agros, uias publicas, itineraq; publica. Viarum quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quædã uicinales. Publicas uias dicimus, quas Græci basilicas, nostri prætorias, alij consulares uias appellãt. Priuatæ uiæ sunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales uiæ sunt, quæ in uicis sunt, uel quæ in uicos ducunt. Et pertinet hoc interdictum ad uias rusticas tãtum: ad urbicas uero non: harum enim cura pertinet ad magistratus.

Publicus locus. Via multiplex.

De loco publico fruendo.

Interdictum hoc publicæ utilitatis causa proponi palam est: tuetur enim prætor uectigalia publica, dum prohibetur quis uim facere ei, qui id fruendum conduxerit. Verba edicti hæc sunt: Quo minus loco publico, quem is, cui locandi ius fuerit, fruendum alicui locauit: ei qui cõduxerit, socio ue eius, ex lege locationis frui liceat, uim fieri ueto. Vltra legem autem, uel contra legem locationis, nõ debet audiri qui frui desiderat. Solet tamen concedi ut imagines, & statuæ, quæ ornamento: Rei. sunt futuræ, in publicum ponantur.

De uia publica, & si quid in ea factum esse dicatur, & de ædilibus curulibus

Aediliũ curuliũ cura.

Studeant ædiles curules eas, quæ secundũ ciuitates sunt uias, ut adæquentur, & effluxiones nõ noceãt domibus, & potestatẽ faciant ubicũque oportet. Et ut parietes domorum efficiantur ne labiles sint. Curent etiã, ut nullus effodiat uias, neq; subruat, neque construat in uiis aliquid: uias reparent, aquæductus purgent quæ sub diuo, id est, cœlo sunt. Studeant ut ante ergasteria nihil proiectum sit,

uel propositum, praeterq̃ si fullo ue/stimenta siccet, aut rector trocos, id est rotas exterius ponat. Non permit tant rixari in uiis, neque stercora pij cere, neque morticina, neque coria iacere.

De uia publica, & itinere publi co reficiendo.

Titulus iste non ad aliud pertinet, q̃ qui uiam publicam reficiebat, uide batur aliquid facere: sed hoc facere non est prohibitum. Dicit ergo de uia publica qualiter reficiatur, & amitta tur: praeterea hic titulus de uia urba na & rustica. sed superior tit. ij. tantũ de rustica, & ideo non superfluit hic ti. Verba edicti haec sunt: Quo min⁹ illi uiam publicam iter ue publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea uia, id ue iter deterius fiat, uim fieri ueto.

Viam aperire. Viam aperire, est ad ueterem altitudi nem, latitudinemq; restitue. e. Sed & Purgare. purgare refectionis portio est: purga ri autem proprie dicitur ad libramen tum proprium, id est, modum, uel Reficere. pulchritudinẽ redigere, sublato quod superest. Reficiet autem & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in pristinum statum deducunt. Et da bitur hoc interdictum perpetuo, & omnibus, & in omnes. Et habet con demnationem in id, quod actoris interierit.

De fluminibus & ne quid in flumine publico, ripa ue eius fiat, quo peius nauigetur.

Flumen a Riuo magnitudine di scernitur, aut aestimatione, uel opi nione circũcolentium. Fluminũ quae dam sunt perennia, quaedam torren tia. Perenne est, quod semper fluit: Torrens est, quod tantum hyeme fluit. Fluminum quaedam publica sunt, quaedam non publica; flumẽ, ut Cassius diffinit, est quod perenne, id est, perpetuum est, & si iam non omni tempore fluat, quia forte aesta te aliqua exaruit. Verba edicti haec sunt: Ne quid in flumine publico, ri pa ue eius facias, ne quid in flumine ripa ue eius immittas, quo statio, iter ue nauigij deterius fiat. Ripa est id, quod flumen continet naturalem rigorem cursus sui tenẽs. Stationem dicimus a stando: is igitur locus de/monstratur, ubicũque naues tute sta re possunt ſ. de uerb. sig l. portus. Na uigium solemus dicere etiam ipsam nauem. Iter ergo nauigij, id est, iter nauis. Nauigij appellatione etiam ra tes continentur, & connexiones tra/bium: quia plerunque & ratium usus necessarius est. Dicitur autem dete/rior statio, iterq; deterius fieri, si usus eius corrumpatur, uel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut si in totum auferatur. Ripa ea putatur esse, quae plenissimum flumen continet.

Ne quid in flumine publico, ripa ue eius fiat, quo aliter aqua fluat, q̃ in priori aestate fluxerit.

Differt a supiori, tit. quia illud pro pter nauigij utilitatem, hoc propter agrorum, uel aliam q̃ nauigij, prohi/bet quicquam in flumine fieri. Item ille de nauigabili, uel quasi: hic de om ni flumine: ut. ſ. l. i. circa prin. Itẽ dif fert ab inferiori, quia hic prohibetur fieri in publico, ibi econtra uetat fieri uim facienti, & utenti. Verba edicti haec sunt: In flumine publico, in ue ri pa eius facere, aut in id flumẽ, ripam ue eius immittere, quo aliter aqua

fluat, quam in priori æstate fluxerit, ueto. Et est inductū hoc interdictū, ne deriuationibus minus concessis flumina arescant. uel mutatus alueus uicinis aliquam iniuriam faciat, uel afferat: pertinet autem ad flumina pub ica, siue nauigabilia sīt, siue nō. Et generaliter tunc interdicto hoc quis tenetur, si mutetur aquæ cursus per hoc quod factum est, dum depressior. uel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior sit cum incommodo accolentium: & si quid aliud uitij accolæ ex facto eius qui conuenitur sentient, interdicto locus erit.

Vt in flumine publico nauigare liceat.

Hoc iterdicto prospicitur, ne quis in flumine pub lico nauigare prohibeatur. Sicut enim ei qui uia pub lica uti prohibetur interdictum supra positum est: ita hoc quoq; proponendum prætor putauit. Sed si priuatū sit flumen, interdictum cessat. Verba edicti hæc sunt: Quo minus illi in flumine publico nauigare, ratem, agere, quo ue minus per ripam onerare exonerare ue liceat, uim fieri ueto. Itē ait: ut per lacum, fossam, stagnum publicū nauigare liceat, interdicā. Est aūt Lacus, qui perpetuā habet aquā:

Lac⁹. Stagnum est. quod temporalem continet aquam ibi stagnantem: quæ

Stagnū quidem aqua plerunque hyeme congelatur. Fossa, est receptaculum aquæ

Fossa manufactum.

De ripa munienda.

Ripas fluminum publicorum reficere, & munire, utilissimum est. Sicuti igitur de uia publica reficienda interdictum positum est: ita etiam de ripa fluminis munienda proponēdū fuit. Verba edicti hæc sunt. Quo minus illi in flumine publico ripa ue eius opus facere, ripæ, agri ue, qui circa ripam est, tuendi causa liceat (dum ne ob id nauigatio deterior fiat) si tibi damni infecti in annos decē boni uiri arbitratu uel cautū, uel satisdatum est, aut per illū non stat, quo minus boni uiri arbitratu caueatur. uel satisdet, uim fieri ueto. Merito adiicit, Dū ne ob id nauigatio deterior fiat. Illa sola .n. refectio tolerāda est, quæ nauigationi impedimento non est. Et licet ripæ lacus, fossæ, uel stagni muniendi causa prætor nihil hic cauit: Idem tamen erit obseruandum, quod in ripa fluminis munienda.

De ui, & ui armata.

Primum Vi, ponitur hic in genere secundum in specie. Et idem est dicere, sicut in. C. unde ui. De interdictis igitur quæ sunt prohibitoria expedito, nunc de restitutoriis dicit: ut Institu. de interdict. § j. Habet autem locum hoc interdictum, cum quis per uim possessionem soli amisit: uim dico expulsiuam, nō compulsiuam. Si enim compulsus possessionem uerum tibi tradidero, cessat hoc interdictum, & datur actio. Quod metus causa. j. eod. l. si rerum. Item uim dico, nō legitime admissam: qui enim expulsus est, si incontinenti uelit recuperare possessionem suam, potest quidem incōtinenti auctoritate sua nō ex interuallo. j. eod. l. iij. § cū igit. Et accipe in continenti, id est, antequam ad alia extranea diuertat negotia. j. de uer. obl. l. ptinuus. § .i. ff & ille, qui nondum est adhuc expulsus,

sed quem quis uult iniuste expellere potest resistere uim inferenti, & pro pulsare uim illatam, ad defendendã possessionem:cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ: id est, defensionis. Et ead.l.j.Quod autem defensio dicatur inculpata,& cum moderatione facta,attenditur circa tria: Primo,ꝙ fiat cum similibus armis: secundo, ꝙ incontinenti: tertio, ꝙ animo ꝓpulsandi iniuriam,non irrogãdi. Verba huius edicti hæc sunt: Vnde tu illum ui deiecisti.aut familia tua deiecit:de eo,quodq; ille tunc ibi habuit tantũmõ intra annũ:post annũ uero de eo,qđ ad eũ qui ui deiecit peruenerit iudicium dabo. Et pertinet hoc interdictum ad solam atrocem uim:& ad eos tãtum qui de solo deiiciuntur: puta de fundo siue ædificio. Ad alium autem non pertinet.

Vti possidetis.

Post interdictum Vnde ui, quod possessionem restituit,sequitur hoc, qđ d fendit.j.l.i.§. & ꝯsequẽter. & est interdictum retinendæ possessionis Habet autem locum hoc interdictum Vti possidetis,in rebus immobilibus omnibus, & soli,dum tamẽ talia sint,quæ possunt possideri.j.e.l.i.§.pe. Nõ autẽ possidentur forum: basilica,& res sacræ.ff.de acq.poss.l.i.§ ulti.Item habet locum hoc interdictum in incorporalibus,ut in qua si possessione usus fructus,uel usus.j.eo.l.ult. uel aliarum seruitutum.ff.de seruitu.l.quoties.Verba edicti hæc sunt:Vti eas ædes,de quibus agitur, nec ui,nec clam, nec præcario alter ab altero possidetis: quo minus ita possideatis,uim fieri ueto.De cloacis hoc interdictum non dabo:neq; pluris,quam quanti ea res erit,intra annum,quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam. Causa huius interdicti fuit, quod separata esse debeat possessio a proprietate.Fieri enim potest,ut alter possessor sit: dominus non sit: alter dominus quidem sit, possessor non sit. Fieri etiam potest ut possessor idem,& dominus sit.j.eod.l.§ huius. Quoties ergo inter litigatores est proprietatis controuersia: aut conuenit inter litigatores, uter possessor sit, uter petitor:aut non conuenit. Si conuenit, absolutum est:ille possessoris commodo,quem conuenit possidere,alter petitoris onere fungetur.Sed si inter ipsos contendatur,uter possideat,quia alteruter se magis possidere affirmat:tunc si res soli sit,in cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur,quod uulgo Vti possidetis,appellatur:et datur huius rei causa, ne uis fiat ei qui possidet.

De superficiebus.

Simile est superiori interdicto: ut j.ea.l.§.proponitur. Hoc interdicto tuetur prætor eum, qui superficiem defendit, id est,materiẽ ædificii sine solo.Verba ĩterdicti hæc sunt:Vti ex lege locationis siue conductionis superficie,qua de agitur,nec ui,nec clã, nec precario alter ab altero fruimini quo minus ita fruamini,uim fieri ueto. Si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita iudicium dabo.Omnia quæ in Vti possidetis interdicto seruantur,hic quo que seruant. Appellamus aũt Superficiarias ædes,q̃ in cõducto solo positæ sunt, Superficiariæ ædes

quarum proprietas & ciuili, & natu rali iure eius est, cuius & solum: & idẽ si emit fundum, non tamen ut soli dominium transeat: sed sola licentia habendi, & tenendi superficiem. j. l. i. § qui superficiem. Est ergo superficia rius dominus utiliter, non iure dire/cto, & habet in re3. ut. no. j. l. i. §. qui superficiem. in. fi.

De itinere, actuq; priuato.

Superiori titulo de possessione rerũ corporalium retinenda, hic de posses sione rerum incorporalium. Et est hoc interdictum prohibitoriũ, perti nens ad rusticas tantummodo ser/uitutes: Verba interdicti haec sunt. Quo itinere, actuq; priuato: de quo agitur, uel uia, hoc anno, nec ui, nec clam, nec precario ab illo usus es quo minus ita utaris, uim fieri ueto. Hoc interdicto praetor tm̃ inquirit, an itinere actuq; h̃ anno usus sit, nõ ui, nõ clã nõ precario, & in h̃ tuẽ eũ, licet eo tempore, quo interdictum redditur, usus non sit. Siue igitur ha/buerit ius uiae, siue non habuerit: in ea conditione est, ut ad tuitionem praetoris pertineat. Si modo hoc an no usus est, uel modi quo tempore, id est, non minus quàm triginta diebus. Neq; enim ad praesens tem/pus refertur usus. quia plerunque iti/neribus, uel uia non semper utimur, nisi cum usus exegerit. Itaque anni temporis spatio conclusit usum.

De aqua quotidiana, & aestiua.

Vsus aquae, sicut itineris, est quae/dam quasi possessio. Ideoq; hanc, si cut illam, praetor tuetur interdicto reddito. Et est hoc interdictum pro/hibitorium, & interdu3 restitutoriũ, pertinet ad aquam quotidianam. Duo autem sunt genera aquarum: Quotidiana, & aestiua: quotidiana ab aestiua differt usu, non iure. Quotidiana aqua ea est, quae duci assidue solet, uel aestiuo tempore, uel hyber/no etiam si aliquãdo ducta non est. Non enim ideo quotidiana dicitur, quia quotidie ducitur: sed ea, qua q̃s quotidie possit uti si uellet: quãquã quotidianam interdum hyeme du/cere non expediat, etsi possit duci: Aestiua autem ea est, qua aestate sola uti expedit: sicut dicimus uestimen/ta aestiua, saltus aestiuos, castra aesti ua quibus interdum etiam hyeme, plerũq; autem aestate utamur. Et ge/neraliter ex proposito utentis, & ex natura locorum, aqua aestiua a quo tidiana discernitur. Nam si sit talis, aqua, quae perpetuo duci possit: ego tamen ea sola aestate utar, dicendum est, hanc aquam esse aestiuam. Rur/sus si talis sit aqua, quae nõ nisi aesta te sui natura duci possit, aestiua dice/tur. Et si ea sint loca, quae natura nõ emittant aquam nisi aestate, dicen/dũ erit recte aestiuam dici. Verba inter dicti haec sunt: Vti hoc anno aquã, de qua agitur, nec ui, nec clam, nec praecario ab illo duxisti: quod mi/nus ita ducas, uim fieri ueto. Hoc an no, praetor dicit, hoc est, non quoti/die, sed hoc anno, uel una die, uel una nocte. Et loquitur praetor de ea sola aqua, quae perennis est: nulla enim alia duci aqua potest, q̃ quae est perẽ nis. j. l. i. § loquitur.

Aqua quotidiana

Aqua aestiua.

De riuis.

Parum prodesset ius aquae, de qua supra dixit, nisi liceret purgare riuu3: nec tam necessaria est refectio itine/rum, quàm riuorum: quia non refe/

ctio

ctis riuis, omnis usus aquae aufertur, & homines siti necarentur: & sane aqua peruenire, nisi refecto riuo. non potest. At non refecto itinere, difficultas tantum eundi, agēdi q; fieret, quae temporibus aestiuis leuior esset. l.h.§. eod. Ideo hoc interdictū utilissimum est. nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione usus incommodabitur. Verba edicti haec sunt: Riuos specus, septa reficere, purgare aquae ducendae causa quo minus liceat illi dū ne aliter aquam ducam q̃ uti priori aestate: non ui, non clam, non precario a te duxit, uis fieri ueto. Riuus, est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. Specus, locus est ex quo despicitur, inde, Spectacula sunt dicta. Septa sunt ea, quae ad incile opponuntur aquae compellendae deriuandae ue ex flumine causa: Siue ea lignea sint, siue lapidea, siue ex alia qualibet materia sint ad ꝯtinendam, transmittendamq; aquam excogitata: quae appellamus Sclusam. Incile autem est locus depressus ad latus fluminum, ex eo dictus ꝙ incidatur: inciditur enim uel lapis, uel terra, unde primū aqua ex flumine agi possit. S; & fossae, & putei hoc interdicto continentur. Reficere, est quod corruptū est. in pristinum statum restaurare. Et sunt uerba reficiēdi, tegere, substruere, sarcire: aedificare: Item aduehere, apportareq; ea, quae ad eandem rem opus est continentur. Purgandi uerbum ad eum riuum pertinet, qui refectione indiget. j.l.i.§. purgandi uerbū ad eum riuum pertinet, qui refectione indiget. j.l.i.§. purgandi.

Riu⁹. Spec⁹ Septa Incile Reficere.

De fonte.

Seruitutes non tantum aquae ducēdae esse solēt, uerumetiam hauriendae: & sicut discretae sunt seruitutes ductus aquae, & haustus aquae: ita interdicta separatim redduntur. Et proponitur hoc interdictum ei qui fontana aqua uti prohibetur. Verba edicti haec sunt. Vti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua nec ui, nec clam, nec precario ab illo usus es: quo minus ita utaris, uim fieri ueto. De lacu piscina puteo, item interdicam. Hoc interdictum locum habet, si quis prohibeatur uti aqua: hoc est siue haurire prohibeatur, siue etiam pecus ad aquam appellere. Hoc interdictum de cisterna non competit: Nā cisterna non habet perpetuam clausam, nec uiuam habet aquam: ex quo apparet, in his omnibus exigendum, ut uiua aqua sit: cisternae autem imbribus concipiuntur. Coercere aquam, est continere sic ne defluat, uel dilabatur: dummodo non permittatur alicui nouas uenas quaerere. uel aperire, is enim innouat aliquid praeter id, quo praecedenti anno usus est. Sed & de lacu, puteo, piscina reficiendis, purgandis, interdictum cōpet t. Et omnibus personis dabitur, quibus permittitur interdictū de aqua aestiua. j.eo.l.i.§.fin.

Coercere aquā.

De cloacis.

Cloacae indigent purgatione, sicut riui, ut foetor cesset, & commoditas ueniat. Hoc interdictum propositum est de cloacis priuatis: publicae enim cloacae publicam curam merētur. Cloaca autem est locus cōcauus, per quē colluuies quaedam fluat. Curauit autem praetor per haec interdicta, ut cloacae, & purgentur, & reficiantur: quorum utrunque & ad salu

Cloaca.

britatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & coelum pestilens, & ruinā minantur immunditiæ cloacarum: id est, si non reficiantur Verba interdicti hæc sunt: Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, qua de agitur, purgare, liceat reficere uim fieri ueto: dāni infecti, quod operis uitio factū sit, caueri iubebo: Duo sunt interdicta sub hoc titulo: unum prohibitorium, quo prohibetur uicinus uim facere, quo minus cloaca purgetur, & reficiatur. Alterum restitutorium, ubi dicitur, quod in cloacam publicam factum siue immissum habes, quo usus eius deterior fit, restituatur. Item ne quid fiat, immutatur ue, interdicā. Quod ex ædibus eius in tuas pertinet, &c. hoc est dirigatur, extenditur, peruenit. Est tam ad proximum uicinum hoc interdictū pertinet, quā aduersus ulteriores per quorū ædes cloaca currit. Imo pōt in uicini ædes uenire, & rescidere pauimēta, purgādæ cloacæ gratia: dum tamen paratus sit restaurare id, quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa rescindat. ĵ. l. i. §. quod ait prætor.

Quod ui, aut clam.

Superiora interdicta respiciunt futurum tempus: hoc præteritum. Vel sic, Diximus supra separatim de ui tā præterita, ut Vnde ui, quam præsenti, ut Vti possidetis: nunc de quodā misto, scilicet tam de ui, quæ pro eo quod clam factum est, quam pro præterito, & præsenti datur ut. ĵ. e. is qui § quod ait prætor. & qualitercunque sit factum, agitur quod ui aut clam. ĵ. eo. is qui in puteum in prin. Item de Vi tractatur usq; ad. § clam. in. l. ij. postea de Clam usque ad §. hæc uerba. in. l. v. & ibi exponit quod factum est. Et est interdictum hoc restitutoriū, per quod occursum est calliditati eorū, qui ui aut clā quædā moliunt: iubentur enim restituere ea. Verba edicti hæc sunt: Quod ui aut clam factum est, qua de re agitur id cum experiundi potestas est, restituas. Et pertinet ad sola opera, quæ in solo ui, aut clam facta fuerint. Vi factū uidetur si, quis contra quam prohiberetur fecerit: ut si quis contra testationem denuntiationemq; fecerit, uel si cum sciret se prohiberi, per uim molitus est, ne prohiberi possit. ĵ. l. i. §. quid sit. Clam facere uidetur qui celauit aduersarium, neq; ei denūtiauit: si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Seruius etiam eum clam facere ait, qui existimare debuit, sibi controuersiam futuram: quia non opinionem eius, & resupinam æstimationem sequi oportet, ne melioris conditionis sint stulti, quam periti. l. iiij. ĵ. eo. Hæc uerba, Quod ui aut clam factum est: ita exponūtur, quod tu aut tuorū quis fecerit, aut tuo iussu factū est. ĵ. l. aut qui. §. hæc uerba. Vi factum. Clam facere.

De remissionibus.

Sicut nuntiatio parit interdictum Quod ui aut clā, ut supra diximus: ita & remissio tollit, ut. s. tit. ĵ. l. si alius. §. i. Et ponunt sub hoc tit remissiones faciendæ ei cui nuntiatum est. Et sunt tres, una ex conuentione: alia a iure quando scilicet tenuit nuntiatio: & tertia quando non tenet, quia potest sperni: nam tunc lex habet pro remissa. Et uerba prætoris ostendunt, remissionem tunc factam ualere, ubi nuntiatio non tenet. Nuntia-

tionem autem tunc prætor uoluit ualere, ubi ius est nuntianti prohibere, ne se inuito fiat. Sed si non habet ius nuntiandi, siue satisdatio interue niat, q̄ casu fit remissio ipso iure, siue non. remissio facta ex conuentione uel etiam iudice, hoc tantum remittit, in quo non tenuit nuntiatio cū effectu. Is hз ius nūtiādi nouū opus, qui aut diuinum aut seruitutē habet Verba edicti hæc sunt: Quod ius sit illi prohibere, ne se inuito fiat in eo, nuntiatio teneticæterum nuntiatio nem missam facito.

De precario.

Precariū. Precarium est, quod precibus petē ti utendum conceditur, tandiu, quan diu is qui concessit patitur: quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. Et distat a Donatione, eo q̄ Donare. q donat, sic dat, ne amplius recipiat ĝ. dona. l. i. in princi. Qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium sol uere. j. l. ij. &c. l. & habet. &c. l cum pre Commodato. cario. Et est simile Commodato. Nam & qui commodat suam rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commoda ta permittat. Differt tamē a cōmoda to, ut diximus. ĝ commo. Verba edi Precario haberē. cti hæc sunt: Quod precario ab illo habes, aut dolo malo fecisti, ut desineres habere, qua de re agitur, id illi restituas. Hoc interdictum restitutorium est, & naturalem habet in se æquitatem. Nanq; precarium reuoca re uolēti competit. Est enim natura æquum tandiu te liberalitate mea uti, quādiu ego uelim: & ut possim reuocare, cum mutauero uoluntatē. Habere autem precario uidetur, qui possessionem uel corporis, uel iuris, id est, rei incorporalis, puta seruitutis adeptus est, ex hac solummodo causa, quòd preces adhibuit, & impetrauit precibus, ut sibi possidere, aut uti liceat: uelut si me precario rogaueris, ut p fundū meū tibi ire, uel agere liceat: uel ut in tectū uel arcā ædifi mea rum stillicidiū, uel tignū in parietem imissum habere. j. l. ij. §. fi. &c. l. seq.

De arboribus cædendis.

Hoc interdictum competit non solum domino ædium, sed etiam ei, qui usumfructum habet. quia etiā ipsius interest arborem istam non impendere. Nam nisi dominus adimat arborem, quæ alienis ædibus impendeat, permittitur ei, cui arbor officit, ut si uellet succideret eā, lignaq; tolleret. Verba edicti hæc sunt: Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet: si per te stat, quo minus eā adimas: tunc quo minus eā illi arbo rem adimere sibiq; habere liceat, uim fieri ueto. Et est hoc interdictum pro hibitorium. Arboris appellatione Arboris appellatio. etiam uites continenf. j. arb. fur. cæs. l. uitem in princi.

De glande legenda.

Glandis nomine omnis fructus Glās. continetur. j de uerb. signi. l. qui uene num. §. glandis. per hoc edictum datur licentia domino legendi glādē, id est, quæcunq; fructuз ex arbore sua in fundū uicini cadentem. Verba edicti hæc sunt: Glandē, q̄ ex illius agro in tuum cadit quo minus illi tertio quoq; die legere, auferre liceat, uim fieri ueto. Et cōputanf. primus secun dus, & tertius dies ab eo tēpore, quo cecidit glās. Et ideo ponit de tertio, q̄a collectio glādis uix durat ad ter

tium dierum, nam citius colliguntur: uel quia duobus aut tribus diebus euertuntur in terram, ut nulli eorum nomine competeret actio, cum sine dolo tuo fructus esse in rerum natura desierit. Non quia interdictum tam breui sopiatur tempore: nam intra annum duraret, si fructus staret, & plus. j. de act & obl. l. in honorarijs. Sed si dolo desiisset habere, tunc intra annum teneretur. ff. de præscrip uerb. l. qui seruandarum. § fi. Et est utilitas huius edicti secundum Azo. quia necessitas imponitur ei. in cuius terram cecidit, ut singulis trib⁹ diebus semel liceat auferre: & sic exponit quoque, id est, singula tertia die. glos. pe. j. eo.

De libero homine exhibendo.

Hoc interdictum proponitur tuendæ libertatis causa: uidelicet, ne homines liberi retineantur a quoquam. Neque enim multum a specie seruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi. Verba edicti hæc

Liber sunt: Quem liberum hominem dolo malo retines, exhibeas. Verbum, Liberum, ad omnem liberum hominem pertinet, siue pubes sit, siue impubes: siue masculus sit siue fœmina: siue unus, siue plures: siue sui iuris sit,

Exhibere. siue alieni hoc enim tantum spectamus, an liber sit. Exhibere est in publicum producere, & uidendi, tangendique

Lex fauia hominis facultatem præbere: proprie autem exhibere, est extra secretum habere l. iij. § ait prætor. j. eodem. Hoc interdictum omnibus competit. Nemo enim prohibendus est libertati fauere. ff. ad exhib. l. si liber Et cum hoc interdicto concurrit etiam accusatio legis fauiæ. de plag. j. ad. Leg. faui. l. non statim. & C. ad. Leg. faui. l. si fratrem. & uersa uice, qui agit fauia, poterit nihilominus hoc interdictum habere. l. iij. in princi. j. eod.

De liberis exhibendis, seu deducendis.

Hoc interdictum proponitur aduersus eum, quem quis exhibere desiderat eum, quem in potestate sua esse dicit: & competit ei, qui in potestate habet. Neque curat prætor cur apud eum sit, qui exhiberi debet, quemadmodum in superiori interdicto: sed omni modo restituendum putauit, si in potestate est. Verba edicti hæc sunt: Qui quæue in potestate Lucij Titij est, si is ea ue apud te est: dolo ue malo tuo factum est, quo minus apud te esset: ita eum, eam ue exhibeas. Hoc interdictum priuatum & perpetuum est suique iuris tuendi comparatum, ut filius exhibeatur. Est & aliud interdictum hoc titulo scilicet de Liberis deducendis & datur eis, & in eos, quibus & in quos datur superius: sed dat ad aliud, scilicet ut quis possit ducere eos in quos habet ius ductionis, id est, qui sunt in potestate sua. Et tamen notandum in hoc interdicto & in notione prætoria, quam pater habet, quod si potest, agit pro filio impubere ducendo, alias differtur res in tempus pubertatis, alias repræsentetur: idque ex persona eorum, inter quos erit controuersia, & ex genere causæ constituendum est. Nam si is qui se patrem dicit auctoritatis, prudentiæ, fidei exploratæ esset, usque in diem litis impuberem apud se habebit. Is uero qui controuersiam facit, si humilis, calumniator, notæque nequitiæ sit, repræsentanda cognitio est.

Vtrobi.

Vtrobi. De possessione rerum mobilium habet locum hoc interdictū. sed eius uis exæquata est interdicto Vti possidetis: quod de rebus soli competit: ut is hoc interdicto uincat, qui nec ui, nec clam, nec præcario, dum super hoc ab aduersario inquietatur, possessionē habeat. Verba edicti hæc sunt: Vtrobi hic homo de quo agitur, maiore anni parte fuerit, quo minus is eum ducat, uim fieri ueto. Vtrobi exponitur, id est, apud quem: & componitur ex utrum & ubi: & sic utrum pro apud, & ubi, pro quem. Is autem ex duobus potior erat in hoc interdicto, qui maiore parte anni possederat. Sed hodie qui possidet tempore litis contest. potior est. Inst. de interdict. §. sed hodie. & C. eo. l. i.

De migrando.

Migrare. Hoc interdictum De migrando, id est, recedendo, proponitur inquilino, qui soluta pensione uult migrare, id est, exire, uel recedere cum rebus suis: potest ergo inquilinus libere per hoc interdictum cum rebus suis de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat de pensione, & de damno, si quod in domo conducta dederit. Colono autem non datur hoc interdictum, sed alias extra ordinem officio iudicis ei subuenitur: si uelit non dico migrare, sed colonariam post exactū tempus constitutum derelinquere. j. l. i. §. i. Verba edicti hæc sunt: Si is homo, quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te locatorem & actorem (id est, inquilinum) conuenit, ut quæ in eam habitationē, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata, facta ue essent, ea pignori tibi p mercede eius habitationis essent: siue ex his rebus esset, & ea merces tibi soluta, eo ue nomine satisfactum est, aut per te stat quo minus soluatur: ita quo minus ei, qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, uim fieri ueto. Et datur hoc interdictum inquilino etiam de his rebus, quæ non ipsius sunt: sed forte commodatæ ei, uel locatæ, uel apud eum depositæ sunt. j. l. fi.

De saluiano interdicto.

Saluianum. Saluianum interdictum datur locatori fundi rustici cōtra colonum, & eius hæredem: utile uero datur eis contra extraneum possessorem pro adipiscenda possessione eorum, quæ tacite locatori sunt obligata. j. l. i. & C. eod. l. i. & ff. de inter. l. ij. §. hoc autem. Et est hoc interdictum adipiscēdæ possessionis comparatum: eoq; utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset: Insti. de inter. §. interdictum quoque. & sufficit tacitum pactum C. loca. l certi iuris. Differt autem hoc interdictum a Seruiana: quia in Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse interdictum tempore obligationis. ff. de pign. l. i. §. cum prædium. Sed interdicto isto sufficit, si probet ipsum possedisse. j. l i. ut dicit glos. in. d. § interdictum. & Institu de act. §. item Seruiana. Et sicut Seruiana uel quasi seruiana dicitur a seruando, ut ubi: ita & Saluianum a saluando. id est, retinendo dicitur. Omne enim ius aut in acquirendo, aut in seruando, uel saluando, aut in amittendo consistit. ff. de leg. & sen. con. l. fi.

LIBER XLIIII.

Et VI. huius:

De exceptionibus seu præscriptionibus, & præiudiciis.

Exce/ptio. Repli/catio. Exceptio dicta est, quasi quædã exclusio quæ interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludẽdum id, quod in intentionem condẽnationeq; deductũ est. Sicut autẽ exceptio actorẽ excludit, ita Replicatio reũ, Nã Replicatiões nihil aliud sunt, quã exceptiones, & a parte actoris ueniunt: q qdẽ ideo necessariæ sunt, ut exceptiones excludãt, uel oppugnẽt: Sed contra replicationem solet dari Duplicatio, & contra duplicationẽ Dupli/catio Tri/plica/tio. Triplicatio. & contra triplicationem. Qua/drupli/catio Quadruplicatio: & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor obijcit j.l.ji. §.i. Exceptiones quædam dilatoriæ, quædam peremptoriæ. Dila/toria Dilatoria est, quæ differt actionem, ueluti procuratoris exemplo: nam qui dicit, non licere procuratorio nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed personã euitat. l.ij. §.fi. j. eod. Perpe/tuæ. Perem/pto/riæ. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper locum habent, nec euitari possunt: qualis est Doli mali, Rei iudicatæ: & si quid cõtra leges senatus ue consulta factum esse dicetur. Item pacti de non petendo & de uarijs exceptiõibus est glo. Insti. eo. §. appellantur. & glo. iij. q. vj. si quis episcoporum. & in. c. exceptionem. de excep. Præscriptio secũdũ quosdã est exceptio ex tempore Præ/scri/ptio. causam trahens. Vel forte ita diffiniatur præscriptio lõgi temporis, sicut & usucapio triennij, nam per utrãq; acquiritur dominium licet per primam directum, per istam utile. Et est inducta præscriptio longa, considerata utrinq; causa, id est, ex parte possidentis fauore, & ex parte eius qui non petijt, odio. Locum autem habet ista præscriptio longa in rebus immobilibus, non in rebus mobilibus nisi in seruo rustico qui cum sit glebæ portio, cum gleba (ut ait Pla.) uel etiã sine gleba, sm Azo. præscribit: ut. j. de diuer. & tẽp. præscri. Et exiguntur in præscriptione ea quæ. s. de usucap diximus. De præiudicialibus autem exceptionibus, uel præiudicialibus actionibus habetur. j. l. si post, & .l fundum. & Insti. de actio. §. præiudiciales.

De diuersis, & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.

Quia tractatus de utilibus diebus Habet/ peãtẽ expe/riũdĩ frequens est, uideamus quid sit Experiundi potestatem habere. Et quidẽ in primis exigendum est, ut sit facultas agendi per se, uel per alium. Item quod habeat potestatem conueniendi eum per se, uel per alium respondentem: & ius reddentis copiam. Et ita intelligitur quod dicitur, tempora usucapionis esse utilia, præscriptionis uero continua, ut dicit gl. In Præ/scri/ptio/nes di/uersæ sti. de usucap. in. prin. Diuersæ autem sunt præscriptiones: quædam unius diei, alia duorum: ut. j. de appel. l. a sententia. §. fi. & quando appel. fit. l. j. §. biduum. Quandoq; trium. C. de iudi. l. fi. Et hoc prosequi ulterius magis laboriosum est, quam subtile. Versus, Quærite quos agitat labor, Vsuca/pio. atq; alias reperite. De usucapione tamen triennij dic, quod per eam quæritur dominium. C. de pact. l. tradi/

tionibus.dummodo quatuor inter/ueniāt.scilicet bona fides, & titulus, & qd res nō sit uitiosa, & quod pos sessio sit ꝯtinuā usq; ad ultimā diē, quā tetigisse sufficit: & idē in præscri ptione.x.uel xx.ann.j.eo.l.in usuca/pione.Secus in præscriptio. scilicet personalium actionum,ut.j. de act. & obl.l.in omnibus.Item per præ/scriptionem x.uel xx.anno.non quæ ritur dominium,ut dicit glo.hic su/per Rub.no.C.de bo.ma. Auten.ibi posita.Item usucapio non interrum pitur litis cōtest. quod secus est in præscriptione:quod dic ut not.3.de rei uend.l.si post acceptum.Item per præscriptionem xxx.ann.non indu/citur nisi exceptio:quia eēpus non est modus &c.j.de act.& obligationū.l. obli. fere.§ placet. Sunt & aliæ præ/scriptiones diuersæ.Sed notandum, quod quædam præscriptiones ha/bent conetinua tempora,sicut genera liter omnes, nisi specialiter inuenia/mus lege cautum contra: scilicet ꝙ sic. Aliæ utilia:& hæc subdiuiduntur quia quædam ad sui principium. & ꝓcessū,ad quod sunt etia necessaria, ut diximus.3.in pri. Alia ad sui prici piū eīn:ut.3.de calū.l.annus & 3.de ædi.edic.l.cum sex.&.j.de adul.quin quēnium. De accessionibus autem possessionum nihil in perpetuum.id est generaliter diffinire possumus:cō sistunt enim in sola æquitate: & tri/buuntur his, qui in locum aliorum succedunt.siue ex contractu,siue ex/uoluntate ultima. Et diutina posses sio,quæ prodesse cœperat defuncto, etiam hæredi prodest:& generaliter in usucap.& præscrip.continuantur tempora in uniuersalem & particu/larem successorem.Insti.de usucap.§.

Acces siōes.

Posses sio diuti na.

diutina.&.j.l.de accessionibus.

De doli mali:& metus exceptione.

Ideo hanc exceptionem prætor proposuit,ne cui dolus suus per occa sionem iuris ciuilis contra naturalē, æquitatem prosit. Quando autem dolo quid factum dicatur,ex facto, id est.ex qualitate facti intelligitur.C. de resci n.uen.l dolus Et fit dolo tam in contractibus:ut 3.de act.emp.l.iu lia.§.si uenditor. &.§. seq.quam in testamentis edendis, uel supprimē/dis:ut.C.si quis ali.test.proh.l.j.&.ij &.C.ad leg.corn.de fal.l.cū.quā etiā in legibus ꝓdēdis,uel interpretādis uł cācellandis, ut faciebat quidā Falco Papiensis: ut dicit glo.in.l.i.in.fi.j. eo.& temporibus nostris Bal. fecisse fertur. Et proposita est hæc exceptio ex eadē cā,ex q̄ ꝓposita ē actio de do lo.Generaliter autē dicēdum est, ex omnibus in factum exceptionibus oriri exceptionem doli:dolo enim fa cit,quicunq; id quod qualibet exce/ptione elidi pōt.petit.l.ij.§.generali/ter.j.eo.Et ut dicit glos.in.l.qui se de bere.ff.de condi.ob causam.Exceptio doli est quadruplex: una quæ oritur tempore contractus ut si dolo indu/xisti me ad promittēdum tibi decē. Secunda quæ succedit in locum nō numeratæ pecuniæ. Tertia, quæ suc cedit in locum pacti & iurisiurandi. Quarta,quæ succedit in locū facti siue intentionis. Et est exceptio doli, exceptio eius,cui opponitur persona lis:ut contra dolosum tantūmodo opponat.& nō cōtra aliū nō cōmit/tenē dolū:sed ex parte opponētis est in rē:ut est text.in l.ij.§.i.eo.tit. Et in probando articulum doli duo de/bent deduci,uidelicet dolū fuisse adhi

Dolo quan do quid fiat.

Exce ptio doli q̄dru/plex

bitum in tali re sibi petita. Et per ipsum actorem fuisse dolum commissum.l.ij.§.i.uer.debet igitur. De exceptione metus hic repetere potes. id quod.§.quod me. cau.traditum est.

Quarum rerum actio non datur, & de exceptione iurisiurandi.

Actio quãdoque a principio non nascitur, ut in turpibus:ut.ĵ de uerb. obl.l.generaliter.&.l seq. Quandoq; nascitur, sed inefficax est:ut cum dolus uel m t⁹ interuenit.ut.C.de inut. stip.l.dolo. Quandoque efficax, sed postea fit inefficax, ut per pactum, uel similem causam:ut.§.tit.1.&.ij i:j.& iiij.non ergo de omnibus hic titulus dicit:sed de quibusdam & inordinate. Exceptio autem iurisiurandi uices rei iudicatæ obtinet. & non immeri to:cum ipsemet aduersarium suum iudicem de causa sua fecerit, deferẽdo ei iuramentum.ĵ.l.i.in prin. & ideo post iusiurandum nihil aliud quæri debet, nisi iuratum fuerit. Inst.de act. §. item cum quis aduersario. Exceptio enim iurisiurandi licet actiones non tollat, eam tamen elidit. Instit. de excep.§.æquẽ, ubi plene de hac exceptione.

De litigiosis.

Supra de exceptionibus, inter quas exceptio quæ propter contractum super re litigiosa initum competit, ideo de ea. Est autem litigiosa res mobilis, uel immobilis, uel se mouens, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem & possessorem:aut qui iudiciariam conuentionem, aut per preces principi oblatas & iudici insinuatas, ac per eum aduersario interpellatoris cognitas: ut in Auten. de litig.in rubro. Nec requirit litis cõtest. ad hoc, ut dicatur res litigiosa:sed sufficit reo dari libellum, & insinuari petitionem secundum Azo. Pœna autem ementis rem litigiosam hæc est iure ueteri: quia si petat eam rem ab eo qui nouit litem, datur contra eum & hæredem eius exceptio:si tamẽ emptor sciebat litigium cum emit per se:hodie uero & danti & accipienti alia imponitur pœna. Is enim qui accipit emptionis uel donationis titulo, uel ex quolibet alio contractu rem litigiosam:si quidem sciebat eas litigiosam, non tantum cogitur rem redhibere, sed etiam priuatur pretio, quod necesse habet dare fisco. Nec n. incedit lucro alienantis:imo ipse tantundem de suo necesse habet fisco præstare. Si autẽ ille qui accipit, ignorat rem litigiosam, redhibitio quidẽ rei fit omnino, & ei prætium restitui tur, uel ipse ab eo liberatur. Item tertiam partem eiusdem pretij recipere debet a uenditore, quia decepit eum. debuit enim ei manifestare rem in litem esse:& uenditor alias duas partes necesse habet fisco præstare. et habebit locum hæc pœna etiam in donationibus ut uere æstimatione facta, cum prætii datio non est, iẽ ad alium transferens mulctetur. Sunt tamen casus in quibus lex permittit reo alienare rem litigiosam: hoc est titulo dotis, uł donationis ante nup. uel transactionis, uel per diuisionem rerum hæreditariarum, uel per legatum.C.eo.l.ulti.ius Auten.tamẽ corrigit in legato. De ista materia per gl. in.c. eccelsia.ij. ut lit.non contesta. Obligatio ex cõtractu

De actionibus, & obligationibus.

Obligationes autem ex contractu

nascuntur, aut ex maleficio, aut ex quasi contractu, uel quasi maleficio. Obligationes ex contractu, aut re cō trahuntur, aut uerbis, aut consensu, aut literis. Re contrahitur obligatio, ueluti mutui datione. Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione, & responsione, cum quid dari fieri ue sti pulamur. Sed aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui alieno nomine obligatur, Fideiussor uocatur. Consensu fiunt obligationes in empt. & uend. loca cōduc. socie. mandato. Ex maleficiis nascuntur obligationes, ueluti ex furto, ex damno, rapina, iniuria, quae omnia, unius generis sunt: nam haec tātum ex re consistunt, id est, ex ipso malefi cio: cum alioqui ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed & uerbis & consensu. Ex quasi cōtractu autem, & quasi maleficio quemadmodum obligationes contrahuntur, in propriis titulis Insti. habetur. Est autem Obligatio iuris uinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendae gratia secundū nostrae ciuitatis iura. Institu. de oblig. circa princ. Actio autem est ius prosequendi in iudicio quod alicui debet: Insti. de act. circa prin. Actionum genera duo sunt: in rem quae dicitur Vendicatio: & in personam quae Condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum qui in rem possidet, datur, uel dolo fecit, q̄ minus possideret Insti. de act. §. i. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, uel dandū. Et semper aduersus eundem locum habet, & aduersus haeredem eius. j. eo. l. actionum. §. i. Omnes actiones aut ciuiles sunt, aut honorariae, id est, praetoriae. Omnes actiones aut poenales sunt, aut rei persecutoriae. Oēs actiones aut bonae fidei sunt, aut stricti iuris. Omnes actiones aut in simplum, uel duplum, uel triplum, uel quadruplum dantur ultra non. Omnes actiones aut sunt consecutiuae solidi, aut dantur inquantū quis facere potest. Oēs actiones aut sunt perpetuae, aut temporales: quod prosequere, ut Insti. de act. per totum, & de perpe. & temp. act.

Ex malefic.

Obligatio qd.

Actio

Actio in rem

In personam

Actionū diuisio.

LIBER XLV.

Et. VII. huius.

De uerborum obligationibus.

De obligationibus in genere supra dictum est, nunc in specie. Est autem Verborum obligatio, q̄ ex interrogatione praecedēte, & responsione sequente contrahitur: cum quid dari, fieri ue nobis sti pulamur: quae & Stipulatio dicta est, exinde q̧ stipulum apud ueteres firmum appellabatur, forte a stipite descendens. Stipulationum quaedā in dando, quaedam in faciendo cōsistūt j. eo. l. stipulationum quaedam. Stipulationum aliae iudiciales sunt, aliae praetoriae, aliae conuentionales aliae communes tam praetoriae q̄ iudiciales: de quo. j. eo. l. stipulationū aliae. & Insti. in proprio tit. Et debet esse continuus actus stipulantis & promittentis: & cōminus stipulanti respondere oportet: ut tamen aliquod momentum naturae interuenire possit. Ex stipulatione duae proficiscuntur actiones tam condictio certi, si

Obligatio uerborum.

Stipulationum diuisio.

Actio ex stipulatione

certa sit stipulatio, quia ex stipulatu, si incerta sit: Insti. de uerb. obl. post pri. Quando autem dicatur, certa habetur. j. eod. l. stipulationum quædam certæ. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit: quod prosequere ut Inst. de uerb. obl. §. oīs

De duobus reis constituendis.

In stipulationibus de quibus. s. aliquando plures interueniunt: nam & stipulandi & promittēdi duo plures ue, rei fieri possunt. Plures rei stipulandi sunt, qui ab uno eandē rem insolidum stipulantur, & ipse post omniū interrogationem omnibus promittit puta cum duobus separatim stipulationibus ita promissor respondeat, Vtrique uestrū dare spondeo. Nam si prius Titio spopōderit, deinde alio interrogante spondeat: alia atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei stipulandi esse: Instit. eo. post princ. Plures rei promittēdi sunt, qui eadem stipulatione eandem rem insolidum promiserunt: puta, Meuio decem aureos dare spondes? & Titio. x aureos dare spondes? si respondeam singulis separatim, spondeo: Institu. eo. §. duo. Et dicitur reus stipulandi qui stipulatur, id est interrogat & obligationem sibi acquirit. Qui uero promittit, reus promittendi habetur. j. e. l. i. & capitur hic reus a re, q̄ in stipulationē deducit, nō a reatu: sed alij a re, id est, reatu, alij a re, id ē, ptractu, alii a re, id ē, firmitate, ideo qa efficaciter stipulat, & efficaciter tenetur: ut dicit glo. hic in. l. i. & Insti. eo. in prin. Sic Virgil. v. Aene. Voti reus extaq; falsos.

De stipulatione seruorum

Seruus ex persona domini ius habet stipulandi. Ideo quicquid stipulatur seruus acquiritur domino uiuenti, quomodocunque stipuletur. Eo autem, scilicet domino mortuo acquirit hæreditati iacenti: quia ista uicem personæ defuncti sustinet: Insti. eo. in pri. Sed stipulatio in qua seruus stipulatur factum per se adimplendū, hoc non acquiritur domino. Seruus autem communis simpliciter stipulando acquirit unicuique dominorū, pro rata portione dominij, quod unusquisque in ipso seruo habet. nisi iussu unius, uel nominatim uni, uel talem rem, quæ uni tantum ex eis acquiri potest stipulatus fuerit. j. eod. l. seruus communis.

LIBER XLVI.

Et VIII. huius.

De fideiussoribus, & mandatoribus.

Qvinque sunt modi intercedē di pro alio, seu species psonarū, quæ pro alijs fideiubent, scilicet Fideiussor, qui ante & post obligationem principalis fideiubere potest. Mandator autem ante obligationem principalis tantum. Nisi in uno casu, ut cum mando creditori, ut non urgeat debitorem suum ad soluendum usque ad mensem periculo meo. §. si post. uers. plane. l. si uero non remunerandi. s. mand. Constitutor post obligationem contractam tantum. Et differt a fideiussore in tribus. Primo, quia constitutor nudo pacto obligatur: Insti. de act. § de pecunia. Sed fideiussor solum per stipulationem. l. blanditus. C. eod. Item constitutor potest obligari in alia re quàm principalis: Item citeriori die: sed fideiussor, non, secundum glo. in

d.§.si post.Spõsor uero est,qui sponte & sine rogamine intercedit ꝑ alio præsente principali debitore:qui spõsor etiam habet actionem mãdari.l.qui patitur.ꝯ.mãd.Expromissor est, qui promittit pro alio nõ obligato: uel non solum fideiubet,sed etiam in totum liberat eum:ut cum promittitur domino,ut seruum suum manumittat.l.eleganter.§ seruus pactionis.ꝯ.de dolo. An autem omnes isti habeant beneficium diuisionis, dicit gl.quod sic,in.l.i ꝑsonã.§.i.ꝯ.de pac. Excepto Expromissore,& Fideiussor, quando se obligat ut principalis, & ut fideiussor.Et habent etiã illi aliud beneficium de fideiussoribus, scilicet ut prius conueniat principalis,quam fideiussor, iuxta Auten.præsente.C. eo.Exceptis istis duob⁹ ultimis. hoc dicit gl.in.d.l.in personam.§.i.ꝯ. de pact & gl.in. d.§.si post. & per gl.in Auten.de fideiuss.§ i.col.i. In omnibus autem obligationibus possunt assumi fideiussores. Et appellantur ideo Fideiussores, quia fide sua iubẽt alijs credi. Solent enim Creditores pro eo qui promittit ideo fideiussorem accipere,ut melius sit sibi cautũ: Instit.eo.in princ.Ideo enim præstãtur fideiussores:ut id quod a debitore consequi non posſit, consequatur & exigatur a fideiussore.Inst.de repli. §.si facie.l.Titius.ꝯ. ad Treb. — Fideiussores.

De nouationibus, & delegationibus.

De obligationibus qualiter contrahantur diximus,& earum accessorijs:nunc qualiter tollantur, & primo per nouationem.Et licet nouatio fiat per delegationem,ut.j.e.delegare.Iurisconsultus tamen ponit genus,& speciem:quia maxime tractat de ea nouatione quæ fit per delegationem.sic.C.de ser.& aqua.in rubr. Nouatio autem est prioris debiti in aliam obligationem, uel ciuilem & nãlẽ uel nãlẽ tantũ transfusio,atque translatio:hoc est,cum ex præcedenti causa ita noua constituat,ut prior perimatur.Nouatio enim a nouo nomẽ accepit,& a noua obligatione.j. eod.l.i. Et omnes res quæ possunt subiici dominio nostro, possunt trãsire in nouationem:dummodo sciamus nouationem ita demum fieri,si hoc agatur ut nouetur obligatio. Si uero hoc non agatur,duæ erunt obligationes.j. eo.l.ij. Et generaliter fit nouatio interuentu nouæ personæ liberæ.Et licet forte secunda obligatio non sit efficax,ut quia facta cum pupillo sine tutoris auctoritate.nihilominus tollitur prima iure nouationis.§.præterea Institu.quib. mo. toll.ob.Hodie autem non fit nouatio,nisi expresse dicatur inter partes: Institu.quib.mo.ob.col.§.sed cum. &.C.eod.l.fin.Delegare autem est ui ce sua alium dare reum creditori,uel cui creditor iusserit.Fit autem delegatio uel per stipulationem,uel per litis contestationem infra eodem leg.delegare. — Nouatio. — Delegatio.

De solutionibus & liberationibus.

De nouationibus quæ æquiualent solutionibus dixit.ꝯ. tit.i j l.si rem in fin.Nunc generaliter de solutionibus. Et est solutio rerum,& ita in facto.Liberatio est obligationum, & ita iure tantum. Largissime tamen ponitur solutio alias pro qualibet liberatione infra eodem leg. solutionis. Et singulos casus in hoc — Solutio. — Liberatio.

tit.&C.eod.inuenire magis est labo riosum, quam subtile: ut dicit gl.hic super rubro. Solutione autem eius quod debetur tollitur omnis obligatio, siue principalis, siue accessoria, siue fiat solutio a principali debitore, siue ab alio, etiam inuito debitore, Institut. qui. mod.toll.ob in prin. Fallit in quatuor casibus. Primus est in creditore, uel debitore pupilli: qui cũ fuit dat⁹ tutor tacuit se debitorẽ uel creditorẽ. Nam si est creditor per dit creditum. si est debitor, non liberatur soluendo, si soluit dum administrat. Nam ipsi non possunt esse tutores quia uerisimile est, quòd libros radent, uel lacerabũt rationem ut in Auten.minoris.C.qui da.tu.Secundo si in re soluta deficit aliquod ius ut si soluit rem quæ prius alteri erat obligata.l.si rem meam.j.eod. Vel si soluitur, & de euictione non cauetur.l.sul §.qui fundum.ff. de uerb. ob. Vel quando res promissa reddit in deteriori statu, q̃ fuerit tempore promissionis.ar.l. iij.§. si reddita.ff. commo. Et sic solutione eius quod debetur, scilicet legitime & perfecte facta tollitur obligatio Secus si imperfecte, uel illegitime lege prohibente: uel ratione iuris deficientis in re. Ita intelligitur glo.mag.Insti.qui mod. tol.ob.circa prin.

Qui/b⁹ ca/ ſ.bus solu/tio nõ li/berat

De acceptilationibus.

Accep/tila/tio.

De naturali libertate supra dixit, nunc de ciuili: nã per acceptilationem tollitur obligatio, & sic æquiparatur solutioni. Sed differunt, quia Solutio est uera & realis, quando interuenit: sed Acceptilatio ficta & imaginaria: nec requiritur pecunia numerata in acceptilatione: & ideo nõ potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Sic potest opponi instrumento chirographario.l.si acceptilatio.§.inter.j.Nisi probaretur per accepto ferentem, q̃ spe futuræ numerationis liberauerit, ut dicit Ange.d.§. inter. Est autem Acceptilatio, liberatio per mutuã interrogationẽ, qua utriusq; contingit ab eodem nexu absolutio. l.i.j.eod. Et est imaginaria solutio. Quod enim ex uerborum obligatione Titio debetur: id si uelit Titius remittere poterit sic fieri: ut patiatur hæc uerba debitorem dicere: Quod ego promisi, habes ne acceptum? & Titius rñdeat, Habeo acceptũq; fero. Solæ autem uerborum obligationes acceptilatione tolluntur, & nõ aliæ, nisi in stipulationem deducãtur. Est enim prodita stipulatio quæ uulgo Aquiliana appellatur: per quam stipulationem, contingit omnium rerum obligatio in stipulatum deduci, & eam per acceptilationem tolli. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes: & a Gallo Aquilio ita composita est.§. est autem Insti.quib.mod.tol.oblig.

Aqlia na sti pula/tio.

De prætorijs stipulationibus.

Prætoriarum stipulationum tres uidentur esse species. Iudiciales, cautionales, & cõmunes. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, ut ratum fiat: ut iudicatum solui ex operis noui nuntiatione: Cautionales sunt, q̃ instar actionis habent, & ut fiat nouatio intercedunt ut de legato stipulatio, & de tutela: & ratam rem haberi, & damni infecti. Communes sunt stipulationes, quæ fiunt iudicio sistendi causa. Et omnes stipulationes natura sua sunt cautionales: hoc enim additur

Stipu latio iudi/cialis Cau/tiona lis. Cõis.

In stipulationibus, ut quis cautior sit, & securior, interposita stipulatione Stipulationum prætoriarū quædam sunt quæ satisdationem exigūt quædam nudam repromissionem, quales perpaucæ sunt.j.eo.l.i.§.stipulationum istarum. Et dicūtur Prætoriæ, quia a mero prætoris officio proficiscuntur. Insti de diuis.stipula. §.prætoriæ.

Præ toriæ

Rem pupilli saluam fore, uel adolescentis.

Ista species est prætoriarum stipulationū. Et cauet hac stipulatione pupillo p satisd. Et tenet hac stipulatione tam is, qui tutor est, q̄ qui pro tutore negotia gessit, uel gerit, uel fideiussores eorum.j.l.iiij.§.illud. Et committitur hæc stipulatio tunc demum finita tutela. Et generaliter cōtinuatur hæc materia cum ea.ā. de admini.tut.

Iudicatum solui.

Aliam speciem prætoriæ stipulationis ponit: & fit hæc ante litis contest.ut.s. qui satis.cog.l.de die.§.si seruus. Et olim a quocunque suo uel alieno nomine conuento reali uel personali act. præstabatur. Sed hodie non præstatur ab eo qui suo nomine cōuenitur: ut Insti.de satisd. in prin.&.§ sed hodie. Defensor autē rei præstat, etiam si habeat mandatum: ut.C.de satisda.l i.in.fi & si do minus est præsens, fideiubet p procuratore suo: Inst.de satisda.§.si aliquis. Si absens est ipse procurator inuenit fideiussores.j.eod.l.si ad defendendum. Et continet hæc satisdatio tres clausulas. Primo de defendendo: secūdo de dolo, quod absit. Tertio q iudicatum solui promittat, ut dicit gl. Inst de satisda.§.i.in uerb.satisdationem. Et ab ista ultima macula denominat tota ista satisdatio: ut nomen sit consequens rei: Insti.de don.§.est & aliud.

Rem ratam haberi, & de rati habitione.

Duæ sunt partes huius rubr.ut patet per exempla.j.eod. Vna rem ratā haberi, id est quomodo, & quando quis promittit rem ratam haberi, secundum Irn: Alia de ratihabitione. Et traditur hic una regula, q procurator actoris debet cauere de rato, id est, rem ratam dominum habiturum, si dubitatur de eius mandato.l i.C. de procur.& in.l non solum.§. alieno.eo.tit.ā. Circa quod ponūtur tres casus: quia si constat eum habere mandatum, non cauet de rato. Aut constat eum non habere, & tunc nō admittitur etiam cū cautione rati: nisi sit coniuncta persona, uel ualde amicus.l. sed & hæ. in princi.ā. de procur.& tunc cum cautione rati.l. Pomponius.in fin.eo. titulo.uel pro festinanti perire: id est, pro eo contra quem lata est sententia mortis. Nam quilibet admittitur, etiam sine mandato, ad defendendum eum, eo etiā inuito.l.non tantum.j. de appel.uel pro recuperāda possessione absentis, & spoliati.l.i.C. si per uim uel alio modo. secundum Bart. in.d.§. si alieno. Si autem dubitatur de mandato, & dicitur dubium negatione: ut uoluit glo in.l.i.C.de his qui ad lib. proclа.uel quando procurator docet de suo mandato per unum testem: uel producit mandatum contra quod opponitur, uel producit literas cum

sigillo iuxta l. si procuratorem.§. de procura.tunc ad supplementum admittitur cum cautione de rato:quod uerũ est in procuratore simplici, sed in procuratore in rem suam non admittitur, nisi plene doceat de mandato.l. non solum.§. qui alieno.§. de procura.ubi Bartol.& Bald.& glo.in uerb habituum.in.§.sinautem.Inst. de satisda.& gloss.in.c.i.de procura. De Ratihabitione autem habetur in regula, ratihabitione.& regula,ratuȝ. de regu.iu.lib.vj.

LIBER XLVII.

Et IX. huius.

De priuatis delictis.

Delictum priuatum. CVm sit expositum superioribus libris de obligationibus ex contractu, uel quasi:sequitur de obligationibus ex delicto.Omne autem delictuȝ aut publicum est, aut priuatum:id est.postremum est, quo ad interesse nostrum priuatim agimus,nobisq; aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos cõmisso petimus. Et nascitur ista obligatio ex re ipsa,id est,ex maleficio,ue luti ex furto rapina,damno, iniuria, quæ singula qualia sunt suis locis dispiciemus. Et circa ista delicta traduntur certæ regulæ. Vna.ꝙ in omnibus actionibus quæ ex delicto oriuntur, siue ciuiles sint.ut actio legis Aquiliæ, & furti non manifesti, siue honorariæ,id est.prætoriæ:ut actio ui bon. rap.& actio furti manifesti: hoc placet,ut noxa caput sequatur.j.l.i.in.fi. & Insti de noxa §.sunt autem.Secunda regula: Nunquaȝ plura delicta concurrentia,etiam in eundẽ hominem, Regulæ circa delicta. & eandem rem:ex diuersis tamen factis,faciunt ut ullius impunitas det. Neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam.j.l.ij.in princ. cuius regulæ octo exempla ibi secundum ordinem ponuntur. Tertia regula: Quicunque actionem pro priuato delicto intendit ciuiliter, id est pro interesse suo,non tenetur se subscribere,si ordinario iure utitur:si extra ordinem eius rei pœnam exercere uelit.id est, accusationem ut pœna imponatur: & sic ad uindictam tunc subscribere eum crimen oportebit.l.fi.j eod.de subscriptione autem intelligo ut.j.de accu.l.libellorum.

De furtis.

Furtum a furuo,quod est nigrum dictum Labeo ait:eo ꝙ clam,& obscure fiat, & plerunque nocte: uel a fraude,ut Sabinus ait: uel a ferendo, id est,auferendo, sibi enim affert & alijs aufert: uel a Græco sermone ἀπὸ τοῦ φέρειν Græci.n.a ferendo φῶρας dixerunt fures. Est autẽ furtũ contrectatio rei alienæ inuito domino fraudolosa, lucri faciendi gr͞a: uel ipsius rei uel etiã usus ei⁹,uel possessionis suæ:quod lege nãli.id est,diuina, prohibitum est admittere.j.eod.l.i. in fi.& Insti.de ob.quæ ex ma.§. furtum.Furtorum genera duo sunt:Manifestum, & Nec manifestũ: fur manifestus quem Græci, συμφῶρα appellant:hoc est eũ,qui deprehenditur cum furto: & parui refert a quo deprehendatur,utrum ab eo , cuius res fuit,an ab alio.Nec manifestum furtum quid sit apparet.nam quod manifestum non est,hoc sine dubio nec manifestum est.j.eod.l.nec manifestum. Ad hoc autem ꝙ detur actio Furtũ manifestũ Nec manifestũ.

furti, ista requiruntur, quæ his uersibus continentur. Versus: Actio non dabitur nisi mobile, si audet alienum. Asportet domino inuito, fur lucra secutus: ut patet ex distinctione supra posita.

De tigno iniuncto.

De furto in genere dixit: Sed quia immittere tignum alienum suis domibus, est species furti, ideo de hoc lex. xij. tab. neque soluere permittit tignum furtiuum ædibus, uel uineis iniunctum, neque uendicare. Et prouidenter quidem in hoc lex effecit, ne uel ædificia sub hoc prætextu diruantur, uel uinearum culturæ turbentur. Sed in eum qui conuictus est iniunxisse in duplum dat actionem: ut. ß. de acq. rer. do. l. cum in suo. & Instit. de rer. diui. §. cum in suo. Tigni appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificiū constat, uineæq; necessaria. Vnde & tegulam, & lapidem, & testam, cæteraq; si qua ædificijs sunt utilia, tignum appellant. Tigna enim a tegendo dicta sunt. j. de uerb. sig. l. tigni. & ß. ad exhib. gemma. §. tigni. imo & calx, & arena, tigni appellatione cōtinentur. Et omnia necessaria in uineis puta perticæ, quæ ponuntur in longum, ut uites sustententur: & pedamenta, quæ figuntur in terram. j. eod. l. i. §. hoc amplius.

Tignū.

Si quis testamento liber esse iussus fuerit: & post mortem domini ante aditam hæreditatem surripuisse, aut corripuisse quid dicatur.

Supra de furtis in genere, a quacunque persona perpetratis, habuimus. & in quacunque re mobili, & postea de quodam speciali furto tigni iniuncti: sequitur uidere modo de quodam alio. Et nota, quòd ista rubrica secundum glos. nostram nō ponitur materialiter, sed significatiue: & ponit uerba edicti prætoris habentia plenum intellectum, uel ponit casum totius tituli. Vnde quod sequitur in nigro, est commentatio rubricæ. Pœna delinquentis contra hunc titulum, est intra annum utilem in duplum: & de hoc etiam. ß. de man. test. l. Titia § penul. Et habet hæc actio in factum naturalem potius, quàm ciuilem in se æquitatem. Si quidem ciuilis deficit actio. Sed natura æquum est non esse impunitum eum, qui hac spe audacior factus est: quia neque ut seruum se coerceri posse intelligit, spe eminentis libertatis: neque ut liberum damnari, quia hæreditati furtum fecit. j. eod. l. i. §. i.

Seru[s] faciēs furtū hære di.

Furti aduersus nautas, caupones, & stabularios.

Differentiam inter hunc titu. & ß. nau. caup. stabul. notauimus ibi. In eos igitur qui naues, cauponas, stabula, exercebunt: si quid a quoquam eorum, quos, quas ue ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, iudicium datur: siue furtum ope & consilio exercitoris factum sit, siue eorum culpa, qui in ea naui nauigandi causa essent. Nauigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur ut nauis nauiget, hoc est, nautas. Et in duplum actio est: cum enim in caupona, uel naui, res perierit, ex edicto prætoris obligatur exercitor nauis, uel caupo: ita ut in pote

state sit eius, cuius res surrepta est utrum malit cum exercitore honorario iure, an cum fure iure ciuili experiri. Et ratio huius edicti est, quia aliquatenus culpæ reus est, qui opera malorum hominũ uteretur: ideo quasi ex maleficio teneri uidetur. Insti. de oblig. ex quasi male. §. fi. & .j. eod. l. i. §. penul.

Si familia furtum fecisse dicatur.

Vtilissimum id edictum prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorũ: uidelicet ne cum plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium si omnes noxæ dedere, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc edicto, ut si quidem uelit addicere noxios seruos, possit omnes dedere qui participauerunt furtum. Enimuero si maluerit æstimationem offerre, tantum offerat, quantum si unus liber homo furtũ fecisset, & retineat familiam suam. Hæc autem facultas datur domino, cum eo ignorante furtum factum est. Sed si sciente eo non datur ei hæc facultas. Is autem intelligitur scire, qui scit, & potuit prohibere.

Arborum furtim cæsarum.

Si furtim arbores cæsæ sint, datur actio ex lege Aquilia & ex leg. xij. tab. sed iudex in posteriorem deducat id, quod ex prima consecutus sit & ex reliquo condemnet eum. Et omnes qui arbores, & maxime qui uites ceciderint si criminaliter conueniantur etiam tanquam latrones puniri debent. .j. eod. l. iij. Et appellatione Arbors cõtinetur uitis, hederæ, harundines, & salictum Cædere, est non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa. Cingere est de deglabrare: Subsecare, est subsecuisse. Huius actionis eadẽ cã est quæ est legis Aquiliæ. .j. eod. l. cedere. Et dicuntur arbores furtim cæsæ, quæ ignorante domino, celandiq; eius causa ceduntur.

Arboris appellatio.

Cæsio. Cedere Cigere Subsecare.

Vi bonorum raptorum.

Ista est secũda obligatio ex maleficio, uel delicto priuato. Qui enim res alienas rapit, tenetur quidem etiã furti: quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quam qui ui rapit? Ideo recte dictum est, eum improbum furem esse. Sed tamen propriam actionem eius delicti prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum. Et est intra annum quadrupli, post annum uero simpli. Et licet in plurali loquatur tamen etiam qui unam rem, licet minimam rapuit, ea tenet: Institu. eod. in pri. & .j. l. ij. ubi ponitur uerba huius edicti Differt autem Raptor a Fure solo animo: ut si erat animus ei palam & per uim auferendi, licet ibi neminem inueniat, tamen est raptor. l. iij. .j. de ui pri. Sed Fur est, qui habet animum ut faciat clam, licet interdũ deprehendatur ex qua deprehensione efficitur manifestus: arg. ex etymologia uocabuli. ff. de fur. l. j. ibi furuo, id est, nigro.

Raptor. Fur.

De incendio, ruina, naufragio, naue expugnata.

Huius edicti utilitas euidens est, & iustissima seueritas: Si quidem publice interest, nihil rapi ex huiusmodi casibus. Ex quanquam sint de his facinoribus

cinoribus etiã criminum executio/nes: attamen recte prætor fecerit qui forenses quoq; actiones criminibus istis pposuit. Verba edicti hæc sunt In eum qui ex incendio, ruina, nau/fraugio, rate, nau&q; expugnata quid rapuisse, recepisse dolo malo damni ue quid in his rebus dedisse dicetur in quadruplum in anno, quo primũ de ea re experiundi potestas fuerit. post annum in simplum iudiciũ da/bo. Item in seruum & familiam no/xale iudicium dabo. Ex incendio ra/pi dicitur, quod propter incendium, hoc est, propter tumultum incendii, uel propter trepidationem incendii rapitur, quemadmodum solemus di cere in bello amissum. quod propter causam belli amittitur. Ruinæ appel latio refertur ad id tẽpus, quo ruina fit: non tantum si ex his quæ ruerẽt tulerit quis, sed etiam si ex adiacenti/bus. j. l. j. §. item ruinæ. Ex naufragio rapere dicitur non solum, si quis eo tempore tulerit quo naufragium fit, sed etiam si alio tempore tulerit, hoc est, etiam post naufragium. Nanq; res ex naufragio etiam hæ esse dicun tur, quæ in litore post naufragium iacent. Expugnare nauem uidet. qui in ipso quasi prælio & pugna aduer sus nauem & ratem aliquid rapit: si/ue ipse expugnet, siue prædonibus expugnantibus rapiat. Expugnat na uis, cũ, spoliat. aut mergit aut dissol/uit, aut pertunditur, id est, perfora/tur, aut funes eius perscinduntur, aut uela conscinduntur, aut anchoræ inuoluantur, id est, subtrahantur de mari.

Rapere ex in/cẽdio

Ruina

Nau/fra/gio.

Expu/gnare nauẽ

De iniuriis, & famosis libellis

Iniuria ex eo dicta, quod non iure fiat omne enim quod non iure fit, gene/raliter iniuria fieri dicitur. Specialiter autem Iniuria dicitur contumelia, & sic accipitur hoc titulo. Interdum autem iniuriæ appellatione damnũ culpa datum significatur: ut in lege Aquilia dicere solemus. §. ad legem aquil. l. sed & si quæcunque. §. i. Inter dum iniquitatem iniuriam dicimus nam cũ quis inique uel iniuste sentẽ tiam dixit ex eo iniuriam facere dici tur: quod iure & iustitia caret, quasi non iuriam. Contumeliam autem a contẽnendo dicimus. Iniuria aut re, aut uerbis fit. Re, quoties manus infe runt. uerbis aũt quoties nõ inferun/tur, ut cũ conuicium fit. j. eod. l. itẽ apud Labeonem. §. conuicium. Dici/tur etiam iniuria fieri literis, ut per li/bellum uel carmen famosum. Nam si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit ediderit, dolo ue malo fecerit q̃ quid eorum fieret, etiam si alterius nomi/ne ediderit uel sine nomine: uoluit se natus, uti, de ea re agere liceret illi, ad cuius iniuriam factus est. Et si con demnatus sit qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur. l. lex Cornelia. §. si quis librum. j. eo. Potest etiam ta/lis criminaliter accusari, & imponi/tur pœna capitalis. C. de fam. lib. l. i.

Cõtu melia

Libel lus fa mo/sus.

De extraordinariis criminibus.

Supra de priuatis & nominatis, nunc de innominatis secũdum Azo. Vel sic secundum Rog. de priuatis de lictis ex quibus etiam ciuiles nascun tur actiones, posuimus supra, dictu/ri infra de his criminibus, ex quibus solæ criminales oriuntur actiones, & publicæ, ordinariamq; pœnam irrogantes: præmittimus de his cri

minib9 ex q̃bus sunt executiones criminales & extraordinariae. Sollicitatores itaque alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores. etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter uoluntatem tamen perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur. Item si quis contra bonos mores iniuriã faciat, ut si fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obliniuerit: aq̃s spurcauerit. fistulas, lacus aut quid aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, in quos grauiter animaduerti solet. l.i. in prin. j.eo. Sunt & alii multi casus quibus iudex ob commissum crimen poenam extraordinariam, id est, pro qualitate criminis, iuxta motũ animi sui imponit. Et dicitur Extra ordinẽ imponere poenam: quia non est ordinaria, & statuta poena in iure pro his: sed iudex ex bono & aequo arbitrabit quid facto opus sit. j. l. saecularii. §. sunt quaedam.

Crimina extra ordinaria

De sepulcro uiolato.

Sepulcri uiolati actio infamiã irrogat facta ex ea cõdẽnatione. Si igitur sepulcra q̃s diruat sine iudicis auctoritate, cessat aquilia: erit tamẽ agendum Quod ui aut clam. & sic ad opus restituendum. Et idem de statua quae de monumento euulsa est. Verba edicti haec sunt: Cuius dolo malo sepulcrum uiolatum esse dicetur: in eum in factum iudicium dabo: ut ei ad quem pertineat, quantitate. quanti ob eam rem aequum esse uidebitur, condemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, siue agere nollet, quicunq; agere uolet, ei cẽtum aureorum actionem dabo. Si plures agere uolent, cuius iustissima causa esse uidebitur, ei agendi potestatem faciam. Si quis in sepulcro uiolato dolo malo habitaue rit: aedificium ue aliud, quã quod sepulcri causa factum sit, habuerit: in eum si quis agere eo nomine uolet. ducentorum aureorum iudicium dabo. Sepulcri appellatione omnis locus sepulturae continetur. l. iij. §. prima uerba. Et fit condemnatio in hac actione quatenus interest, scilicet ex iniuria quae facta est. Item ex lucro eius qui uiolauit, uel ex danno quod contigerit: uel ex temeritate eius, qui fecit. Nũquam tamen minoris debent condẽnari, quam solent extraneo agente: quod est centum aureorum contra uiolantem: item cc. contra habitantem. l. iij. §. qui de sepulcri.

Sepulcrum uiolatum. Statua.

Sepulcri appel.

De concussionibus.

Concussionis iudicium, publicum non est regulariter. Si autem quis pecuniã acceperit, quod crimen minatus sit potest publicum iudicium esse ex Senatusconsultis quibus poena legis Corneliae teneri iubentur, qui in accusationẽ innocentium coierint: uel qui ob accusandũ, uel non accusandum denũtiandũ uel nõ denũtiandum testimonium. pecuniam acceperint. l. ij. j. eod. Est ergo priuatum crimen ut tantum ille, qui passus est concussionem. possit etiam criminaliter accusare. Et dicitur Concussionis crimen, cũ alicui terror incutit ali cuius mali futuri: puta si minister praesidis dixit q̃ praesidis iussu debebat aliquẽ capere: & nõ dixit uerũ, sed propter hõc timorẽ aliquid fuit ei datum: ut faciunt nunc ministri ciuitatum saepe, secundum glo. in. l. i. j. eo. Tales tenentur hoc crimine, ut hic: item crimine falsi, ut. j. e. l. ij. &. j. de

Cõcussionis crimẽ

Concussionis poenae.

fal.l.j.§.j. & lege Iulia repe.j.ad l. Iul.repe.l.eadẽ.Itẽ.l. Rhemia,si accepit ut non accusaret.j.ad Turp.l.j.in princ. Item edicto de calumniatoribus.ā.de calũ.l.i.§.i.ita dicit glo.fin. j.l.ii.

De abigeis.

Abigei cum durissime puniuntur ad gladium damnari solent. Puniuntur autem durissime non ubiq;, sed ubi frequentius est id genus maleficii. Alioquin & in opus nonnunquam temporarium dantur. Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, uel armẽtis subtrahunt & quodam modo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos de armentis, uel oues de gregibus abducentes. Et dicuntur Abigei, ab abigendo: abigunt enim & abducunt pecora. Sed si minus quam decem oues, aut quatuor uel quinque porci abducti, & abacti sunt non Abigeatus, sed Furtũ est.l.fi.j.e. nisi ut artem hoc exerceant: puta sæpe unum, uel alterum pecus surripuit.j.l.fin.§.qui sæpius.

De præuaricationibus.

Præuaricator est, quasi uaricator qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua: quod nomen Labeo a uaria certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur ex utraq; parte consistit quinimmo ex altera potius, quia præualet animus. Is autẽ Præuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusauerit, fictitie admittendo falsas defensiones, & bonas probationes dissimulãdo.j.ad Turp.l.i. § præuaricationem. Cæterum aduocatus non proprie præuaricator dicitur, & ideo extra ordinem solet puniri, siue publico, siue priuato iudicio præuaricatus sit, aut cãs prodiderit. C.de aduo.diuer.iud.l.j.&.j.l.i.in.fi. Hodie autẽ his, qui præuaricati sunt ꝓpria uel abusiua præuaricatione pœna iniungitur extraordinaria.j.l.ij.& infamia:ut.j.l.si is.

De receptatoribus.

Receptatorũ pessimum genus est sine quibus latere nemo diu posset. Ideo præcipitur, ut perinde puniantur sicut latrones. Imo decem annis a sua terra debent exulare, licet receptus aliter erat puniendus.ā.de abig. l.fi.in fi.pari etiã causa habendi sunt qui cum apprehendere latrones possent pecunia accepta, uel parte surreptorum, dimiserint.l.j.in fi.j.eo. Ratione autem sanguinis & cognationis mitius agitur cum receptatoribus, qui neq; absoluendi neq; seuere admodum puniẽdi sunt. Non enim par est eorum delictum, & eorũ qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.j.l.fi.

De furibus balneariis.

Fures balnearii dicũtur, qui in balneis furantur: tales extra ordinem audiendi sunt, & cã cognita puniendi: dummodo sciamus in pœnam eorũ operis publici temporarii modum non egrediendum. Idē est in nocturnis furibus. Sed si telo se fures defendunt, uel effractores uel cæteri his similes, nec quenquam percusserunt, metalli pœna: uel honestiores relegationis pœna afficiendi erunt.j.l.j. in fi.Sz si interdiu, id est, diurno tẽpore furtũ fecerint, ad ius ordinariũ remittẽdi sunt: ut ciuiliter cõtra eos agaf in duplũ, uel quadruplũ, ut.ā.de

poena delic. in fi. quia mitius talis punitur, quã nocturnus. Sic & alias est inter eos differentia. ff. ad legem aquil. l. ieaq;. &. ff. de ficca. l. furem. Miles autem si in balneario furto deprendit ur, remittitur a militia ignominio se. ff. l. fi.

De effractoribus, & expilatoribus.

Effractores carcerum. De his qui carcere effracto euaserunt, sumendum supplicium diui fratres rescripserunt: hi etiam qui de carcere eruperunt, id est, qui fugerunt erupto carcere. Siue effractis foribus id est, ostiis domus, ubi erant in captiuitate. Siue conspiratione cum cæteris, qui in eadẽ custodia erant, capite puniendi sunt. Sed si per negligẽtiã custodum euaserunt, mitius puniendi: Expilatores. Expilatores hæreditatum, qui sunt atrociores quam fures, in opus publicũ uel ppetuũ uel tẽporariũ dari solent: honestioribus autẽ nulla specialis poena imposita est. Idcirco causa cognita liberum erit arbitrium iudici statuendi. Simili modo & Saccularii, qui uetitas in sacculis artes exercentes, partem subducunt, partẽ Detractarii, ul' Directarii. subtrahunt. ff. de extraord. cri. l. saccularii. & Detractarii (alias Directarii) hoc est, qui in aliena coenacula se dirigunt furandi animo, erunt puniendi. Item Effractores, qui effringunt, ut surripiant. in hos & cæteros simi les causa cognita statui debet prout admissum suggerit. In effractores uarie aiaduerti'. nã quidam effringunt Nocturni. ut euadant: & tunc maior poena. ff. l. i. in princ. Quidam sunt nocturni effractores ut surripiant, & tales atrociores sunt quam diurni: & ideo hi Diurni. fustibus cæsi in metallum damnnantur. Diurni uero effractores causa furripiendi post fustium castigationem in opus perpetuum uel temporariũ dandi sunt. ff. l. ij.

De crimine expilatæ hæreditatis.

Ex hoc crimine non datur actio ciuilis, quod nõ ẽ in aliis criminibus, ut dicit gl. ff. l. i. Si qs igitur alienã hæreditatẽ expilauerit, id ẽ expoliauerit ul' surripuerit ex ea, extra ordinẽ solet coerceri per accusationem expilatæ hæreditatis, & ideo extra ordinem auditur: quia cum furti agi non possit, quia hæreditati non fit furtum. ff. l. fi. & sic non datur ordinarium remedium, solum superest extraordinarium, id est, auxilium præsidis. Et locum habet istud crimen, quando quis alienam hæreditatem expilat, si hæreditas nõdum sit adita: uel etiã adita, sed res ab hærede nondũ sunt Expilare hæreditatem. apprehensæ: uel ab alio. ff. l. ij. Et denegatur huius criminis accusatio contra eos, qui furti conueniri non possunt: & ideo uec uxor, quæ socia diuinæ & humanæ domus suscipitur ab hæredibus mariti, de eo crimine Vxor non committit furtũ. accusari non potest. l. uxor. ff. eo. Sed conuenitur rei uend. & ad exhiben. & tenebitur de fructibus perceptis, & percipiendis, & consumptis mala fide. C. eo. l. aduersus.

Crimen stellionatus.

Stellionatus iudicium famosum Stellionatus crimẽ. quidem non est, sed coertionem extraordinariam habet. ff. l. ij. & dicitur Stellionatus ab animali quodam reptili, quod est serpenti simile uel lacertæ, habens uarias & diuersas in modum stellarum maculas uenenatas: hinc stellionatus crimen, id est, uariũ diuersisq; coloribus & maculis asper

sum: de hoc glo. ſ. l. ij. Est ergo accuſandus crimine ſtellionatus, qui uarietatis & mendacii reus eſt. Locum habet accuſatio ex hoc crimine, quãdo deficiente alia ſpeciali accuſatione, æquum eſt alicui ſubueniri contra delinquentem. Sicut enim in pecuniaria cauſa datur actio de dolo in ſubſidium: ita & in criminibus ubicunq; titulus deficit criminis, hoc crimen ſtellionatus obiicitur: & dolo interpoſito tantum, locum habet huius criminis accuſatio: & poſſunt poni exempla, ut ſi rem obligatam quaſi non obligatam uendo, permuto, uel inſolidum do, uel etiam obligo, ubi erat primo obligata. Item ſi quis impoſturam facit, id eſt bonis uiris mẽdacia imponit, uel ſi fecit colluſionẽ in necẽ alterius, ſ. l. iij. §. i. ij. & iij. Pœna aũt ſtellio natus nulla legitima eſt, cũ nec crimẽ legitimũ id eſt, ordinarium: & ideo extra ordinem pœna infligitur. ſ. l. iij. §. pœna.

Impoſtura.

Pœna ſtell.

De termino moto.

Terminus dicitur finis, uel limes diſtinguẽs cõfinia agrorũ: hinc Virg. xii. Aene. Limes erat poſitus litem ut diſcerneret agri. c. forus. de uerb. ſig. Dicit itaq; motus terminus, ſi lapis ille terminalis, & limes amoueatur a priori & uetuſto loco. Et eſt peſſimum factum eorum, qui terminos finium cauſa poſitos protulerint, id eſt, ultra debitum finem poſuerint. Et licet ex legibus agrariis olim uaria pœna his impoſita fuerit. hodie tamen modum pœnæ ex conditione perſonæ & mente facientis ſtatui oportet. ſ. l. ij. § j. Terminorum itaq; ſcienter auulſorum non erat olim mulcta pecuniaria: ſed pro conditione admittentium perſonali coertione tranſigendum eſt. ſ. l. j.

De collegiis illicitis, & corporibus.

Collegium dicitur eorum qui ſimul cohabitent, quia ſimul colligũt uel colliguntur. & tres conſtituunt collegium ſ. de uerb. ſignifica. l. Neratius. Cum itaq; plures ſimul collecti cohabitant, corpus conſtituere dicũtur, quod corpus collegii uel uniuerſitatis apellatur. Sunt autem, omnia collegia illicita, niſi quæ probantur licita, id eſt, a principe conceſſa uel admiſſa. ſ. l. ſi. §. in ſumma. & C. de hære. inſti. l. collegium principales autem cõſtitutiones præcipiunt ne patiantur eſſe collegia ſodalitia: ne ue milites collegia in caſtris habeant. Sed religionis cauſa coire non prohibẽtur. Imo nec religionum collegia noua incõſulto Romano pontiſice fieri poſſunt. c. ſi. de reli. do. & eo. ti. c. j. lib. vj. Qui autem illicitum collegium uſurpauerint, ea pœna tenentur, qua tenentur hi, qui hominibus armatis loca publica, uel templa occupaſſe iudicati ſunt, id eſt, maieſtatis. ſ. l. ij. & ſ. ad leg. Iul. ma. l. i.

Illicitũ collegiũ

De popularibus actionibus.

Popularem actionem dicimus, quæ ſuum ius, id eſt, proprium populi tuetur, ut in albo corrupto. ã. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id. & in actione in factum. de deiec. & effu. l. ſi uero. §. hæc autem. Et regulariter Populares dicuntur actiones, quæ non ſunt rei familiaris perſecutoriæ: ſed ex æquo & bono extrinſecus ad uindictã propoſitæ ſunt, qualis eſt actio ſepulchri uiolati l. iij. §. fin. de ſepul. uio. Item actio liberi hominis occiſi,

uel uulnerati.ff.de deiec.& effu.l si ue ro.§.hæc autem actio item pro eo quod positum est in subgrunda, uel protecto, ul' meniano, uel pgula.d.l.si uero.§.prætor & omnes aliæ actiones in factum, quæ redduntur hodie loco interdictorum proditorum de rebus publicis, populares sunt.ff.ne quid in loco pub.l.ij.§.hoc interdictum. Et ideo cuilibet de populo conceduntur, cum prætoris tamen indagine.j.l.ij. Sane secundum R. popularis actio dicitur, quæ cuiuis ex populo datur. Cum uero priuatum sit crimen quod obijcitur, ti duntaxat intendere licet, cuius interest: nõ propter pecuniam exigendam: sed propter pœnam corporalem infligendam: pecuniaria uero petitio si competat, cuilibet de populo datur: inspecta persona quæ ad agendũ admittitur: cuius opinionis & an sit idoneior: uel cuius intersit principaliter q̃ ipsa fieri desiderat. ita dicit gl. hic super rubro. Sẽper enim is cuius interest præfertur in popularibus actionibus.j.l.iij. in fi. Omnes quoq; populares actiones neq; in hæredes dantur, neque supra annum extenduntur.j.l. finali.

LIBER XLVIII.

Ex x. huius.

De publicis iudiciis.

De accusationibus quæ pecuniariter mouentur supra dictum est. Item quid de priuatis criminibus ut furto, iniuria, rapina. Verum quia quandoq; fiũt de criminibus accusationes, & inscriptiones, ponit primo de criminibus publicis, & quæ sint. Et exponitur Publicis iudiciis, id est, legibus publicorum iudiciorum accusationibus publicorum iudiciorum: quorum accusatio est terribilis ad uindictam, & publica, id est, populica, siue popularis. ut Insti. eo. in prin. quamuis quandoque idoneior admittatur, ut diximus ff. tit. proxi. Et est hic liber terribilis ut dicit text. C. de uec. iur. enu. l. ij. §. septimus. Non autem omnia iudicia, in quibus crimen uertitur, publica sunt: sed ea tantum quæ ex legibus iudiciorum publicorum ueniunt: ut, Iulia maie. Iulia de adul. Cornelia de sica. & ueneficis. Pompeia de parrici. Iulia peculatus, Corne. de testamentis, Iulia de ui pub. Iulia de ui priua. Iulia ambitus, Iulia repetun. Iulia de annona. Et dicitur tribus modis Publicum: uno modo largissime, ut omne iudicium quod fit ad uindictam, siue ad utilitatem publicam, dicitur publicum: ita accipitur in. l. interdictũ j. eo. l. & licitatio. §. quod illicite. ff. de pub. & uect. Alio modo dicitur large, quando quilibet de populo potest accusare. Ita accipitur Insti. de suspec. tu. §. consequens. Circa hoc dat Barto. in l. i. j. eod. unam regulam, ꝙ omne iudicium quod non respicit offensam certæ personæ principaliter, de illo potest accusare quilibet de populo. Exemplum: dicit statutum Basiliense, summa ratione, ac singularis religionis intuitu hoc anno factum, una duraturum: quod si quis iurauerit per corpus Christi, aut eius membra, soluat quinq; solidos. Istud non respicit offensam certæ personæ principaliter, sed malos mores, ideo quilibet potest accusare. ita loquitur lex, senatus. ff. de in

Publica iudicia

tur. Tertio accipitur publicum iudicium stricte: & ita accipitur in toto isto titulo. j. l. i. Et ista sunt iudicia, ex quibus damnatus statim efficitur infamis. l. j. ß. de his qui no. infa. Vnde non sequitur, quilibet, accusare potest, ergo est publicum iudicium prout accipitur hic, ut fiat infamis: & sic stricte publicum iudicium. & ita sentit Azo in sum. huius tit. Publicorum iudiciorũ quędã capitalia sunt, quædã non capitalia. Capitalia sunt ex quibus pœna mors, aut exilium est: hoc est, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximit caput de ciuitate. Nam cætera non exilia. sed relegationes proprie dicuntur: tunc enim & ciuitas retinet. Nõ capitalia sunt ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est.

Capitale, alia.

Non capit.

De accusationibus & inscriptionibus.

Dictum est de his, qui ad accusationem admittuntur: nunc de accusationibus Est autem Accusatio nihil aliud, quam reum criminis per libellum deferre, uel facere ad uindictã ut colligitur. C e. l. cum rationibus. & l. qui ignorat. l. si quis ex famil. & ß. eod. l. libellorum. & de priua. delic. ß. l. ult. Et est accusator necessarius ubicunq; criminis uel delicti accusatio est admissa in publico, uel priuato crimine. C. eod. l. ulti. & . j. eod. l. si cui. & ubicunq; de honore adimendo tractatur. j. de mun. & hon. l. rescripto. §. si quis. Tribus enim modis proceditur super crimine. per accusationẽ. s. inquisitionem & denunciationem & sicut isti modi sunt inter se diuersi, & ad diuersum finem tẽdunt: ita & diuersimode instituuntur, & exercentur. ut in extrauag. ad reprimendum. quomodo contra cri. læs. maie. proc. coll. xi. Vnde in eis traditur talis regula: Sicut accusationem præcedere debet inscriptio, ita & inquisitionem fama, & denunciationem fraterna monitio ut in c. qualiter & quando. titul. de accu. & in. c. licet Heli. de simo. Qui ergo ad accusandum aliquem de crimine procedit, debet se inscribere, id est, adscribere solenniter, ad pœnam talionis, quæ ta lis est, ut si ille in accusatione defecerit, quod eandem pœnam sufferat, & sustineat, quam sustinere debuisset, is quem accusare uolebat, & puniri. l. fin. C. eodtit. Et debet accusationem suam tradere in scriptis cum inscriptione nominis accusantis, & accusati, & crimine, & mense quo commissum est crimen, & loco admissi criminis, & consulibus sub quibus est admissum. j. eod. libellorũ. in princ. & in autent. de exhib. reis. §. suscepto. Oblato autem libello, dabitur dilatio ad deliberandũ xx. dierũ. Deliberatione facta cõparet dẽ accusator & accusatus, & lis ptestari, atque opponi exceptiones accusanti: si quæ reo competãt. Quod si non fiat. & ex interuallo, post litem contra eas opponat: non potest: quia lite contest. recipitur non men accusati inter reos, uel statim, uel postea incontinenti. C. ad. l. Iul. de adul. l. adulteram. & in. l si maritus. §. præscriptione. eod. tit. ff. postmodum probationem apertam debet accusator in causa producere ut nõ emendicatis suffragiis decretorum, uel relationum credat iudex. C. de prob. scitam. C. e. sing.

Accusatio.

Accusator.

Inscribere.

De custodia, & exhibitione reorũ.

De custodia reorum iudex æstimare solet, utrum in carcerem sit recipienda persona accusata, uel non: & cum tali distinctione: Aut accusatus confitetur de crimine: & tunc ponendus est in carcere. j. l. si confessus. & ex tunc cito condemnetur, ut tamen iterum, & iterum confiteatur. C. eo. l. si in ea. &. l. fi. Aut diffitetur, & tunc aut est graue scelus: & ponitur in carcerem. j. eo. diuus. & interim custodiatur secundum formã, quæ habetur. C. eo. l. i. quoniam si uero non adeo greue est crimen, cõmittitur alias custodiendus: & maxime si fideiussores dat: quia non est in uincula coniiciendus is, qui fideiussores dare paratus sit, nisi ualde graue scelus admiserit: ut in. l. diuus pius. j. eo. potest igitur iudex pro criminis quod obiicitur accusato qualitate, uel propter honorem quem habet accusatus, uel propter amplissimas facultates, uel pro innocentia personæ, quia talis est persona quæ prima facie uidetur, & præsumitur innocens, uel pro dignitate eius qui accusatur, facere talem exhibitionem quando scelus non est graue. Quando autem graue est, tunc mittitur semper in carcerem. Masculi autem tantum recipiuntur in carcere, & recepti diligenter custodiendi sunt a stratoribus, qui eis sternunt lectos. & ministris eorũ: & a cõmentariensibus, qui comitantur captiuos, & eorum habent custodiam & obseruationem. Et cum humanitate quadam isti omnes debent tractare incarceratos, nec debent accusatoribus crudelitatem suam uendere pretio: uel gratia affligendi incarceratos fame, uel angustia, uel siti, uel longa tabe, subtrahendo eos audientiæ: quia neminem audiunt, & a nemine audiuntur clamantes. Si autem contra hæc fecerint. iudex debet eis infligere capitalẽ pœnã: alioquin infamatur iudex & periculum subibit pro motu superioris iudicis. Si autem incarceratus euasit de custodia, patitur custos eandem pœnam, quam pateretur carceratus. C. eod. l. ad cõmentarienses. nisi custos probauerit, incarceratum euasisse casu fortuito. j. eod. l. ulti.

Ad legem Iuliam maiestatis.

Proximum sacrilegio crimen est quod Maiestatis dicitur. Est autem crimen læsæ maiestatis ubicunque quis aduersus populum Romanum, id est, aduersus principem, & eius securitatem committitur: ubi contra urbem aliquid molitur. uel ꝙ profugit ad hostes, uel ꝙ hostes qualitercũque iuuat, uel armis, uel pecunia, uel consilio, uel ꝙ subiectas ꝓuincias mittitur facere rebelles, uel quod seditionem mouet in ciuitate, uel ꝙ magistratus occidantur, uel princeps, uel qui circa latus eius militant, uel ꝙ arma sumit, uel occupat loca contra Remp. Et dicitur Lex Iulia, quia a Iulio inuẽta: Maiestatis autẽ, quia summa maiestas & imperium, uel potestas lædi tur: pœna autem committentium hoc crimen est ut habetur in. l. eorũ. iuncta g'o. j eo. Et appellatur hoc crimen Perduellionis, quia probatio huius criminis, ut quidam dicunt, per duellum admittebatur, & non in alio casu Alii dicunt, & melius quia perduelles dicuntur hostes. Plau. in Amphi. Perduelles se in fufam penetrant. sic. j. de uerb. sig. quos nos ho-

Crimen læsæ maiestatis

Lex iulia.

Maiestas.

Perduellionis crimẽ

stes. Dicitur ergo crimen perduellionis id est, hostile. de q Inst. de here. ab intest. §. per contrariū. Est & aliud crimen, quasi læsæ maiestatis ut in priuati carceris exercitio: ut. C. de priuat. car. Et in falsa moneta. C. de fal. mo. l pe. ubi de hoc.

priuatus carcer.

Ad legem Iuliam, de adulteriis, & stupro.

Præcepta huius tituli traduntur s. de minor. l. auxiliū. §. fi. Et est enormius, & eccellētius aliis criminibus: cum omne pactum est extra corpus, nisi fornicatio secundum Apostolū: qui enim fornicatur, in corpus suum peccat. Item ex adulterio omnia pene crimina proueniūt: uiolentia, iniuria, homicidum, periurium, falsa testimonia: hinc est quod non licet trāsigere: ut. C. de transact. l transigere. Et dicitur hic Titulus ad legem Iuliam, &c. non q a Iulio fuerint leges inuētæ, sed qa ad supplēdū, interpretādū, & emēdandū leges Iulii Cæsaris hæ leges pdierūt: ideo ad legem Iuliam appellantur: Nam hæc lex lata est a diuo Augusto. l. i. j. e Est autem adulterium illicitus coitus cum uxore uel sponsa aliena perpetratus. Et appellat lex stuprum, & adulteriū promiscue. ut in. l inter liberas j. eod. Sed proprie adulterium in nuptam committitur propter partum ex altero susceptum, unde nomen compositum est. Nam dicitur Adulterium, quasi ad alterius thorum accessus: uel quasi ad alteram transitus. Cuius pœna est in fœmina, & mare, ut habetur. C. eod. l. quamuis. Stuprum uero in uirginem aut uiduam cōmittitur: de hoc in. l. inter stuprum. j. de uerb. sig. Cuius pœna est, ut Inst. de pub. iudi.

Ad legē Iuliam

Adulteriū.

Stuprū.

§. ij. Incestus autem est qui cum cognata, uel affini committitur. j. eod. l. si adulterium cum incestu. §. nonnunquam. Lenocinium autem est, cuius maritus de adulterio uxoris suæ aliquid ceperit: uel qui in adulterio deprehensam detinuerit. Nam qui patitur uxorem suam delinquere, matrimonium suum contemnit. Et qui de tali contaminatione non indignatur, merito pœna adulterii configit. Nam de lenocinio punitur quis ut adulter: ut in. l. ij. §. i. j. eod. & in. l. qui domum.

Incestus. Lenociniū.

Ad legem Iuliam, de ui publica.

Quia plerunque adulteria & stupra ui committuntur, ponitur de ui publica, & priuata. Habet autem locū lex Iulia de ui publica, quando cum armis facta est uiolentia, uel aliquid quod pro uiolentia reputetur, puta q arma uel tela domi habuerit, uel in agro, uel in uilla, uel in publico cū telo fuerit, uel homines in armis habuit causa seditionis. j. eod. l. i. ij. & iij. Item quandoque etiam si fiat uiolentia, non punitur, ut si fiat ad defensionem, & incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ: ut dixi. s. de ui & ui ar. Alioquin ille qui est expulsus, cum aliquid fecerit ad uindictam, uel cui ex interuallo possessionem suam recuperauerit, etiam prædonem de ea expellendo, ciuiliter & criminaliter punitur. ut. C. eo. l. si quis. & Insti. de pub. iudi. § Item lex Iulia. Cum autem incontinenti quis resistit legitime in aggredientem redundat culpa omnium delictorum commissorum tempore uiolentiæ, siue ex parte aggredientis, siue aggressi aliquis occidatur. C. eo. l. si crimen.

Vis publica.

Vis facere.

Singulos casus in quibus locum habet hæc lex, non prosequor: quia euidenter enumerantur. j. eo. per totum. pœna huius criminis est, aquæ & ignis interdictio, & deportatio, & omnium bonorum publicatio. d. §. Lex iulia. Insti. de pub iud serui autem occiduntur si inscio domino. Si uero iubente domino, damnantur in metallum. C. eo. l. seruos.

Ad legem Iuliam de ui priuata.

Vis priuata. Vis priuata est, quando cōmittitur sine armis. Nec dicitur ideo priuata, quia priuatum sit crimen, immo publicum est semper. s. de pub. iudi. l. i. Et est eius pœna ademptio tertiæ partis bonorum. C. eo. l. tutoris. Et amissio dignitatis, & famæ. j. eod. l. i. & d. §. lex iulia. de ui. Vnde solet dici: Vis priuata rerum deponit ab ordine rerum scilicet tertiæ partis, & dignitatis. Sed deportatur si uis armata sequatur. glo. in. c. ij. de or. cog.

Ad legem Corneliam, de siccarijs & ueneficis.

Quia intentata ui illicita sæpe cōmittitur homicidium. C. ad. l. Iul. de ui pub. l. quoniā. & de rap. uir. l. i. in prin. Ideo de Sicarijs, id est, homicidis uideamus. Sicarij autem dicuntur a sica, quod est ferreus culter utrinque scindens. Instit. de pub. iudi. §. itē lex Cornelia. unde uidebatur, quod tantum qui cum sica occiderent hac tenerentur. Sed tamen generalius hic accipitur sica: sicut & telum per interpretationem iuris, ut contineat telum, & lapidē, lignū, & quodlibet ferrum. Nam occidens hominem telo, id est, quocunque quod manu mittitur: uel qui aliquem cum telo causa occidendi persequitur. l. cornelia de sica. punitur. Et est Sica, iste cultellus uel gladius, quem portant peregrini quandoque in baculo quodam, ita ut nō appareat. Vnde dicitur: Sica latens mucro est, sicarius inde uocatur. Eadem lege damnantur etiam capitali supplicio uenefici: qui malum uenenum necandi hominis causa fecerint, uel uendiderint, uel habuerint: uel qui incantationibus, & susurris magicis homines occiderint. Et olim committens in hanc legem Corn. nō occidebatur, sed deportabatur, & oīa bona sua publicabantur. j. e. l. eiusdem. §. legis corneliæ. & l. i pe. Hodie autem homicidas ferro persequimur, quia eos occidimus, & sic pœna legis Cor. est mors, ut not. glos. ij. d. §. item lex cor. Institu. de pub. iud. & not. j. l. i. ubi etiam colliguntur casus quibus quis hac lege tenetur.

Sicarij. — Sica — Pœna l. cor.

Ad legem Pompeiam de paricidiis.

Lege Pōpeia de paricidiis cauetur, ut si quis patrem matrē, auū, au am, fratrē & sororē, & cœteros qui parētū aut liberorum uocabulo cōtinentur, aut aliqua affinitatis necessitudine iunguntur, occiderit. uel cuius dolo malo id factum erit, incidat in hanc asperrimā pœnam legis Pompeiæ: cuius pœnam quia Pōpeius statuit, ab eo denominata est. Sed accusatorio nem inuenit Cornelius Sylla, ut. s. de origin. iur. l. ij. §. deide Cornelius. Quæ pœna talis est, ut neq; gladio, neq; ignibus, aut alia solēni pœna puniatur: sed insutus culeo, id est, corio, uel pelle, cum cane, gallo gallinaceo, & uipera, & simia. in uicinum mare, uel in amnem proijciatur, ut omniū elementorum usu uiuus careat, & ei

cœlum superstiti, id est, uiuo terra mortuo auferatur. Insti. de pub. iudi. §. alia deinde. Et dicuntur Paricidæ quia parem, id est, æqualem sui generis, aut stirpis occidunt, qui & parenticidæ, & Patricidæ appellant, secundum Prisc. eo quod parentes uel patres occidunt. Sed cōmunius uocabulum est Paricida, quod ad omnes consanguineos referri potest, & sic etiam parentibus hoc crimen perpetrantibus conuenire. Et de hoc crimine & pœna ponit Tul. in oratione pro Sexto Roscio.

Paricidæ. Patricidæ. Parenticidæ.

Ad legē Corneliā de falsis. & de senatusconsulto Liboniano.

Senatusconsultum Libonianum, factum est ad supplendum legē Corneliam. Pœna autem legis corneliæ de falsis, quæ etiam testamētaria appellatur, irrogatur in eum, qui falsum testamentum fecit. Est autem Falsum immutatio ueritatis. ut in auten. de instru. cau. in princi. col. vj. & dicitur īmutatio ideo quia falsatores studēt immutare uera: uel imitari ea quæ uera sunt, ut falsa uideantur uerisimilia. Locum habet hæc lex Cor. de falso, cōmisso dolo, non aliter. C. e. nec exemplum. Et cōmittitur falsum pluribus modis. puta scriptura, siue quis scribat falsum, siue deleat uerū: ut res, id est, rei ueritas non appareat. & ita fecit illegibilem scripturam non distinguo sit testamentum uel aliud instrumentum publicum uel priuatum, uel utrū sint tabulæ cereæ, uel ligneæ uel rationes j. eod. l. i. §. qui in rationibus. & l. Paulus. Item cōmittitur dicto, ueluti in teste falsum afferente, uel uarium testimonium ferente. Et iudice scienter contra constitutiones iniquum iudicante, & qui ad prædicta consilium uel opem præstiterit, ut si iudicem uel testem corruperit: & qui falsis legibus utitur in allegando. j. eo. l. i. §. item. & §. sed et si quis. Et eius pœna est deportatio in liberis hominibus omnium bonorum publicatio. In seruis autem ultimum supplicium. sicut & in lege de sicarijs & ueneficis obseruatur l. i. § fi. j. eod. & Insti. de pub. iudi. §. item lex cornelia. Libonianum autem senatusconsultum locum habet, cum quis pecuniam recepit uel de ea paciscitur pro aduocatione uel testimonio instruendo: uel si societatem fecerit pro innocentum obligatione, ut. j co. l. i. & s. ad legem Iul. de ui pri. l. ex senatuscō. & de concus. l. ij. Item locum habet cum quis ex testamento militis sibi legatum ascribit: de quo per Spec. de fide instru. §. ad hæc.

Falsum

Pœna falsi.

Libonianū senatuscō sul.

Ad legem Iuliam repetundarum.

Hæc lex locum habet, cum is qui habet publicū officiū, pecunia data, uel promissa sibi, aliquid facit, quod facere non debet: uel omittit quod facere debet: ut si ob iudicādū, uel non iudicādū, iudex accipiat, uel ob sentētiā in Senatu ɔsilioq; publico dicēdā, uel ob accusandum, uel non accusandum, uel ob iudicē arbitrum ue dandū, mutādū, iubendū ut iudicet uel ob nō dādū, mutādū iubēdū, uel ob hominē in uincula publica conīciēdū, uinciendum, uincirių; iubēdū: uel ob hominē in uinculis dimittendum: uel ob hominem necandum uel absoluendum, uel litem æstimandam, uel ob iudicium capitis pecuniæ ue faciendum, uel non faciendum: uel ob militem legendum, mittendum ue. Et generaliter subijcitur clausula, ut

urbani magistratus ab omni sorde abstineant. Ne ue doni aut muneris in anno plus accipiant, q̄ quod sit centum aureorum nisi a personis exceptis, a quibus lex iubet accipere, puta a consobrinis, & his qui sunt a priori gradu, & ab uxore. j.e.l.i.ij.iij.iiij.v.vj.&.vij. Esculenta tamē & poculenta recipit ab omnibus personis, quæ tamen non excedant edulium esum, & inter dies proximos prodiguntur, id est, consumi possunt. ſ.de offi.proconsul.l. solent. §.ulti. & de offi.præf.l.si forte. Et pro hoc delicto locum habet duplex quærela. Ciuilis actio in factum, uel cōdictio ex lege, & Publica accusatio. Actio datur in quadruplum contra iudicem pro eo, quod ipse, uel eius domesticus, uel manipularius, uel minister accepit, uel rapuit, uel abstulit: ut ea.l.i. & dz istud quadruplum totum fisci esse: cum danti obstet turpitudo sua, ne possit aliquid repetere. j.de iure fisc. l.Lucius. Est & Publica accusatio inducta pro hoc crimine quamuis duret officium magistratus. C.eod.iubemus. Et dicitur repetundarū, more Latinitatis antiquæ, hodie dicimus repetendarum: ut diximus. ſ. famil.ercisc.

Esculenta.

Ad legem Iuliam de annona.

Lege Iulia de annona pœna statuitur, quæ est. ſ.de extraordina.cri. l.annonam. Aduersus eum, qui contra annonam fecerit, aut societatem coierit, quo annona, id est, uenditio frugum uel bonitas fori carior fieret: uel qui nauem ferentem annonam, aut eius nautam retineat: ut in.l.ij.j.eod. Non q̄ hæc lex cogat, aut cogere possit diuites, ut uendant frumentum si non uolunt.l.nec emere.C.de iure delib. Sed punit eū, qui emit, ut postea alijs carius reuendat: ut no.glo.in.l. annonā. ſ.de extraor.cri.ſ.alle. Nisi necessitas famis urgeret: quia tunc possunt cogi habentes ut uendant, sed iusto pretio. ij.C.de epis.aud.l.i. §.cura carnis. ſ. de offi.præfec.urb. Et incidunt in hanc legem, qui uadūt incantando frumentum in Platea, & offerunt pro frumento plus debito, ut alii carius emant. Ita dicit Bar. in.l.ij.§. si quis. ſ.de cri.stel. quia extra ordinem possunt puniri: de hoc not.in.c.i.de emptio.& uendi. Et est pœna statuta in hac.l.xx.aureorum: & etiam pœna criminis: ut legitur & not.in.l.ij.j.eodem.

annona.

Incantātes frumenta.

Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegiis, & residuis.

Lege Iulia peculatus cauetur de eo, qui ex pecunia, uel re sacra, uel religiosa, ut in ornamentis sepulcrorū, uel publi. ut fisci, uel ciuitatis Romanæ aliquid abstulerit, uel interceperit: uel etiā cuius dolo malo id factū est. Et est eius pœna aq̄ & ignis interdictio: in quam hodie successit. Deportatio: ut.j.l.iij.& in Auten de nup.§.deportatio. Tractatur & de alia lege, quæ dicitur De residuis, quæ lex Iulia locum habet contra eum, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, alia ue qualibet causa, tota pecunia publica, uel pars pecuniæ publicæ quam accepit resedit. Item & eadem lege tenetur, qui pecuniam publicam in usum aliquem acceptam retinuit, nec erogauit: ue.j.l.ij. &.iiij. §.lege. Et incidunt in hanc legem officiales, siue camerarii, qui habent ex officio publicas pecunias, uel qui ha

Deportatio.

De residuis

bent unam collectam impositam in communi, destinatam pro usu & necessitate communi, & finito officio sibi retinent, uel eandem pecuniam conuertunt in alium usum: ut in. l. ij. ff. eo. Et pœna huius legis est in tertia parte, quam accepit amplius quam debet, id est, punitur in simplo, & in tertia parte simpli. ff. l. iiij. §. sed & qui pecuniam. Sacrilegium autem fit, cū quis rem sacram interceperit, uel sustulerit de loco sacro, uel non sacro. Aut cum quis rem non sacram de loco sacro asportauerit: ut in. l. sacrilegi post princi. ff. eod. pœnam autem sacrilegii iudex pro qualitate personæ, pro rei conditione. tēporis, ætatis, & sexus, uel seuerius, uel clementius imponet. Multi enim sacrilegi ad bestias damnati sunt, nonnulli uiui combusti, alii in furca suspensi: ut in. l. sacrilegii. ff. eo. Nonnunquam etiam capite puniti: ut in. l. sacrilegi. Est ergo hodie extraordinaria hæc pœna: ut. ff. no. Et dicitur sacrilegium a sacro, & lego, quod est furari, uel subtraherē: hīc Sacrilegus, qui sacrum furatur. Virg. in Buco. Vel quæ sublegi (id est, furatus sum) tacitus tibi carmina nuper.

Sacrilegiū. & eius pœna.

Ad legem Iuliam de ambitu.

Hæc lex locum habet in quatuor casibus: primo, si quis dederit clam pecuniam, ut aliquem sortiatur honorem: non in urbe Romana, nam ibi cessat hæc lex, cum princeps ibi eligat. l. i. ff. eo. Vel si per preces. ut in. l. fi. C. ad. leg. iu. repe. Ideo dixi clam: quia palam potest dare pecuniam pro honore assequendo, sine administratione tamen: puta ut fiat nobilis, uel comes palatinus, uel doctor. Sed cum administratione nullo modo licet dare, nec occulte, nec palam: ut in Auten. ut iudi. sine quoquo suffra. per tot. & de pol. l. i. §. i. & de offi. præsi. l Barbarius. Secundo habet locum, cum quis stat in magistratu ultra annum. C. eo. l. i. Tertio, si quis studiose, uel malitiose ingreditur domum iudicis cognoscentis de causa criminali, ut cum eo captet beneuolentiā, & amicitiam, ut ei in suis causis faueat: ut. ff. l. i. Quarto, si iudex nouum uectigal instituerit, & exegerit: ut in. l. fi. C. no. uec. impo. &c. Nam si exegit, tenetur etiam repetundarum. Ita dicit Bart. post. gl. in. l. i. §. ff. eo. Et est pœna centum aureorum: ut. ff. l. i. Sed in casu deportatur, quando scilicet bis idem officium est assecutus. C. eod. l. i. nisi non reperirentur meliores: ut. C. de asses. l. licet. Item in proconsule: ut ff. de offi. proconsul. l. antepenul. Et dicitur de ambitu, ab ambio, quod est circumire, & blandimentis iudicem uel magistratus circumuenire. Virg. Regemq; ambire Latinum. Et in. c. quia p ambitiosam. de rescrip. lib. vj.

Ambire.

Ad legem Fauiam, de plagiariis

Plagiarius est, qui hominem liberum, aut ingenuum, uel libertinum, inuitum celauerit, & uinctum habuerit, aut emerit sciens dolo malo: uel liberum hominem donauerit, uel in dotem dederit: quo crimine obnoxius etiam est, qui liberum uendiderit: uel seruo alieno aut seruæ persuaserit ut a domino uel domina fugiat: uel qui eum, eam ue inuito, uel insciente domino uel domina celauerit, uinctum habuerit, emerit sciēs dolo malo: qui ue in ea re socius erit: & eius legis Fauiæ pœna tenetur. Sed non statim plagiarius est, qui seruos alienos

Plagiarius.

interceptos tenet. Sed potest furti cō tra talem agitur si opem ad furtum præstitit, uel quia etiam corrupit ut fugeret. Sed qui surripuit seruum ut exportatione dominum celaret, ille plagiarius est: ut .ʃ. de fur. l. fullo. §. qui ancillam. & l. non statim. j. eo. & not in. l. i. per glo. j. eod. Et est plagium furtum alieni mancipii. Inde Plagiarius, qui tale furtum committit. Olim erat pœna pecuniaria statuta in lege Fauia, quæ hodie in usu esse desiit: ut in. l. in fuga. C. eo. & l. fi. j. eo. hodie conuicti de tali crimine puniūtur pro qualitate delicti: & aliquando in metallum damnantur, quando sunt nobiles: si autem ignobiles gladio: seruus autem siue libertus bestijs subijcitur: ut. C. eod. l. finali.

Ad Senatusconsultum Turpilianum & de abolitionibus criminum.

Temeritas accusatorū tribus modis detegitur, uel deprehenditur: & secundum hoc tribus pœnis subijciuntur. Aut enim calumniātur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calūniari, est falsa crimina scienter intendere, ut .ʃ. de infa. l. athletas. §. calumniator. Et irrogatur calumniatorib⁹ pœna ex lege rhemia, quæ talis est, ꝙ pro publico iudicio similitudo supplicij, pro extraordinario promotu iudicis punitur. C. de accus. l. fi. & de calum. l. fi. & j. eo. l. & in priuatis. Præuaricari uero est uera crimina abscondere. j. de uerb. sig. l. præuaricatores. & d. l. athletas. § præuaricator & .ʃ. de præuari. l. i. Et qualiter punitur præuaricator, habetur. ʃ. de præuari. l. ij. & l. accusator. & l. ab imperatore. Et proprie iste est Præuaricator, qui colludit cum reo, & translatio munere accusandi defungitur: eo ꝙ proprias probationes dissimulet, fallas uero excusationes uel exceptiones admittat & recipiat tāquam bonas. j. l. i. §. præuaricatorem. Tergiuersari est in uniuersum ab accusatione publici criminis desistere. j. eod. l. si quis reptetur. Et talis incidit in Senatusconsultum Turpilianum, quod a Turpilio consule factum est: ut. C. eod. l. i. Et est pœna eius, ut no. ʃ. de præuaric. l. iij. § fi. Nam quicunque ab accusatione citra abolitionem desistit, punitur pœna Turpiliani: ut C. de abol. l. abolitio. Et dicitur ab accusatione desistere, qui cum aduersario suo de compositione eius criminis, quod intendebat, fuerit locutus, secum transigendo. l. ab excusatione. j. eod. Abolitio autem est peremptio accusationis. Et fit tribus modis: Vno modo per principem spōte sua id facientem: puta propter diem insignem, id est, repentinas ferias, aut publicam gratulationem, aut ob rem prospere gestam. Altero modo fit per accusatorem postulantem. Tertio modo fit per mortem accusantis, uel accusati, uel biennio transacto sine culpa accusatoris. j. eod. l. abolitio. & l. uel ob rem & l. aut priuatim. & C. si reus uel accusator mor. l. ij. & l. defunctis. Et illa quæ nullo modo postulante conceditur, a solo principe indulgetur, & illa inducit ferias repē tinas. Alia quæ fit accusatore postulante, a quolibet ordinario, qui de crimine cognoscebat, tribui pōt: a delegato nō. j. l. i. §. abolitio. Vbi cū ēt autem accusator petit abolitionem, propterea ꝙ ab accusato accepit pecuniam ut desisteret, non est ei aboli-

Margin notes: Calūniari. — Præuaricari. — Tergiuersari. — Abolitio.

tio danda, nisi accusator accusauerit cognatas personas, uel accusauerit prosequendo iniuriam suam. C. eod. l. penul. Nam quanto facilius admittitur prosequendo iniuriam suam uel suorum, tanto magis est uenia dignus: sed in alio casu ob retinendum amorem propinquorum id ei conceditur. In prædicto autem casu quando recepta pecunia desistit, dolus sui & fallacia sibi obstant: accusatori enim semper est illicitum pecunia desistere. j. l. ab accusatione. & C. eo. l. si fœmina. nisi in prædictis duobus casibus. Et est notandum, quod abolitio principis non habet locum in illis criminibus, in quibus accusanti & accusato incumbit probatio. j. eodem l. penultima.

De requirendis reis, & absentibus damnandis.

Tantum est priuilegium absentiũ, ut diui imperatores noluerunt absentes puniri, aut damnari: nec enim ratio patitur æquitatis, quemquam damnari inaudita causa, etiam lite contest. ut. C. eo. l. i. nisi in casu. C. de pœnis. l. ne diu. & facit. j. de pœnis. l. absentem. &. C. de accusa. l. absentem. Vbi ergo grauior pœna uenit irroganda, non est absens condemnandus: sed prius requirẽdus, ut copiam sui præstet, & bona eius describantur in publicum, in quo seruatur talis ordo. Primo enim debet requiri ad instar ciuilis actionis: ut no. ß. de publi. iudi. l. inter. Secundo bona annotantur, dicendo. Omnia bona pono in banno fisci, nisi uenerit intra annum: & describantur: ut. j. l. fin. & ab hac sententia conditionali potest appellari: ut. C. si penden. appel. l. eius. fiscus tamen non occupat de facto ista bona, nisi post annum: ut. j. l. ij & l. fina. Tertio requiritur, quod fiat per edicta publica: & ex quo innotescere potuit, sibi computatur annus. j. eod. l. annus. quod si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat, & perit, & bona eius ad successores transmittuntur: si saltem reus requisitus intra annum iudicem adierit, & satis obtulerit de stando iuri: ut j. l. i. in fin. & C. eod. l. i. C si pendente appella. l. eius qui. Nisi sit crimen, quod morte non extinguatur. ß. titu. j. l. in senatusc. §. si propter.

Absentium priuilegium

De quæstionibus.

In criminibus seruandis & inuestigandis solet adhiberi quæstio. Est autem Quæstio inquisitio ueritatis per tormenta. Nuda enim interrogatio, uel leuis territio non pertinet ad hũc tractatũ. ß. ad Syl. l. i. §. quæstionẽ. Vel sic: Quæstio est tormentum, uel corporis dolor, ad eruendã ueritatẽ adhibitus. Et uerbo quæstionis cõtinebitur etiam ea, quã malam mansionem dicimus, id est, carcer. Quando igitur per uim, uel per tormenta interrogationes fiunt, tunc quæstio intelligitur, ut. ß de iniur. l. item apud. §. quæstionis. & de rei uen. l. cum sustinenis. Quãdo autem, uel quatenus hoc faciendũ sit, hoc tit. tractat. Nam diuus Augustus constituit, nõ esse tormentis inchoandũ. Sed tunc quando suspectus est reus, uel alijs indicijs, uel argumentis probatio adiuuatur. Vbi autem non sunt indicia, nõ est facienda quæstio. Nam quæstio est res fragilis, & periculosa, quæ ueritatẽ fallit. Nã plerique patiẽtia sue du

Quæstio.

Carcer.

ritia ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo possit. Alii tantæ sunt impatientiæ, ut in quouis mentiri, q̃ pati tormenta uelint. & ita fit, ut etiam uario modo fateantur, ut non tantum se uerũ etiam alios criminentur. Requirunt ergo ad quæstionem tria: Primo, quod ueritas aliter haberi non possit: nam tormentum infertur causa inuestigādi ueritatem, & in subsidium: ut in. l. diuus Pius. ĵ. eo. & . v. q. v. c. illi. Secundo requiritur quod præcedant aliqua indicia siue præsumptionis, uel semiplenæ probationis. Nā sine indicijs non est inferenda quæstio: ut in. l. ex libero. ĵ. cod. Tertio requiritur, quòd quis perseueret in confessione in tortura facta, id est quod extra locum tormentorum iterum confiteatur, ratificando priorem confessionem: ita tamē, quod non uideat ista tormēta: alias uidetur fecisse metu tormentorum. In. l. ij. & ibi Bart. ĵ. eo. & xv. q. vj. c. i. & xxxi q. ij. Lotarius Et dicit Quæstio a quærendo: quia iudex per tormentum inquirit ueritatem. Et dicit Tormentum, quasi torquens mentem: a torqueo. ita not per Doct. in c in contemplatione. de reg. iur. in decre.

Tria requisita ad quæstionem.

Tormentum

De pœnis.

Pœna est delicti, uel delictorum satisfactio. quæ lege, uel ministro legis imponitur. Et certum est, quod imponitur propter delicta. Sed in his attenditur, utrum delictum proueniat ex animo, an nō. Si enim ex animo non proueniat, plerunque nullo modo punitur, maxime si casu, ut uenando: uel impetu, ut per furorem forte, uel ebrietate committatur: ut. ff. ad le. pom. de par. l pen. & de offi. præf. l. diuus. ĵ. eo. l. respiciendum. Et aliquando punitur leuius: ut cum lasciuia, uel malo exēplo committitur: ut. ff. ad le. corn. de sic. l. iij. si ex. l. iiij. §. j. & ĵ. eo l. absentem. §. ult. Et sunt septem genera pœnarum quibus iudices aliquem afficere possunt. Quædam enim pœnæ uitam adimunt, aut seruitutē iniungūt, aut ciuitatē auferūt, aut exiliū aut coertionē corporis continent uel fustium ammonitionem, uel flagellorum castigationem, uel uinculorum uerberationē. aut damnum pecuniarum cum infamia, aut dignitatis alicuius depositionem, aut alicuius actus prohibitionem, de quibus in. l. si quis forte. in fi. cum duabus seq ĵ. eo. Capitalium autem pœnarum isti sunt gradus. Nā summum supplicium uidetur, Ad furcā damnatio: item Viri concrematio: item Capitis amputatio: item Ad bestias subiici. Deinde proxima mortis pœna & metalli coertio, In insulam deportatio: ut in. l capitalium. ĵ. eo. Est & aquæ & ignis interdictio: ut ff. de pub. iudi. l. ij. Est. & alia pœna de qua C. de mal. & math. l. etsi excepta. Est & alias. ff. ad. leg. pompo. de parric. l. penul.

Septē genera pœnarum

De bonis damnatorum.

Quicunque supplicium, id est, mortem naturalem, uel ciuitatis, uel libertatis amissionem patitur, eius bona publicantur: ut. ĵ. l. i. & . C. eo. l. in metallum. nisi in duobus casibus not. in l. i. & . C. de mul. quæ ser. pro pri. l. i. & . C. de rap. uirgi. l. i. Iure autē nouissimo locum habet quod dicitur in Auten ut nulli iudi. §. Quod autem dicitur, damnati bona publicari,

cari,distinguendū est,utrum seruus fuerit,tunc locum habet lex.i.§.si liber.C.eo. An filiusfa.quo casu non aufertur patri peculium,etiam si erat castrēse.C.eo.l.si filius. An fuerit pa/ terfa.& tunc refertur,an curialis, an non curialis fuerit. Si curialis, & ha/ beat filios masculos,& nō filias, filii omnia habent. Si filias tantum, ipsæ habent dimidium,& curia reliquam dimidiā. Si filios habet & filias:filii soli habēt unam dimidiā: & cum so roribus suis aliam partiantur dimi/ diam pro uirili portione. Vbi autem non est curialis, publicantur omnia: sed princeps ex æquitate concedit di midiū liberis damnati,& quandoq; omnia,si magnus sit numerus libero rum. Sed ubi dimidia tantum publi/ catur,nihil conceditur liberis:ut in.l. j.j̄.e.in fi.&.l.ult.§.si plures. Patrono autem non diminuitur sua portio, damnato liberto.j̄.eo.l.ulti.§.si liber tum. In publicatione autem bono/ rum sciendum est,quòd hodie nō fit si damnatus habeat cognatos usq; ad tertium gradum inclusiue. In cri/ mine maiestatis nil innouatur.

De bonis eorum, qui ante sententiā mortem sibi consciuerint, uel accusatorem corruperint,

Nunc de bonis quasi damnatorū, id est,eorum qui mortem sibi infli/ gunt. Super quo distingue:utrum cō scientia delicti aliquis infligat sibi mortem,an alia causa,ut impatien/ tia doloris, uel ob pudorem æris alieni:& in his certum est non aufe/ renda bona. Sed in primo casu distin guitur:an erat tale crimen, ob quod non erāt publicanda bona.puta fur/ tum,& tunc non auferuntur bona, hæredibus: an casu quo erant publi/ canda,& tunc aut erat tale crimen, cuius accusatio poterat inchoari post mortem,ut Repetundarum,Pe culatus,& Læsæ maiestatis:& auferū tur hæredibus bona. Si autem non poterat inchoari post mortem, & non auferuntur bona, nisi consciue/ rit sibi mortem post litem contest. uel postquam fuerit in scelere depre/ hensus.j̄.de iure fis.l.in fraudem.§.ij. & iij.&.s̄.de iniust.ru.test.l.si quis ex hæredato.§.sibi autem.j̄.eo.l.ult. usq; ad.§.ult.&.C.eo.l.j.& ij. In ca/ pitalibus criminibus quæ pœnam mortis continent,non nocet aduer/ sarium corrumpere:nam ignoscen/ dum est ei, qui sanguinē suum quali/ tercunq; redemptum per pecuniam uoluerit. In his autem criminibus, quæ sanguinem non infligunt, qui aduersarium suum corruperit, hoc est,accusatorē,punitur:ut.s̄.de præ/ uari.l.fi. Corrū pere aduer sarius

De interdictis,& relegatis,& deportatis.

Triplex est exilium: Aut certorū locorum interdictio, ut aliquis Bo/ noniæ uel Mutinæ non stet. Aut lata fuga, ut omnium locorū: inter dicatur præter certum locum:puta ut stet Mutinæ tantum, uel Bono/ niæ. Aut insulæ uinculum,id est,rele gatio in insulam, ubi non stat cum hominibus. Relegatorum duo sunt genera. Sunt quidam qui in insulā re/ legantur:& sunt qui simpliciter, ut prouinciis eis interdicatur,non etiā insula assignetur. Et hæc est differen/ tia inter Relegatos & Deportatos quod in insulam relegari & ad tempus,& in perpetuum quis potest. Et talis ci/ Exiliū Rele gati

uitatem Romanam retinet, & testamenti factionem non admittit. Et si ad tempus relegatur, neque tota bona, neque pars ei adimitur. Deportari autem non nisi in perpetuum quis potest: & talis familiam perdit, & ciuitatem, & bona sua. j. l relegati. & . l. relegatorum. §. haec differentia. Est enim deportatio damnatio in insulam ob aliquod crimen capitale animo perpetuo ibi manendi. Et illa dicitur mors ciuilis, & comparatur morti naturali in illis, in quibus mors ciuilis habet eundem effectum cũ morte naturali: ut in adeunda haereditate, bon. pos. instituendo haerede, &c. perdunt enim ea quae sunt iuris ciuilis, ut testari, & similia. Ea uero quae sunt iuris gentium retinent: ut in. l. quidam. š. de poe. ita dicit gl. in. c. placuit. ij. xvj. q. i. Interdictio autem est extra eam prouinciam, in qua quis domicilium habet, uel in qua incola est, prohiberi amplius morari, uel extra patriam suam mitti. Et interdum solet etiam per sententiam quibusdã interdici, ne intra patriae territorium, uel muros morentur: uel ne excedãt patriam, uel ne in uicis quibusdam morẽtur, aut suburbijs: ut fit Basileae. Item constitui in honoribus solent aliquando, uel ad tempus, uel in perpetuum interdici honore, uel ne penitus honorem adipiscantur: ut in. l. relegatorum. j. eod.

Deportati.

Interdictio

De sententiam passis, & restitutis.

Passi sententiam dicuntur, quibus ob atrocitatem criminis aliqua ex solennibus poenis per sententiam inflicta est, uel iniuncta: ut est ultimum supplicium. seruitus poenae, damnatio in metallum, deportatio, & similes: tales enim per sententiam damnati, dicuntur fieri serui poenae: supplicium enim eorum dominus est, ut in. l. iij. š. de his quae pro nõ scrip. hab. licet iure nouissimo nemo ingenuus bene natus fiat seruus ex supplicio: ut in Autẽ. de nup. §. quia uero. & . § ꝙ autem. col. iiij. quod quomodo intelligi debet, not. gl. in Autent. sed hodie. C. de donat. inter uir. & uxor. Et tales si ex indulgentia principis restituti sunt & per omnia pristinum statum recipiunt, scilicet quantum ad honores, uel ordines, & similia: ut. C. eo. l. i. & etiam ad patriam potestatem: ut Insti. quib. mod. ius pa pot. sol. §. cum autem. Est tamen differentia quibus uerbis princeps utatur. Nam si dicat, Restituo te: tũc ad omnia uidetur restitutus: ut. š. dixit: quia uerbum Restituo, generale est. l. uideamus. § in Fauiana. š. de usur. & in. l. fin. in fi. j. de uerb. sig. Sin autem dicat, Indulgeo tibi: quo casu de poena tãtum remittenda cogitasse uidetur. C. e. l generalis. & . l. tutor. & . l. cuȝ indulgentia. & C. de genera. aboli. l. si quia poena potest demi, culpa perennis erit, id est, mala fama: ut dicit glo.

Serui poe.

Restitutio principis.

De cadaueribus punitorum.

Corpora eorum, qui capitali crimine damnati sunt, cognatis, uel quibuslibet petentibus ad sepulturã danda sunt, & non neganda Imo etiam corpora exustorum peti possunt, scilicet ossa & cineres collecta sepulturae tradi possunt. Tamen hoc debet fieri ex indulgentia a principe petita, & concessa. Sic & Ioseph petiit a Pilato corpus Christi: ut dicit gl. i. l. i. j. e. & facit. C. de relig. l. obnoxios. Alia

quando tamen non permittitur, maxime in damnatis causa læsæ maiestatis: ut in.l.i.§.hodie.ĵ eo. de hoc. xiij.q.ij.quæsitum: Prohibentur etiam sepeliri incendiarij.xxiij.q.viij de incendiarijs. item mortui in torneamento: item qui seipsos interficiunt, &c uide bonam glos. & ibi not.per Doct.in.c.ex parte.ij.de sepul.

LIBER XLIX.

Et. X I. huius.

De appellationibus, & relationibus.

NEmo est qui nesciat, quod frequens, quamq; necessarius est appellandi usus: nam per eum uel iniquitas iudicantium damnosa, uel imperitia negligentium corrigitur.l.i.ĵ. eod. licet nonnunquam bene latas sententias in peius reformet: neque enim utique semper melius pronuntiat, qui nouissimus sententiam laturus est. Est autem appellatio secundum Azo. sententiæ a minori iudice latæ per inuocationem maioris iudicis, prætextu iniquitatis primæ sententiæ rescissio.s̄. de mino.l.præfecti & ad Turp.l.i §. ulti. Vel est ab inferior. iudice ad superiorem gradatim facta prouocatio: ut dicit glo.in.c.ij.de cōsue.lib.vj. &.ij. q.vi.anteriorum. Relatio uero, est remissio causæ ad superiorem facta. Et eo ipso quod iudex dicit, referre uelle negotium, non potest amodo cognoscere: ut.C. de rel.l.i.&.C. de appel.l. ex illo. Et debet iudex ilico relationis exemplum litigatoribus edere.c. intimasti.de app.&.ĵ.l.ij.&.iij.C.de relig. Appellare potest ille qui est condemnatus, sit unus uel plures.C. si unus ex plu.ap.&.c.ab uno.de app.

Appellatio.

Relatio.

A quibus appellari non licet.

Superuacuum est admonere, a quibus non licet appellari: quia omnes sciunt, non esse a principe appellandum, cum ipse sit qui prouocatur: ut ĵ.l.i.& in Auten.de sanct.epis.§.i.sed ab eius rescripto bene appellatur: ut s̄.titu.i.l.i.§ i.&.C.eo l.nō est nouū. Interdum etiam imperator ita solet iudicem dare, ut non liceat ab eo prouocari: & tunc non appellatur secundum leges. Secus iure canonum: ubi sola friuola appellatio per hanc clausulam, Appellatione remota, remouetur: ut not.in.c.pastoralis.de app. & ponit glo.fi.ĵ eo.l. Item qui ante sententiam professus in iudicio fuerit se non prouocaturum, uel extra iudicium cum aduersario suo paciscitur, indubitate auxilium appellationis perdit: ut.ĵ.l.i §.si quis. &.C. de temp.appel.l.i.in.fi. An autem ab arbitris appellari possit, & a quibus, no.ĵ.l.fi.& est hodie clare expeditum in.c.ab arbitris.de offi.dele.lib.vi. Itē a senatu non appellatur. Item non appellatur a sententia præfecti prætorio.s̄.de sententia præfe. præt.

Quis, & a quo appelletur.

Appellare quis potest a diffinitiua sententia, non ab interlocutoria: nisi in casu, cū iudex quæstionem in ciuili negotio, uel criminali habendā, contra leges interlocutus est.ĵ. de appella. reci. lege ante sententiam. Et est hoc intelligendum de quæstione quæ fit per tormenta, non de quæstione principali, qua iudex interlocutoria sententia diffiniuit. s̄. tit. proxi. l. ulti. Item potest appellari a tota sententia, & a certo capitu

lo eius:tamen si appelletur ab uno capitulo, non rescinduntur ideo alia, nisi sint cõnexa.š.de minor.l.etiam. § ex causa. ubi autem quis damnatus, ex pluribus facinoribus propter quædam appellauit. propter quædã non: si quidem appellauit in grauiori differtur pœna in leuioribus. Si uero appellauit a leuiori, grauius pœna est omnino imponenda.ĵ.nil.noua.appellatio.pen.l.i.§.ulti. Item potest appellari a consultatione. Item potest appellari ab iniqua interpretatione sententiæ: si tamen is habuit potestatem interpretandi, ueluti procurator Cesaris, & præses prouinciæ: ita tamen ut in causa appellationis reddendæ hoc solum quæratur an iure interpretatum sit.ĵ.eod.l.ab executore, Item potest quis appellare a sententia iudicis ordinarii. Item a sententia iudicis delegati licet delegatus sit a principe: ut dixi.š.titu.proxi.

Quando appellandum sit, & intra quæ tempora.

Appellatio fit apud acta sola uoce uel dicto, si dicat appello. Si autem non apud acta quis appellat, libellus appellatorius offerendus est ei, a quo appellatum est, si est copia. Alioquin ei quẽ appellat.š.de ap.l.i.&.ij.&.C. e.l.litigato.l.eos.§.sinautẽ.& ĵ.eod. l.i.§.dies.&.§.si quis. Libello autem appellationis porrecto iudici, si quidem recipiat, bene est: tunc enim & ipse iudex dare debebit libellos dimissorios, siue apostolos intra xxx.dies, etiam non petente appellatore: sed & appellator cum instantia debet petere.ĵ. de lib. dimisso. l.j. quod si non fecerit, imputatur ei: licet iudex male fecerit, qui non dedit ei.C.de appel.l.eos.§.appellationes. &.l.iudicibus. Si uero non debuit eam, recipere, quod ex multis causis contingere potest.ĵ.de app.recip.l.ultima.&.C. quorum app.nõ reci.nihil sibi præiũdicat. Immo qui temere appellauit, punitur in quinquaginta libris argẽti, & infamatur & mediocrẽ pœnã corporalem subibit. C. de appell.l. eos §.super his.&.l.a proconsulibus: &.C.quorum appellationes non recip.l.ab executiõe.§.ulti. Fiebat olim appellatio intra biduum in propria causa, quod cõputabatur a die latæ sententiæ. In aliena autem causa cõputa causa computabatur triduum ĵ.l.i.§.biduum.&.§.dies.&.§ in propria.& C.de appel.l.eos.§.sinautem. Hodie uero decendium est indultũ ad appellationem faciendam a recitatione sententiæ numerandum: ut in Autent.de app.& intra quæ tempora.i.responso. quod tempus non currit, nisi a tempore sententiæ, & scientiæ.C. eod.l.i. &. C. quomodo, & quando iudex.l.ab eo.

Libellus appellatorii.

Temere appellare.

Intra q̃ tempora appelle

De appellationibus recipiendis, uel non.

Non omnes appellationes recipiũtur: sed hæ solum, quæ fiunt ab his, quorũ interest, uel peculiariter: ut.š. de ap.l. iiij.§.i.uel affectione: ut š.de ap.l.non tantũ.uel quibus mandatũ est, ut procuratores, uel qui negotiũ alienum gerunt, quod mox reus rarũ habet: ut.ĵ.l.i. Item qui friuole, uel sine causa appellat, non auditur: ut in c.ut debitus.de ap. Item ubi res dilationem nõ recipit, non permittitur appellare.š.de.app.l.constitutiones. ueluti ne testamentum aperiatur: ut. C.eo.l.quisquis. Item ne frumentũ

Quorũ appel. recipiãtur.

In usum militum contrahatur. C. eod.l.fin.Item ne scriptus hæres in possessionem inducatur. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, non permittitur appellare quo minus id fiat. Item quo minus pignus uendere liceat, appellari non potest. j.eod.l.fin.Item non appellatur post lapsum decendii, in auten de app.§. & scimus.colla iiij.nisi ratione ætatis uel alicuius causæ pertinentis ad titulum integrum restitutionis interueniat.ā.de in inte.restit.l.ulti. & ā.de mino.l.ait prætor.Item non appellatur ab executione,uel executore sententiæ,nisi in casu quando excedit modum iudicationis, uel quando nimis cito exequitur sententiam ut.ā.de ap.l.ab executore.&.C.e.l.ab executione.Item nō appellatur a nominatione muneris publici utilitate priuata,ut tutelæ,uel curæ:nisi quādo reprobatur executio.ā. quando app.sit.l.i.§.si quis.Inst. de exc.tu.§. qui autē.Item non appellatur a sententia condemnatoria criminis, cum publice intersit statim puniri damnatos,ut sunt insignes latrones,& seditionum concitatores, uel duces factionum:ut.ā.de appella.l.constitutiones.idem est in raptu fœminarū. C.de rap.uir.l.i.§.fin autem.Item nō appellat,is,quem publice constat esse debitorem,eo aperte, manifesteq; conuicto.C.eo.l.ult.Item nec appellat conuictus is,a quo fiscalis calculi satisfactio postulatur,aut tributariæ functionis solenne munus exposcitur.C.eod.l.abstinendum. Item nō appellat quis tertio in eadem causa, secundo uero regulariter appellat.C. ne liceat in una eademq;.l.i. Interdū semel tantum appellatur.in auten. de sanc.episcop.§.si quis.&.C.de appel.l.in offerendis.

De libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur.

Post appellationem interpositam iudex a quo appellatum est, literas dat ad eum, qui de appellatione cogniturus est, quas literas dimissorias, siue Apostolos appellant.Sensus autem literarum talis est: Appellasse Titium a sententia illius, quæ inter illos dicta est. Ideo a meo iudicio illum dimitto, & ad uestrum examen dirigo.ad quod.j. de uerb. sign.l.dimissoriæ. Sufficit autem petere. Apostolos instanter, & sæpius intra statuta tempora, id est,xxx.dies a die latæ sententiæ: ut C.eod.l.iudicibus.& in c.ab eo.de app.lib.vj.& si iudex non det, contestetur appellans hoc ipsum, & non nocebit ei,ex quo per eum non stat. C.de app.l. eos.§. apostolos.&.j.l. una.in fin.

Dimissoriæ literæ

Apostoli

Nihil nouari appellatione interposita.

Appellatione interposita,siue ea recepta,sit siue non,medio tempore nihil nouari debet:puta executio sententiæ,uel quid simile:& hoc ex duplici capite.Nam si fuerit recepta appellatio,ex eo quod recepta est: ut in Autent.ut cū de appel.cog.in princi. & in Autent.ut nulli iudi.Si uero nō est recepta,tunc nihil debet nouari, ne præiudicū fiat appellationi, quousque deliberetur, utrum recipienda sit appellatio,an non.Recepta autem appellatione,tandiu nihil erit innouandum, quandiu de appellatione pronunciatum sit, utrum iusta sit,

uel non:ut.ś.titul.ij.l.sciendum . uel donec lapsa sint fatalia:quia tunc firma est sententia prima.C.de temp. app.l.l.fin.§.illud.

Quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur.

Aliquando contigit, quod sententia lata,etiam si grauamen parti inducat,rescinditur tamen,quamuis prouocatum non fuerit:ut cum contra sacras constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittit: ut ś.de app.l.expressum . Fallit hoc in certis casibus not.j.l.j.§.contra cum item per glo.Item cum quis cōdemnatur ex edicto peremptorio, quod neq; solenniter propositum est,ut debuit, neq; in notitiam peruenit absentis:talis enim sententia ut constitutiones damonstrant, nullius est momenti.j.l.i.§.cum ex edicto . Itē si error calculi in sententia esse dicatur,appellare non est necesse. Item si quis cōdemnat in rebus quæ tēpore dictæ sententiæ non sunt in rerum natura.Item si quis condemnatur in rebus,quæ in humanis non sint quo tempore datus est.Item si impossibile sit præceptum iudicis,impossibilitate iuris uel naturæ: ut.j.l.ij & iij. Item nulla est sententia,cum non iudicauerunt omnes,qui debuerunt iudicare: puta ex de duobus delegatis alter sine reliquo iudicauit.C.eo.l.cū magistratus.& in Autent.ut iud.nō expec.sacras iuss.§.si autem duo.&.ś. de arb.l.sicuti.Item nulla est ratione excessæ metæ in mulctando : ut.C. eod.l.certa & de modo mulc uel ratione excessi temporis in iudicando: ut si erat delegatus datus,ut pronunciaret ad certum diem.C.eo.l.cum non eo die. Item nulla est ratione pretii,si lata est per pecuniam.C.eo.l.iuenales.Item decretum nominationis est ipso iure nullum.propter priuilegium minoris ætatis.uel ueteranorum: ut.C.eod.l.pe.& ul.Sunt & alij modi plures quibus sententia est nulla ipso iure,qui not C.de senten. Et,quomodo,& quan.iudex.

An per alium causæ appellationum reddi possunt.

In causis uel rebus pecuniariis etiā per alium causæ appellationis reddi possunt. Sin autem non sit pecuniaria causa,sed capitalis,p procuratorē agi non licet.ś.de pub.iudi.l.pe.§.ad crimen.Sed & si ea causa sit, ex qua sequi solet pœna usq; ad relegationē exclusiue,incipiendo cōputari a capitali descensiue:non oportet per aliū causas agi.sed ipsum principalē personaliter auditorio adesse debere.Sed si pecuniaria causa est,ex qua ignominia sequitur , potest per procuratorem hoc agi. Et generaliter quæ causa per alium agi non potest, eius nec appellatio per alium agi concedi tur:ut.j.l.j.in fine.Quæ autem causæ per alios agi possunt,ponit gloss. j.l.i.§.i.in uerbo ignominia,& gloss. in c.i.de iudi.lib.vj. Quæ cāæ p alios posśit agi.

Si tutor, uel curator, uel magistratus creatus appellauerint.

Hi qui ad munera publica nominati & electi appellauerint, si legitimas causas nō probauerint, periculo eorū erit.quicquid damni per morā appellatiōis reipub.acciderit.Si autē apparuerit eos necessario appellasse, æstimabit præses uel princeps,cui sit hoc damnum adscribendum.. facit A muneribus pub. nō ap

ad hoc ff.de appel.imperatores.§ si magistratus.& C.quando appel.sit. l.i.§ alia.

Eum qui appellauerit in pro/uincia defendi.

Qui appellauerit, si appellationis causa peregrinetur, animo prosequendi, uel exercẽdi appellationẽ, in puincia sua defendi d3 in aliis causis: nec h3 necesse personaliter defendere, aut personaliter respondere. hoc enim illis præstat, nec necesse habẽt se defendere qui Reipub causa absunt. ff.l.ij. tamen si non defendantur, fit missio, & uenditio bonorũ eius: ut. ff. qui. ex caus. in poss. eatur. l. ad cognitionẽ.

Apud eum, a quo appellatur, aliam causam agere compellendum.

Hoc iure utimur, ut quamuis appellatio interposita sit, tamen apud eundem iudicem a quo quis prouocauerit, compelletur alias causas, si quas habet, agere: cum habet ibi domicilium, alias contra: ut. ff. de iudi. l.ij.§.& quoque. Nec potest reputare iudicem sibi offensum, ut non debeat coram eo experiri, uel agere, cu3 possit denuo prouocare. C. de appel. l.& in maioribus: Sed eandẽ causam, in qua appellauit, nullo modo ibi agere tenetur: ut C. de app. l. eos Immo si agere, discederet ab appellatione sua. c gratum. §.i. de offi. deleg. & in.c. cum uenisset. de testa.

Iudex a quo i una cã ap.

Si pendente appellatione mors interuenerit.

Aliquando appellatio porrecta, & suscepta ab initio, extinguitur ex post facto. Circa quod sciendum, quod morte rerum interueniente, de quibus agitur, causam postea nihilominus agi posse: si fuerit res talis, quæ mortua possit esse usui hominis, puta porcus, uel quid simile: maxime cum quis fuerit in mora: ut. ff. de condi. fur. l. si seruus furtiuus. §. bonæ. Si uero non possit esse in usu hominis: ut quia homo est, uel quid simile, quod mihi tenebaris restituere, & desiit esse in rerum natura: ad rem quidem, uel propter rem ipsam principaliter præstãdam agi non potest: sed tamen agi potest propter peculium. Ite3 potest agi ad pretium rei, si mora præcessit mortem rei. ff. de uerb. obl. l. inter stipulantem. §. si Stichum. &. C. eod. l. quamuis. Si uero contigerit mors ipsis litigatoribus, siquidem ciuilis erit causa, appellatio facta durabit, etiam post mortem appellatoris, ut habeã necesse, uel puocationẽ exercere, uel statutis aqescere. C. eo. l. i. Si uero fuerit criminalis, siue reus, siue accusator moriatur, extinguitur causa: si tamen non expresse, sed tacite bonorum fuerit facta ademptio: tunc enim quia expressum est inualidum, nec ualet quod tacite inest. ff. de ser. rust. prædi. l. item. §. qui habet. ubi uero expresse fit ademptio bonorũ, quasi duæ sunt sniæ, quia duo sunt capitula: unde uno irritato, nihilominus ualet r liquum. C. si reus uel ac. mor. fu. l. ult. Sed tamẽ ubi hæres causam appellationis tenetur prosequi, uel exercere, ad minus, quatuor menses habet ad exercendum appellationem, non ad deliberandum, etiã si minus supererat defuncto. Si uero plus supererat ei, & illud habet. C. eo. l. ultima. &. C. de iur. deli. cum anterioribus.

Res litigiosa mortua.

De iure fisci.

Ciæ fisca. Variæ sunt causæ, ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet: nam si ille qui est incapax, puta deportatus, hæreticus, damnatus in metallo, natus ex damnato coitu, siue hæres sit, siue legatarius, uel fideicommis. se defert fisco, & profitetur se capere non posse: uel ab alio præuentus defertur: ut j.e.l.senatus.§.senatus ult. q mors ab hæredibus nō uindicet: ut. C. ubi cau. fis. l.i. & C. de his quibus ut indign. l.j. uel q indignus hæres quis nuntiatur: ut. ā. de his quibus ut indign. l. indignum. uel q princeps hæres institutus est, & testamentum, siue codicilli surrepti esse nuntiantur, uel q dicatur quis thesaurum inuenisse in loco publico, uel fiscali: uel ex præuaricatione fiscum uictum esse: uel talem decessisse, q in capitali crimine est dānatus, & bona expresse adempta: uel qui timore futuræ pœnæ se occidit: uel aliquem post mortem reum esse: ut. ā. de accu. l. ex iudiciorum. uel domum destructam esse per uim publicam, uel priuatam. ā. ad leg. Iul. de ui publ. l. hi qui. uel ab accusatione recessum, & ob id de calumnia, uel tergiuersatione damnatum esse: uel rem litigiosam uenundari: ut. C. de liti. l. fi. uel pœnam fisco ex contractu priuato deberi. j. eo. l. aufertur uel quod a præside aduersus legem cōmissum esse, uel factum: ut. C. de asser. l. consiliarios. C. ad legem Iul. repe. l. i. His enim casibus bona ad fiscum deferuntur: & dicitur fiscus suo iure talia bona occupare. Sed nuntiatio uacantium bonorum quadriennio finitur: ut. j. l. i. Dicitur autem Fiscus, pecunia regis, siue ærarium publicum, quo tales pecuniæ pœnales reponuntur. In
Fiscus
de dicitur, q omnia q̄ turpiter quæsita sunt, uel cum peccato detinentur, spectant ad fiscum: ut in. l. Lucius. j. eod. Et quod non capit Christus, capit fiscus: ut ibi & xvi. q. vij. maiores & proprie quid sit Fiscus, & unde dicatur, ponit Bart. C. eo. super rubrica. lib. x. & in. l. in prouincijs. in glos. largitionales. C. de mune. & actu. Et de natura fisci ponit Bald. in quodam consilio, quod incipit Sanctissima & illustrissima.

De captiuis, & postliminio reuersis: & de redemptis ab hostibus.

Iure gentium capti in bello serui efficiuntur capientium: ut Insti. de iure na. § ius autem gētium. Nam Imperatores iusserunt captiuos uendere, ac per hoc seruare, ne occiderētur. Insti. de iure pers. §. serui autē. & quī ita in captiuitate fuerant, a legitimis actibus prohibebantur. ut. ā. de testa. l. lege Cornelia. in fin. & ā. de lib. & posth. l. penulti. & ulti. Secutum est autem postea ius postliminij: quod est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus constitutum: ut habetur. j. l. postliminium. j. responso. & dictum est Postliminiū a limine, & post: unde etiam qui ab hostibus captus ē, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersuꝫ recte dicimus. Nam sicut in domo limina finem quendam faciunt, sic & Imperii finem limen esse ueteres uoluerunt: ab eo Postliminiuꝫ dictum, quia ad idem limen reuertebat, quod amiserat: ut Inst. qui. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. Et competit ius postliminii aut in pace, aut in bello. In bello, cū hi qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, & intra

Capti ui. Postliminiū

præsidia sua perduxerunt: nam si ex eodem bello is reuersus fuerit, postliminium habet, id est, perinde omnia restituuntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset: & sicut antequam in præsidia hostium deduceretur ciuis fuit, ita etiam intelligitur reuersus: ut si ad amicos nostros perueniat, aut intra præsidia nostra esse cœperit. l. postliminij ff. eo. Sunt autem Hostes, quibus bellum publice populus Romanus decreuit, uel ipsi populo Romano: cæteri uero Latrunculi, uel prædones appellantur: & qui a talibus capitur, non est seruus eorũ, nec postliminium illi necessarium est. l. hostes. ff. eod. ubi Bart. tractat, an hodie inter Christianos locum habeat ius postliminii. — Hostes.

De re militari.

Res militaris dicitur, quæ ad disciplinam & exercitium militiæ pertinet. Hinc dicitur, quod omne delictum est militis, quod aliter, quam disciplina cõmunis exigit, cõmittitur: ueluti segnitiæ, uel cõtumaciæ, uel desidiæ. l. omnem. in prin ff. eod. Et officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit. Meminerit enim qui armato, præest, parcissime dare commeatum, equum militarem extra prouinciam suã duci non permittere: ad opus priuatũm, piscatum, uenatum, militem non mittere. l. officiũ. in princ. ff. eo. Officium tribunorum est, uel eorum qui exercitui præsunt, milites in castris continere, & ad exercitationem perducere, claues portarũ suscipere, uigilias interdum circumire, frumentationibus cõmilitonum interesse, frumentũ probare fraudem mensuræ coercere, delicta secundum suæ auctoritatis modum castigare, querelas cõmilitonum audire, ualetudinarios inspicere. l. officium. §. i. ff. e. Sunt autem militum delicta quædam propria, quædam cum cæteris communia: propriũ militare est delictum, quod quis uti miles admittit, ut est transfuga, emansor, desertor, erro. Transfuga est, qui ad hostes transfugit, & se militem dat cui non licet. Emansor est, qui diu uagatus ad castra reuertitur. Desertor est qui per prolixum tempus euagatus reducit. Erro qui nunquam redit. Pœna militum huiusmodi est, castigatio fustiũ, & uerberum, pecuniaria mulcta, munerum interdictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio. In metallum autem, & in opus metalli non dabuntur, nec torquentur. ff. eod. l. desertorem §. ij. & iij. Nec alias similes pœnas quæ plebeis cõueniũt: ut. ff. de pœn. l. mortis §. iste. & C. de pœ. l. honor. & C. de quæst. l. milites. & ideo hodie de consuetudine non suspenduntur, etiam ex delicto ex quo plebeius suspenditur: ut dicit glos. in d. l. desertorẽ. in uer. torquentur. Missionum autem ex militia generales causæ sunt tres, honesta, causaria, ignominiosa: de quibus. ff. de testa. mili. — Transfuga. Emãsor. Desertor. Erro. Missionũ cãæ.

De castrensi peculio.

In castrensi peculio filius uicem patrisfamilias obtinet. l. ij. ff. ad Maced. & agit in eo filius sine cõsensu patris: tex. & ibi Bart ff. eod. l. miles. Est autem Castrense peculium, quod a parentibus, uel cognatis in militia degentibus, donatum est: uel quod ipse filiusfamilias militia acquisiuit, quod — Castrẽse peculium

acquisiturus non fuisset nisi militasset.j. eo.l.castrense.ita dicit gl.in.c.li cet.de sepul.lib.vi.& in gl.Institu.per quas pers.nob.ac. §.i.de hoc in.l.fori. & ibi Cyn C.de aduo.diuer.iudi. & C.de inoffi test.l.fi.in.q.ulti.& Bart. j.eo.si forte.&.l.fi.C.de silentia lib.x. & Bal.in.l. cum oportet.C. de bon. quæ lib. Illud autem quod miles in militia acquirit,quod acquisiturus esset etiam sine militia id peculium eius castrense non est.d.l.castrense. in fi. & ã.ex quib.cau.ma.his qui Reipub. Et in hoc castrensi multa sunt specialia,quæ hoc titulo tractantur.

De priuilegijs ueteranorum.

Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogatiuam, ut separentur a cæteris in pœnis:nec ad bestias itaque datur ueteranus,nec fustibus cæditur.j.l.i.Et ueteranis,& liberis ueteranorũ idem honor habetur, qui & decurionibus. j.l.iij. Sunt autem Veterani quibus honeste sacramento solutis data est immunitas:ut colligitur in.l.ij.j.eo. uel sunt non solum legionarii, sed omnis qui qualitercunque militauit, & honeste est ab ipsa militia absolutus.l.sed & milites.§.ueteranus.ã.de excus.tut.& præsertim si per uiginti annos militauit:ut dicit glos. super rubro.C.de uetera. Veterani.

LIBER L.

Et ultimus huius.

Ad municipales,& de incolis.

Mvnicipalem facit aut natiuitas propria, uel paterna.j e. l assumptio. aut manumissio,ut eius originem sequatur,a quo fuit manumissus.j. eod. l.eius. aut adoptio dum durat.j.eo.l.si is.Et proprie quidem Municipes appellantur muneris participes. hinc & Municipium ciuitas dicitur:eo quia recepti in ciuitate munera cum ciuibus subeunt,id est,publica officia.Sed abusiue Municipes dicimus suæ cuiusque ciuitatis ciues, puta Campanos,Puteolanos:qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus est, Campanus est.Sed & si ex patre Campano, matre autem Puteolana æque municeps Campanus est,nisi forte priuilegio aliquo materna origo inspiciatur ut.C.de inco.l.priuilegio.tunc enim maternæ originis erit municeps: ut puta Iliensibus concessum est,ut qui matre Iliẽsi est sit eorum municeps: etiam Delphis,& Ponticis hoc idem tributum & conseruatum est.j.l.i.§. i.Incola & his magistratibus parere debet, apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est.l.incola.i.j. eod. Et dicitur esse Incola,quia illius ciuitatis quam incolit præcipuis, id est, muneribus, seu officijs, aut actibus publicis utitur.l.scire.j.eod.uel qui in aliquam regionem domicilium suum contulit:& idem est quod Aduena.l. pupillus.§.i.j.de uerb.sig. Municipes. Municipiũ. Incola.

De decurionibus, & eorum filijs.

Decuriones sunt dicti,ex eo quòd initio, cum deducerentur coloniæ sub conditione Romanorum, decima pars eorum qui deducerentur cõsilij publici gratia conscribi solita sit. l.pupillus.§ decuriones.j.de uerb.sig. de hoc. C.de lat.liber toll. in princi. erat enim Decurionatus ordo quidam in ciuitate prouidens regimini ciuitatis:& sunt Consiliarij ciuitatis: Decurionatus. Cõsiliarij.

ut glo.ff.quod cuiusq; uniuer.l.non, nulli.& not.C.quæ sit lon.consue.su per rubro.Et licet quilibet possit mu tare domicilium suum:ut.ff.tit.pxi. l.nihil.decuriones tamen qui sedibus ciuitatis ad quam pertinent relictis, in alia loca transmigrauerint, præses prouinciæ reuocabit in patrium so lum, & muneribus congruentibus fungi curet.l.i.j.eo.Et in quo differat Decurio a curiali, no.C.eo.super rub. lib.x.Et quem honorẽ,& quod onus habeant decuriones,not.ibi i.l.i.gl.i.

De albo scribendo.

Albũ præcoris — Album erat tabula quædam, uel paries dealbatus, uel murus, in quo edicta publica prætorum conscribebantur:ut dicit glo.Insti tu.de act §. pœnales.& in Clemẽ.dudum.de iudi.de quo Spec.tit.de dol. & con.§. restat. Et qui tale album corrũpebat egregie puniebatur.l.si quis id quod. ff.de iurif om.iudi.Et in hoc albo de scribebantur etiam decuriones eo or dine, quo quisque eorum maximo in municipio functus est.& prout unusquisq; eorum in ordinem uenit.l.i.j. eo.Et in hoc albo decurionu3 & municipum ante scribebantur nomina eorum qui dignitates principis iudicio consecuti sunt, & postea eorum qui tantum municipalibus honoribus functi sunt.l.fi.j.eo.

De muneribus & honoribus.

Vehicularis res — Munerum ciuilium quæda3 sunt patrimonii, quædam personarum, quædam mista.Patrimonii munera sunt rei uehicularis, scilicet præbens uehiculum ad onus portandum.ff.lo ca.l.cum in plures.§. uehiculum. Ite3 Nauicularis. nauicularis, id est, præbens nauẽ,&c. ff.Decemprimatus,id est, cuiusdam qui præerat decem:idem dicitur Decaprotes:ut.j.l.iij.§.decaprotes.quia ab istis decemprimatibus periculo ipsorum exactiones solemnium fun ctionum celebrantur. Personalia sunt ciuilia munera,ut Defensio ciuitatis, id ẽ,ut syndic⁹ fiat.Legatio ad cẽsus accipiendos,ut patrimonium scribatur.Item cura prædiorum publicorum, frumenti comparandi, aquæductus, equorum Circensiu3 spectacula, publicæ uiæ munitiones, ac arcæ frumentariæ, calefactiones thermarum, annonæ diuisio,& quæcunque aliæ sunt curæ similes istis.Et generaliter personale munus est,quod corporibus cum labore & sollicitudine animi,ac uigilantia principaliter exi stit. Patrimoniale uero est, in quo sumptus maxime postulatur.l.i.§.i. &.ij.j.eod.Q uod autem ad honores pertinet,etiam is qui in patris potestate est, filium in potestate habet.l. ij.j.eod.Et qui originem ab urbe Roma habent, si alio loco domicilium constituerint, munera eius sustinere debent l. iij. in princi.j. eod. Q uæ autem proprie dicuntur munera patrimoniorum, & quæ personalia, habentur ad longum in.l.munerum j.eod.& de Mistis,in.d.l.munerum. §.mista.

Decẽprimat⁹ — Persõnalia munera — Patrimoniale munus.

De uacatione & excusatione munerum.

Licet omnis excusatio suæ æquitati nitatur, si tamen prætendentibus aliquid sine iudice,id est,sine causæ cognitione credi deberet,aut si passim sine temporis præfinitione, pro ue cuiq; libuerit, pmissu3 fuerit se excusare,non esse q munera necessaria

in rebus publicis obeant.l.i.in prin. j.eod. quod malū esset:ut.ā.de orig. iur.l.ij.§.post originem. quare nemi ni uacatio,uel excusatio a muneribus tribuitur,nisi causa per iudicem co gnita. Est autem Vacatio defectio,uel cessatio:& uacare,id est deficere:ut j. de uar.& extraord.cogn. in rubro.& in.l.i.circa princip. Item uacare est intendere,ue l operam dare:ā. de arb. l.non distinguemus.§.ex cōpromis so.de quo per Io.an.c. ij.uersi. super scho.ne cle. uel mo. Et de uacatione ab officio quemadmodum in hoc titulo accipitur, ponit pulchre Ang. in cōsilio suo.cclxxxij.quod incipit: Punctus. Excusatio autē est exceptio quæ ab eo proponitur, qui munus, id est, officium publicum subire ha beret animo illud euitandi, uel sub terfugiendi:de quibus hic in.l.ij.& in l.in hono.

Vacatio.

Excusatio.

De iure immunitatis.

Titulus.ā. proximus ad munera euitanda, hic ad euitandos honores datur: licet quædam leges diuersis modis in utroque ponantur. Vel ibi de subeundis,hic de euitandis: & est similis diuersitas titulorū.C.de aduo. diuer.iudiciorum,& de aduo.diuer. iudicum. Immunitates datæ per sonis, hæredibus non relinquunt: sed generi posterisq; datæ, in perpe tuum succedentibus durant.l.iiij.j.e. Et dicitur Immunitas priuilegium quoddam,uel remissio a iure,ad non subeunda munera,uel honores cōces sa:qualia multa enumerantur hoc titulo,quædam etiam.ā.tit.proxi.

Immunitas.

De legationibus.

Legatio est functio publici mune ris extra territorium,uel prouincias, aut locum constituentis subeunda. Et est legatus, principis, uel alterius Reip.nuntius aut orator pro aliqua ambasciata,uel aliquod nudum mini sterium exercendum: de quo.j. dist. ius gentium.&.xcvij.distin. per tot. maxime in.c.nobilissimus. Et tales legati, quatenus Reip. causa absunt, habent excusationem a muneribus & honoribus:ut hoc tit.& Instit. de excu.tut.§.si.ponitur etiam hic poe na eius legati, qui legationem deser uit,cum distinctione,ex qua causa de seruerit:ut in.l.i.& ij.& quandiu ha bet uacationem post reditum, not. in.l.Paulus.

Legatio.

Legatus.

De administratione rerum ad ciuitatem pertinentium.

Quod ad certam speciem ciuita tis relinquitur, in alios usus conuer tere non licet.j.l.i.nisi in casibus:ut.j eo.legatū &.ā. de usufru.leg.l.legatū ciuitati.&.j.de ope.dub.l.penul.& de polli.l.Imperatores. in fin.&. C.de expē.lud.l.i.lib.xi.Magistratus Reip. non dolum solummodo, sed etiam latam negligentiā,hoc amplius etiam diligentiam debent,id est,culpam le uem.l.magistratus.j.eo. & generali ter, quomodo omnes res ad usum Reip.spectantes, uel eius curam per publicas personas geri & administra ri debent,hic tractatur.

De decretis ab ordine faciendis.

Quæcunque ad collegium, uel uniuersitatem pertinent, non aliter tractari debent, aut collegio præiudi care,q̃ si ab ipso ordine eiusdem pro fessionis decretum intercedat. Illaq; decreta quæ non legitimo numero

decurionum coadunato facta sunt non ualent.l.ij.ꝭ.eo.Non dicitur autem aliter ab ordine factum, q̃ duabus partibus adhibitis.l.iij.ꝭ.eo.si autem duæ partes non adsunt, potest inter duas numerari quam ipsa decreuerit.ꝭ.quod.cuiusque uniuer.l.nulli.&.l.plane.Et quod semel ordo decreuit, non oportet id rescindi, nisi ex causa:ut si forte ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti.l.quod semel.ꝭ.eod.

De operibus publicis.

De operibus quæ in muris, uel portis, uel in rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, præses aditus principem consulere debet.ꝭ.l.de operibus. qui æstimabit an locari, uel destrui debeant propter pericula.l.si legatum.ꝭ.eo.&.ꝭ.ne quid in loco sac.fi.l.fin. Et dicitur opus publicum, quod ad utilitatem aut usum Reip. principaliter pertinet.Et qui huic operi præest, Curator operum publicorum appellatur.ꝭ.l.i.circa princ.&.l.ij.§.curatores.cuius officium est, obtinere a præside, ne fines publici a priuatis detineantur:& si qui publici sunt, a priuatis separent:& publici reditus augeantur. Et si qua loca publica uel ædificia in usu priuatorum inuenerit, æstimare utrum ne uendicanda in publicum sint, an uectigal ibi melius sit imponi: Et illud quod utilius esse Reip. intellexerit, sequi.l.si legatum.in fin. ꝭ.eodem.

Curator operum publicorum

De nundinis.

Nundinæ sunt immunitas a principe concessa ad habendum generale forum in sua possessione, uel uilla, uel castro:ut ponit glos.in.l.i.ꝭ. eod. Et potest concedi a solo principe: & non utendo, qui impetrauit hoc priuilegium decennij tempore, usum amittit.l.i.ꝭ.e.Sunt autem nundinæ necessariæ, & hominibus per q̃ utiles:eo ꝙ & summæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos Plato in lib. II.ciuilis conuersationis, in ciuitate bene, beateq; instituta, negotiatores in primis necessarios dixit. Indiget enim ciuitas pluribus rusticis, & alijs ministrantibus inuehentibus in urbem, & euehentibus singula. Hi autem sunt Negotiatores, qui diuersas merces afferunt.l.ij.ꝭ.eo.Et sic Nundinæ dicuntur celebratio generalis fori: ut hic.&.C.de nun &.ꝭ.de acqui. pos. l.clam possidere.§. qui ad nundinas. Ioan.An.in.c.nauiganti. de usur.aliter accipit hoc uerbum.ꝭ. pro soc.l. societas.Et ille q impetrauit super nũdinis rescriptum, nullum in mercatibus, atque nundinis, ex mercibus negotiatorum debet conuenire, aut uenalitiis uel locorum temporali quæstu & commodo, priuata exactione nullum debet insequi uel sub prætextu priuati debiti molestiam inferre concurrentibus ibidem. Concurrentes enim habent exceptionem, interim dum steterint nundinæ. Qui nũ impetrauit rescriptum, debet esse cõtentus eo commodo, ꝙ propter forum eius terra impinguatur. Sed alij in nundinis contrahentes bene possunt conuenire debitores suos, quos obligauerunt, habentes ibi pergulas, uel stationem:ut.ꝭ.de iud.l.hæres.§. proinde.&.C.eo.l.i. & in.c.i.§. contrahentes.de foro comp.lib.vi.

Negotiatores. Nũdinæ.

De pollicitationibus.

Pollicitatio est promissio sponte,

& nemine rogante, facta: Pollicemur enim sponte, promittimus rogati, uel coacti. Seru.super.1.Aene. Et differt in hoc a pacto: quia Pactum est duorum consensus, & conuentio: Pollicitatio uero offerentis solius promissum. l.iij.ĵ.eo. Et licet regulariter de iure ciuili ex nudo pacto non oriatur actio, ut diximus.ŝ.de pact. ex pollicitatione tamen, quam quis facit Reip. puta opus se facturum, uel pecuniã daturũ qs obligat: & hoc si ob honorẽ pmiserit sibi decretũ.i.ab ordine datũ, uel dandũ: uel ob aliam iustam causam. Si uero sine causa promiserit, nõ erit obligatus: & ita multis pstitutiõibus & ueteribus & nouis ptinetur: si tñ sine causa promiserit & facere incoeperit, obligatus est qui coepit. l.j.ĵ eo. & dicitur coepisse, si fundamenta fecerit, uel locum purgauerit, uel si locus illi petenti destinatus est: uel si apparatum siue impensam in publico posuit: ut ibi.

Coepisse dicit.

De uariis & extraordinariis cognitionibus, & si iudex litẽ suam fecisse dicatur.

Praeses prouinciae de mercedibus ius dicere solet, extra ordinem officio iudicis implorato: sed praeceptoribus tantum studiorum liberaliũ. Liberalia autem studia dicuntur ea, quae Graeci Gymnasia appellant: ut sunt Rhetores, Grammatici, & Geometrae: Medicorum quoq; eadẽ est causa, quae & professorum, nisi q iustior, cum hi salutem hominum agant, illi studiorum curam. & ideo his quoq; extra ordinem ius dici debet. Est autem extra ordinem ius dicere, implorare officium iudicis ad mercedem constituendam, & soluẽdã, & dandum salarium: etiam si a principio non fuerit constituta merces. ut.ĵ.l.j.§.medicorũ. & in ipsa rubrica: & ŝ.dec. ab ord.fac.l.ambitiosa.§.ad idem.C.de profes.& med. l.medicos.lib.x. Cognitionum autẽ numerus cum ex uariis causis descendat, in genera diuidi facile nõ potest nisi summatim diuidatur in quatuor species: Aut enim de muneribus siue honoribus gerendis agitatur: aut de pecuniaria re disceptatur: aut de aestimatiõe alicuius, id est, fama, uel opinione cognoscitur: aut de capitali crimine quaeritur.ĵ l pen. Iudex autem qui litem suam fecerit, contra aequitatem pronuntiando, non proprie ex maleficio obligatus uidetur, sed quia nec contractu obligatus est & utiq; peccasse aliqd intelligitur, licet per imprudentiam: ideo uidetur quasi ex maleficio teneri in factum actione, & inquantum de ea re aequũ religioni iudicantis uisum fuerit, poenam sustinebit.ĵ.eo.l.fi. & Insti.de obl.ex quasi malefic. circa princ.

Liberalia studia

Extra ordinẽ ius dicere

Cognitionum.

Iudex faciẽs litem suam

De proxenetis.

Proxeneta est, qui inquirit uoluntates aliquorum, secundum gl. hic sup ru. Et dicitur apud nos Licitator siue Mediator: de ducit a προξενέω quod est, concilio, induco: & proprie dicitur compsitor & mediator emibilium & uendibiliũ, media uidelicet ista persona, p quã aliquis cõtractus celebrandus, uel ineundus procurator: & eius merces uel remuneratio dicitur Proxeneticum, quae & Philotropha dicuntur.ĵ.l.ij.& iure licito peti possunt ĵ.l.i. Hos & Graeci Paranymphos appellant, praesertim si conditionis alicuius ad matrimoniũ uel amicitiae quaerẽdae inter aliquos,

Philotropha.

uel assessuræ, uel alicuius alterius rei proxeneta & procurator sit. Sunt enim huiusmodi hominum officinæ in magnis ciuitatibus non improbabiles, in uenditionib⁹, cōmerciis, & contractibus licit. s: imo utiles. l. fi. in fi. j. eo.

De censibus

Census est præstatio tributi: uel est annua pensio, quæ de prouentibus rerum immobilium datur. no. j. q. iij. quæsitum. & in quo differat a tributo ponit Bar. in. l. i. ff. de publ. & uect. & Io. an. in c. ad audientiam. de præscrip. & ibi do. Anto. Et in quo differt census a pensione, not. glo. in Clem. i. de sup. neg. præl. in uerb pensiones. Est autem sciendum

Italia quod Italia non præstat tributum: quia domina prouinciarum: in Auten. ut om. obe. iudi. § hoc considerantes. in glo. prouincias. coll. v. ne princeps prouinciarum facta sit sub tributo: ut dicit glo. C. fine cen. & reli. l. omnes. licet Albericus dicat, ꝙ est ancilla ancillarum. causas uide per Archid. xxiij. q v. non uos. Sunt enim quædam ciuitates quæ sunt iuris Italici, ut non soluāt censum, uel tributum Romanis: de quibus. l. fin. j. eo. & quædam coloniæ, de quibus in d. l. i.

De uerborum & rerū significatione.

Cum omnes ius, quo utimur, uel ad personas, uel ad res, uel ad actiones pertineat. ut Insti. de iur. na. §. fi. de quibus omnibus in hoc uolumine Pandectarum dictum est: sed quia in his uertuntur multæ dubitationes circa uerborum & rerum expositiones, & interpretationes, iō de his

Verbū ponit. Verbum quandoq; stricte ponitur, prout est pars orationis significantium actionis, & passionis: hic autem largius ponitur secundum denominationem pro qualibet parte orationis Et dicitur uerbum ab aeris uerberatu, quod commune accidens est omnibus partibus orationis. Rei etiā uerbū est hic ut generale accipiendū pro qualibȝ re mobili, uel īmobili aut se mouenti, ut diximus. ff. de reb. cred. Et uerba significant actiue, sed res passiue: qa uerba significāt: sed res significant. Et ē significare, demōstrare rē de qua q̄rit, ꝓprio nomine ei at tributo: sed hic largius sumitur, ut etiā si propriū nomē nō interueniat, sed quocunq; modo designetur res: ut. ff. si certum pet. l. certum. De significatione autem uerborum plenissime & perfectissime tradere non possumus. Sunt enim quædam. quæ nō recipiunt perfectam doctrinam, uel propter infinitatem, ut in omnibus extraord. criminibus puniendis: uel propter confusionem rei, ut cum quæritur, quando sit mora facta. ff. de usur. l. mora. uel propter infidelitatem hominum, uel uarietatem personarum, ut cum quæritur, quanta fides sit habenda testibus. Et ideo dicit lex, non posse omnes casus qui quandoq; inciderint lege comprehēdi: ut. ff. de leg & se. con l. neq;. & l. non possunt. & alibi, quod plura sint negotia, quam uocabula. ff. de præscrip. uerb. l. natura.

Res.

Signi ficare.

De regulis iuris.

Enimuero specialiter omni iure prætorio, & ciuili, per titulos diuersos tractādo de person s, rebus, actionibus, in quibus omne ius consistit: ut. ff. de sta. ho. l. i. nunc generales diffinitiones, siue traditiones annectemus. Nec enim nouū est, ut quibusdā

specialiter enumeratis, generalis quædā subiiciatur clausula, quæ omnia comprehendat. ut. ff. ad le. Aqui. l. si seruus seruum. §. inquit lex. Est autem regula multorum similium collectio, secundū grammaticos: uel est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat. Et dicitur regula, quia regi normam recte uiuendi præbet: Inde Regularis, quasi recte uiuens, uel sub regula uiuens. Dicitur etiam regula, eo quod recta ducit, nec aliorsum trahit. Persius: Apposita, intortos ostendit regula mores. Est enim regula rectitudinis uel certitudinis forma per quam scriptor nouit modum recte scribēdi, & secator modum recte secandi, & sic de similibus. Ita per regulas modum recte iudicandi cognoscimus. iii. dist. regula quasi regulariter uera, quamuis patiatur exceptiones: quia exceptio est de regula. xxxij. q. ij. dominus noster: Et constituitur regula per uerba quæ de sua natura omnia cōprehēdunt: ut sunt uniuersalia, affirmatiua, & negatiua. Itē p uerba negatiua, & indiffinita, quæ æquipollent uniuersali. C. de hæred. uend. l. ult. Officium regulæ est, plures similes casus simul iungere clauo rationis. ff. eo. l. i. ibi, quasi causæ coniunctio est, &c Et solet dici, quod per regulam nō statuitur ius, sed ex iure sumitur regula: & ideo proprie loquendo dici debuisset non De regulis iuris: sed De iure regularum. Allegatur tamen regula pro iure, nō tam ex origine, quā ex forma. Et potior est eius causa, p quo facit regula: habet enim aduersarius necesse ostendere rationem, quare in illo casu regula non loquatur. ut dicit glo. eo. ti. lib. vi. super rubro. Quid autem sit Ius, & unde dicatur, dictum est. ff. de iust. & iur. Et sumitur hic pro nostro iure, scilicet ciuili, non canonico.

Rla. — Officium rlæ.

CODICIS
IVSTINIANI
TITVLI.

LIBER iste, secundus ex principalibus legū uoluminibus, Codex diui Iustiniani dicitur: & κατ᾽ ἐξοχὴν id est, per eminentiam, uel per Antonomasiam, id est, uice proprii nominis Codex appelatur, Sicut se habet. Vrbis, & Poetæ Apostoliq; uocabulum: ut Insti. de iur. na. §. sed quoties. & forte ideo, quia codex dicitur a cogendo. Cogere enim uel imperare proprium est Imperatoris, ut eius nomen denotatur, cuius est hic liber. Et hæc est præcipua legis uirtus. ff. de legi. & se. con. l. legis. Vel dicitur a cogendo, id est, componendo, uel cōgregando: sicut fructus dicuntur cogi. ff. de peti. hære. l. a patre. §. ulti. Vir. Tityre coge pecus. Iustiniani dicitur, ad differentiaȝ trium ueterum

codicum: Hermogeniani, Gregoriani, & Theodosiani: de quibus. j. Nam in

Iusti/nian' tentio domini Iustiniani est, ex illis tribus codicibus, & extrau:gātibus constitutionibus, hunc codicem cō/ponere. Finis autem, siue utilitas, summa est: quia hoc opere perfecto facili modo erit accessus ad tutiores cau/sarum diffinitiones: & quia ex hoc nouo codice resultabit recitatio di/ualiū ꝯstitutionum, & quia non est opus maxima mole pecuniarum.

In nomine domini nostri Iesu Chri/sti. Codicis domini Iustiniani sa/cratissimi principis ꝑpetui Au/gusti, repetitæ prælectiones libri primi. Constitutio prima, de nouo codi/ce faciendo.

Nou' codex fac. Imperator tractaturus de Iustitia & iure, præmittit tres constitutio/nes, quæ uicem obtinēt procemii. In quibus auditorem beneuolum, doci lem, & attentum reddit. Et in hac pri ma constitutione imperat, uetat, per mittit, punit: quæ quatuor sunt le/gis uirtutes. ff. de leg. & se. con. l. legis Imperat, cum decem Philosophis, id est, uiris prudentibus committit, ut codicem componant: ut. j. eod. §. ideoq; ad hoc. usq; illuc: ita tamē &c. Permittit, additionē detractionē mu tationē: ut ibi, adiiciētes. &c. Vetat, ex alio codice recitationem fieri: ut in fi. l. Punit, ut. j. l. proxi. § falsi. Docet etiam. quod ipse sit aggressus: cum tradat hæc necessario corrigenda es/se. &c. & ita quodam modo suum opus commendat.

De Iustiniano codice confirmando.

Superior constitutio facta fuit nondum composito hoc codice: hæc autem cum iam erat comple/tus, ut probatur. j. ea. l. §. iisdem pru dentibus. & ideo ponit in rubrica de Iustiniano codice confirmando: quia antiquum codicem reiicit, & hunc cōfirmat. In principio autem huius constitutionis commendat utilita/tem sui operis, probando qualiter ad rempublicam spectat. Secundo mandatum certis personis repetit iniunctum, & eorum studium com/probat. Tertio tradit de ui legum, & adiicit de pœna allegantium illicitas leges. Circa compilationem autem li brorum legalium colligi potest, ꝙ decem fuerunt compositores primi Codicis Iustiniani: ut. s. in constitut. prima. sicut etiam decē uiri fuerunt in petēdis tabulis. ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis. & vij. dic. c. fuerunt. Item tres in Instit. ut in proœ. eiusdē. §. cumq; hoc deo. Et quindecim in compila/tione Digestorū: ut Institu. in proœ. §. quas ex omnibus. & j. de ue. iur. enu. l. ij. § quæ omnia. Item quinque in compilatione noui codicis. j. tit. proxi. Ita dicit glo. s. in consti. j. Cōpo sitio codi/s. ci

De emendatione codicis Iustiniani, & secunda eius editione.

Hæc constitutio quatuor continet partes. Primo enim dicit, qualiter curat componere leges ad negotia di rimenda. Q uod patet, quia iam fecit codicem, & confirmauit eundem. Se/cundo dicit, quod post prædictum codicem factum fecit ipse multas constitutiones, corrigens, & im/mutans leges de his quæ erant in co dice, quæ constitutiones cum non essent in corpore codicis, mandauit quibusdam sapientibus, ut primum

codicem dissoluant, & istas intersci/rant, & alias immutent, ut eis uidebitur. & sic nouum librum faciant. Tertio dicit hoc esse factum, & ideo mandat eum seruari, & nullã aliam Imperatoris leges, nisi de nouo faciat. Si autem aliquid fuerit scribi necessarium, in speciali libro nouellarum nomine assignabitur. Quarto & ultimo mittit eum senatoribus Constantinopolitanis.

De summa trinitate & fide catholica: ut nemo de ea publice contendere audeat, aut disputare.

Iustinianus æquitatis iustitiæq; statuta inquisiturus, præmittit de summa trinitate, a qua iustitia (sicut ex eius diffinitione patet) ducit originem, & omnis æquitas splendescit in lucem: & quia super summa (id est, in æternum benedicta) trinitate nostra fides (quæ dicitur Catholica, id est, uniuersalis) consistit, ideo de ea ponit. Vel quia tractaturus est de iustitia, de eius parte præcipua prius exorditur, id est, de religione. Religionis autem principium est fides, cum omne quod non est ex fide, sit peccatũ. extra de præscriptio. c. fi. & xxviij. q. i. c. i. & nostra reparatio a fide sumpsit exordium: & nil boni possit superædificari ubi fidei deficit fundamentum. i. q. i. cum Paulus. Ideo Iustinianus sui operis posuit summaz trinitatem, & fidei catholicæ fundamentum: ut dicit glo. hic sup rubro. de qua quia publice tractari sæpe nõ expedit, supponit ut nemo de ea, &c. Et dicitur summa, quia maior, imo maxima est omnium rerum, utpote cum ab ea, tanquam a prima causa,

Sũma trinitas.

omnia procedunt. J. de uet. Iur. enu. l. i. circa prin. Trinitas dicitur, propter personas quæ in diuinitate consistunt. ut enim alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus: ita alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti: non tamen tres Dij, sed unus tantum Deus: nec tres trium persona rum substantiæ, sed una tantu3, quæ Græco uocabulo ὁμοούσια, id est, indiuisa substantia dicitur: ut. s. eod. l. ij. Est itaque, ut iam dictum est, trinitas in personis unitas in substantia, deitate, essentia maiestate, gloria, æternitate, immensitate, incommutabilitate, omnipotentia. cui laus, honor, uirtus, & magnificentia per infinita seculorum secula. Fides autem quandoq; ponitur pro promissione: ut Institu. de rer. diui. §. uenditæ. quandoq; dicitur propositum, siue mentis intẽtio, in contractu, uel extra contractum adhibita: uel si fuerit in re alterius cõtrahentis, uel non contrahentis, adhibita ad eum decipiendum, uel ut ei præiudicetur, dicitur mala fides, seu intentio. Cæterum si fuerit ut tibi cõsulas, nec quẽquam fallas, dicitur bona fides, credulitas & in hac significatione sumitur hic. Vnde Apostolus: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentiũ. Et intellige credulitas, non cuiuslibet rei, sed circa trinitatem, & ea quæ salutis sunt æternæ. Et dicitur Fides ideo, quia fiet, omnino enim futuru3 est quod speratur. Vel dicitur a fidis, quæ Græce chorda dicitur: Sicut eni3 in cithara chordæ consonare debent ad perficiendam melodiam, ita & inter amicos animi: ita ad Deum, & cu3 deo pectora nostra & corda consonare, & quadrare debent, ad consti/

Fides

tuendam consonantiam salutiferam, & cœlestem harmoniam. Dicitur autem Catholica, id est, uniuersalis, & ubique porrecta. Vnde dicitur in regio poemate: In omnem terram exiuit, &c. Hinc & imperator hic, Cunctos populos inquit, &c. Quæ autē sit fides catholica, & quid de indiuidua trinitate, ac incarnatione uerbi credere debeamus, altior est materia, quàm præsens hoc opusculum uel capere, uel professio nostra explicare queat. Credimus autem auctoritati Apostolorum & Euangelistarum, cæterorumq́; ecclesiæ dei fundatorum. Item conciliorum quatuor Niceni, Constantinopolitani, Calcedonij, & Ephesini: ut. j. eod. l. cunctos & l. uictor. § suscipimus. Male autem credētes multis pœnis afficiuntur, quæ explicantur. j. de hære. & ma. l. i. ij. & l. quoniā. Sed & quædam ponuntur. j. e. l. i. § reliquos. & l. nullus. §. sciāt. & §. qui uero. Bene credētes præmio uitæ æternæ afficiuntur, si tamen aqua & spiritu renati, & tabulā pœnitentiæ post naufragium peccati arripuerint: ut. j. l. i §. hanc.

De sacrosanctis ecclesiis, & de rebus & priuilegiis earum.

Quia mater fidei & religionis est Ecclesia: ut. j. eod. iubemus. ij. in fine. i. responso. ideo de sacrosanc. eccl. ponit. Cui Ecclesiæ opus est rebus tā diuino cultui, q̄ personarū ibidem deseruientium usui suppeditātibus. Si quidem res sunt necessariæ his, qui in ecclesis obsecundant diuinis mysteriis. Qui enim altario seruit de altari etiam uiuere debet, secundum Apostolum. ideo subiūgit, de rebus. In quibus quoniam ecclesiæ multis gaudent priuilegiis, ideo dicit, De priuil. earum. Ecclesia autem multis modis dicitur: Aliquando dicitur locus consecratus parietibus circundatus, ubi consueuerunt Deum timentes peccatorum ueniam postulare: ut in autenti. ut lic. matri & auiæ. §. qa uero comperiuntur. Et in hac significatione sortitur priuilegia multa: & est unum, quia non conceditur humanis corporibus ut ibi sepeliantur, uel ut morentur in choro cum clericis. j. eod. l. nemo. Et alia duo notantur in defensione fugientium & quiete orantium: ut. j. de his qui ad eccle. confu. l. penult. & ulti. Et unum in auctoritate quam manumissioni præstat, quasi ipsa sit coram iudice facta: ut. j. de his qui in eccle. manu. l. ij. Et aliud in prohibita habitatione, ut. j de Iudæ. & cœl. l. in synagoga Sequens in prohibita omnino rius alienatione, etiam si monachi fame perirent: ut in Auten. de alien. & emph. §. & quoniam. Secundo est ecclesia omnium fidelium collectio. Et in hac significatione multa sortiuntur priuilegia circa dignitates quæ denegantur hæreticis, & conceduntur fidelibus. j. de episc. aud. l. nemo. & l. iubemus & in Autent. iusiurand. quod præst. ab his qui ad. Tertio dicitur ecclesia persona constituta ad seruiendum deo, uel collectio personarum plurium ad idem destinata. Et in hac significatione multa sortitur priuilegia. j. eod. leg. penultima & ultima. & j. eod l. i. & de hære. insti col. leg um Eccle.

De episcopis & clericis, orphanotrophijs, & xenodochiis, ptochotrophiis, & assisteriis, & monachis, & priuilegiis eorum: & castrensi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorũ uetitis, seu permissis.

Inter clericos episcopus maiorẽ obtinet gradum. Est enim episcopatus culmen dignitatum: ut dicit glo. in c. ij. de præb. li. vi. Et dicitur Episcopus ab ἐπί quod est super, & σκοπός quod est speculatio itaque inspector uel superintendens dici potest. viij. q. j. qui episcopatum. & xxj. di. cleros. habet enim super intendere circa cleros, & circa oẽs sũditos. xvi. q. vij. oẽs basilicæ. Sic & in archiepiscopo, & patriarcha: ut in Autẽ. e. tit. §. sanctissimus. &. §. ut autẽ omnis. Vnde & potest dici in eminenti specula exemplo rectoris prouinciæ cõstitutus: ut. j. de pri. ca. l. j. Clericus autem dicitur a κλῆρος quod est sors: quia in sortem domini electi sunt. c. cum sm Apostolũ de præb. d. c. cleros. Horum Officium est, ut deo seruiant, sua distribuant, ludis se non immisceant, nec spectaculis. non side iussionibus pro publicis tributis, uel pductionib⁹ alienarũ possessionũ, nec curatores uel pcur. litiũ, non passim tutelis se immisceant. j. e. l. ii. &. l. decernimus. & in Auten. e. tit. §. presbyteros. In castrensi peculio clericorum distinguitur episcopus ab aliis clericis. Nam episcopus hoc ipso quod episcopus est, sui iuris est, sicut et in multis aliis dignitatibus est: ut in Auten. consti. quæ de dig. §. pe. & antepe. & ideo non dicitur habere peculium: ut j. de inoffi. test. l. ul. sed patrimoniũ, uel res suas proprias, in qbus licet ei testari, si pbatũ fuerit eũ habuisse añ episcopatũ, ul' post episcopatũ iur' eũ cognatiõis usq; ad quartum gradũ. Cæteræ autem res reseruantur dominio ecclesiæ. Presbyter aũt, uel qs clericus, bene possunt esse in parentũ potestate: & res ad se pertinentes habent in quasi castrensi peculio: ut & testari possint in eis: ita tamen ut parentes eorum legitimam ferant: ut in Auten. e. ti. §. presbyteros autem. Redemptio autem captiuorũ p quẽ fieri debeat, & qualiter, habetur. j. e. nulli. & in auten. de eccle. tit. §. si qs aũt. Qui autẽ clerici nuptias hbere possunt, habetur in Auten. de mona. §. quod fieri. & in Auten. quo. opor. episcopos. §. neq; autem. & de nup. §. sed & si quis. & extra qui cle. uel. uo. per to. Conuersatio autem mulierum oĩmodo est interdicta episcopis, & monachis, alioqui episcopus priuatur episcopatu. Presbyteri autem & diaconi & subdiaconi, cum eis personis, quæ effugiunt omnem suspicionem, ut cum matribus & sororibus conuersari possunt: ut in Auten. e. ti. §. presbyteros. & quo modo opo. mon. uiuere. §. non ingrediend. de li de coh. cle. & mul. Orphanotrophi sunt receptatores puerorũ ambobus parentibus orbatorum. Brephotrophi sunt gubernatores pauperũ infantũ. Ptochotrophi sunt pauperum sustentatores. Assisteriæ autem sunt fœminæ debilium sustẽtatrices. Xenodochium, locus est ubi pauperes peregrini recipiuntur. Hierocomium est locus ubi senes & ualetudinarii, & propter senectutem

Episc.

Clericus.

Orphanotrophi.

Brephotrophi.

Prochotrophi.

Assisteriæ.

Xenõ.

Hierõcocomium.

tantum infirmi homines curantur glo.in c.tributum.§.sancimus.xxiij. q.viij.hinc dicit glos.in c.iij.de reli. Deponitur in brepho,hieron,orpho, pthochoq;.xenon, Infirmus uetulus, puer, orphanus, & peregrinus.

De episcopali audientia:& de diuersis capitulis qui ad ius, curamq; & reuerentiã pertinẽt pontificalẽ.

Episcopalis audientia. Episcopalis audientia, est iurisdictio ipsius episcopi, quam habet in suos clericos quandoq; ex necessitate:ut si clericus conueniatur ciuiliter, uel pro crimine ecclesiastico : ut in Auten de mand.prin.§.si utro canonicum.& in c.si quis contra. de fo.cõp.Quandoq; ex uoluntate : ut j.eod.si quis ex consensu.scilicet de causa pecuniaria, non criminali : ut ff.de arb.l.non distinguemus.§.item Iul.& hoc cum eligitur ut arbiter. Sed & ut iudex ordinarius eligi potest:ut j.eo.episcopale.& ff.de iu.d.l. i. Aliquando etiam desideratur ex necessitate in quibusdam negotiis, quæ non omnino formam iudicii habẽt ut in alienatione rei:ecclesiasticæ : ut in Autten.de alie.& emph.§.per eos uero.& §.ab illis.& in tit.de anna.ex cep.l.ut perfectius. & j.eo l si præsens. Ad curam autem & reuerentiã. id est, ad reuerendam sollicitudinem Episcopi cura. Episcopi multa spectant.s. ut curã habeat de icarceratis, & de redẽptione captiuorũ, & ut puniant.dãnati, & similia:ut.j.e.l.adiectos &.l. Christianos. & in Autẽ.de sanc. epi.§.pe.

De hæreticis, & Manichæis, & Samaritanis.

De ministris catholicæ fidei, & eorum priuilegiis dixit:nunc.de aduersariis & eorum pœnis:scilicet de hæreticis in genere, & specialiter de Manichæis & Samaritanis, qui peiores hæreticis sunt, & maiori digni pœna. Est autem hæreticus qui hæreticus uel leui argumento a iudicio catholicæ religionis & tramite detectus fuerit deuiare:ut.j.eod.l.ij. Vel qui non est membrum fidei catholicæ ecclesiæ.uel qui est diuersarum hæresum: ut in Autẽ.de pri.dot.s.coll viij.Vel qui non credit secundum quod prædicant quatuor concilia : ut j.eo.l. quicunq;.Dicit ab αἱρῶ uel αἱρουμαι quod est opto, seu eligo:unde etiam Aphæresis, apud nr̃os ablatio dicit, & Diæresis q̃ est diuisio, & Synæresis q̃ est diuisor, coniunctio.Dicit itaq; Hæresis optio, siue electio. Hæresis. Eligũt.n.hæretici sectã specialẽ, & catholicæ religioni contrariã, uel diuersam.Cicero in Parad Estq; in ea hæresi, q̃ multũ sequit florẽ orõnis. Hæreticorũ autẽ quidã prædicãt turpiora, & in maximo sunt errore:ut manichæi, Samaritani, Borboritæ, Pagani Montaniste, Tascodrogi & Orphitæ: quibus omnis legitimus actus interdicendus est.ut.j.eod.quicunq;& .l.multi.§.idcirco.& cum aliis hominibus nihil ex legibus uel moribus habent commune.& omnino tamen rei læsæ maiest.tenent.j.eo.l.manichæos. Et sunt manichæi:qui Christũ dicũt Manichæi. non esse ut dicit glo.i.d.l. manichæos.& extiterunt a quodam Persa, qui uocatus est Manes : hic duas naturas & duas substantias introduxit, id est, bonam, & malam : & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit. testamentum uetus respuunt, nouum ex parte recipiunt.

Ita dicit tex.xxxiij.q.iij.c. quidam, ubi uariæ sectæ hæreticorum, & in l.Arriani j.multi hæretici nominantur, qui oẽs in d.c.quidã, exponunt.

Ne sanctum baptisma reiteretur.

Baptismi reiteratio. Rebaptizare baptizatum genus est hæresis: ideo post hæreticos ponitur hæc materia prohibens, ne sanctum baptisma domini reiteretur. Et quidem si certum est aliquem esse baptizatum semel, non debet iterum baptizari: alioqui baptizato & baptizanti ultimum supplicium imponitur, quod mortem interpretamur. j.eo.l.ij. Vbi autem aliquis non est baptizatus semel, sed Christianus tantum, & ita cathecumenus uel catechizatus uel initiatus ministeriis orthodoxorum postea baptizatus secundum morem hæreticorum, imponitur baptizanti & baptizato pœna exilii, & decem librarum auri. j.eod.l.ulti.de hoc in c.ij & c.q̃dã de hære.& i tit.de sacra.nõ iter.p totũ.

De apostatis.

Apostatæ plus quam hæretici sunt: & sunt hi, qui nomine Christianitatis inducti sacrificia postea fecerint, uel facienda mãdauerint, fidem polluendo, quam Deo dedicauerint, & perditionem diuini ministerii in prophana migrando. Est enim apostasia a nostris dictum refugium, uel rebellio Inde Apostata. Et quæ sit eorum pœna ponitur hic in.l.i.ij.& iij. & in l.apostatarum.& in c.penul.& fi.extra eod.tit.

Nemini licere signũ saluatoris Christi in silice, uel marmore, uel humi sculpere, uel pingere.

Signum crucis humi ponere est contrarium religioni: est enim ab hominibus adorandum, & uenerandũ: & si in manibus alicuius gestatur, ei debemus cũ deuotiõe assurgere: & si alicubi positũ emineat honorẽ debemus impẽdere. Ideo ꝓhibet. hic. ne humi ponat uel in aliqua mã humi posita sculpat, aut depigat ne pedibus cõculcet. Qui posuerit uel positũ nõ leuauerit, grauissima pœna mulctat, q̃ mortẽ interpretamur. ff.de pœn.l. ulti.& j.eod.l.i.de adoratione crucis habetur de con.dist.iij crucis. & in c.si canonici.§.fin.lib.vj.& in clemẽ. j. de sum trini.

De Iudæis & cælicolis.

Iudæi antequã dominũ nostrũ crucifigerẽt nõ grauabant, imo priuilegiis gaudebãt, & populus peculiaris uel specialis domini dicebantur. Dicti enim erãt Iudæi quasi Deũ uidẽtes, secundũ interpretationẽ Io. an. super iu bro. extra eo.ti. Vel dicunt a Iuda qa illa tribus erat præstãtior cæteris. ac chi Ivi. dis dominus. Postea autem ꝑdiderunt priuilegia sua ex delicto. j. eo.l iussio. Ita ut non immerito de eis dictũ sit: Hõ cũ in honore esset, nõ intellexit, id ẽ intelligere noluit: cõparatus est iumẽtis, similis illis factus. Iudæi Iudæi enim ut Plinius lib.xiij.nat. hist.scribit, gens est contumelia numinũ insignis. Et ideo ab omnibus dignitatibus & officiis publicis inter Christianos repelluntur. j.eo.l.ulti. Cælicolæ autem dicuntur, qui cælum quasi Deum colunt, uel cæli planetas: scilicet Solem, Lunam, uel stellas. Et hi licet Christiani sint, cæterorũ tñ hæreticorũ pœnã patiuntur, nisi resipiscant, & ad uenerationem Christianam conuertantur: quicquid

enim a fide Christiana discrepat, legi Christianæ contrariũ est. j. eod. l. cælicolarũ. hi & Planetistæ appellãtur.

Planetistæ.

Ne Christianũ mancipiũ hæreticus, uel paganus, uel Iudæus habeat, uel possideat, uel circuncidat.

Mancipium Christianum, id est, seruus ab hæretico, pagano, uel Iudæo possideri non debet: siue erat Christianum tempore emptionis, siue post emptionem fuerit factum Christianum uel desiderat fieri. Debet enim Iudæus istud uenale exhibere intra mensem, & iusta conditione uendere, non amplius xij. solidis, id est, aureis: quod si pniciose id retinere pcedit, & mãcipiũ & p̃etiũ pdit. l. i. & ij. de Iudæis: extra. & ȝ. de epi. & cle. l. ul. & j. e. l. i. in fi. Itẽ imponitur capitalis pœna hæretico hoc ipso, quod habuit: ut j. e. l. i. ul' circũciderit, ut ibi. de hoc liiij. dist. si aeternitatem.

De paganis & templis, & sacrificiis eorum.

Pagani, id est, Saraceni dicuntur qui deos innumeros deasq́; imo dæmones colunt & adorant. Et dictus est Paganus, id est, uillanus hoc est in uilla natus: nam cum iuxta fontem qui Græce πῆγη dicitnr, uilla fieri consueuerit, deductum est uocabulũ paganus, id est uillanus. Iuuenal. Cuius falsum producere testem contra paganum possis. Et Persius: Ipse ego semipaganus. Hinc & Paganus dicitur, qui non est miles. C. de inoffi. testa. l. fi. Inde & Paganus dici potest quisquis militiam fidei orthodoxe non susceperit & in pagis, hoc est separatis & diuersis sect. s a fide nostra detinetur: & sic capitur toto hoc tit.

Paganus.

Tales sacrificia sua. puta enim immolatione bidentum, aut aliarum pecudum, ac exenteratione extorum, inspectioneq́; ilium & intestinorum, ac aliis superstitiosis diuinationibus facere prohibentur. Item templa sua clausa habeant sub pœna mortis, & amissione bonorum. j. eod. l. i. Item omnia templa paganorum applicãtur Reipub. ut imperator ea ubicunq́; uelit possit dare sicut Phocas Cæsar fecit beato Bonifacio de templo quod uocabatur Pantheon, id est, omnium deorũ. j. eod. l. omnia.

De his qui ad ecclesias cõfugiunt, uel ibi exclamant: & ne quis ab ecclesia extrahatur.

Inter cætera priuilegia q̃ habet ecclesia, hoc præcipuũ est ne cõfugiẽtes ad eã alicuius temeraria auctoritate abstrahant, cũ tali distĩctiõe, sint liberi uel serui: si serui, uel coloni uel ascriptitij, uel liberti, uel aliæ psonæ de alicuius familia, tales sine magna mora restituunt dominis suis, uindicãtib[9] in eos, ubi acriter, deliquerũt: aut si nõ deliquerũt acriter fiat remissio ex humanitate, intercedente religioso œconomo, & sacro præstito a dño, q̃ ob cãȝ illã non lædat eos. j. e. præsenti. §. sane. & l. si suus cuiusq́. & in Autẽ. de sanc. epi. §. si qs aũt ad monasticã. Hoc si seru[9] pfugerit ad ecclesiã sine armis: alioquin cõtinuo domino, uel a quo recessit, indicet: si ei copia abstrahẽdi denegef: & hoc ubi cõfugit ad ecclesiã pp̃ter suum delictũ: alioq́ si pp̃ter sæuitiã dñi, cõpellat dñs uẽdere ipsum bonis conditionibus, id est, ne amplius reuertatur in potestatem domini. ff. de his qui sunt sui uel alie. l. ij. nisi forte mallent redire: & tunc restituentur, ut dictum est. j. eodem

Cõfugiẽtes ad ecclesias

l.ulti.in fi.Si autem liberi cōfugerint ad ecclesiam:aut hæretici, aut Christiani,uel Iudæi.Si hæretici uel Iudæi, non suscipiantur,uel retineantur,nisi conuerti,uel reuerti uelint ad fidem. j.eod.l.i.Si autem Christiani, habent promissionem securitatis a præside loci usq; ad xxx.dies,&c. ut in Autē. de mand.princi.§.sed neq;.& fiat postea,ut.j.e.l.præsenti.Sed si quis temeritate sua confugam extraxerit de ecclesia, aut extrahere conatus fuerit, tanquam crimine læsæ maiest.commisso tenetur,& ultimum suppliciu3 patietur.j.eod.l.fideli.&.l.ulti in prin. nisi confuga erat homicida,uel adulter,uel raptor uirginum:ut in Autē. de mand.princi.§.neque autem homicidis.De hoc in.c.inter alia.& c. fi. extra,de immu.eccle.

De his qui in ecclesia manumittunt.

Manu mitti in ecclesia. Sicut ecclesia fugientibus fauet,ita & manumittendis: quia in ecclesia coram episcopo & sub aspectu plebis manumissus,perinde habetur, ac si apud iudicem manumissus esset. Nam istæ duæ species manumissionis parificantur:ut Institu.de lib.§.i. Ita tamen q manumittens sua3 priuatam scripturam de libertate dāda exponat.In qua & sigillum suū debet apponere:ut.j.eo.l.i.Quid autem sit manumissio dixi in.ff.in proprio titulo.

De legibus & constitutionibus principum & edictis.

De diuinis dictum est:nunc de humanis sacris,nam leges sacræ sunt.j. eo.l.leges sacratissimæ.quæ constringunt hominum uitas ad sancte beateq; uiuendum.

Lex. Lex quandoque ponitur stricte pro statuto populi Romani:quandoq; large pro omni rationabili statuto:& ita regula est iustoru3 & iniustorum: ut dicitur in translatione Græca.ff.eo.l.ij. Vnde dicitur, Ipsi legem non habentes,sibijpsis lex sunt.

Constitutio principis. Edictum. Constitutio uero principis. & Edictum, legis partes sunt:& differt Constitutio ab Edicto:quia constitutio potest esse generalis & specialis: ut in.ff.de cōsti.princi.l.i.§.hæ sunt. &.§.plane.Edictum uero est principis generale statutū.j.eo.l.iij. de his dixi.ff.de leg.&.ff.de consti.princi.

De mandatis principum.

Quia mandata sunt constitutiones speciales principis, ideo post tit. proxi.ponitur.

Mandatū. Est enim mandatum non quælibet constitutio,sed ea duntaxat,quam præcepit imperator:qualiter is qui eligitur magistratus laudabiliter gubernare prouinciam possit: & dicitur sanctio:ut in auten.de mand.prin.Et per tota3 legem illam docetur magistratus qualiter debeat se habere.Et differt Mandatum a constitutione, sicut species a suo genere. Circa mandata autem hoc generale est fiant uel non fiant gratia administrationis gerendæ, ut non credatur aliquis ea habere, nisi sacras literas principis ostendat:& ita plus credit hoc casu literis q̄ testibus.s.de episc. & cle.l si qua.§.ulti. In procuratore autem qui agit nomine meo non exquiritur, habeat literas uel non: sed qualitercunque probet se habere mandatum,uel caueat rem ratam dominum habiturum.j de procur.l.i.

De senatusconsultis.

De materia huius tituli dixi.ff.eod tit.& de ori.iur.

De ueteri iure enucleando: & de auctoritate iurisprudentium, qui in Digestis referuntur.

Duæ partes legis, scilicet constitutio & senatusconsultum expeditæ sunt: superest de plebiscitis, & prætorum edictis: & ita de enucleatione ueteris iuris: in compositione enim ueteris iuris quidã maiorem, quidam minorem scientiam habuerunt: de quibus hic. Dicitur autem Vetus ius, quia ab urbe Roma condita & Romuleis temporibus usque ad tempora Iustiniani fere per mille quadringentos annos confusa ista iura fuerunt: ut. j. eo. l. i. § 1. ibi reperimus autem & c. §. cunctį hæc materia. &c. l. ij. i. responsio. Enucleando autem dicit, quia sicut in nuce primo quod est amarum inuenitur, ita & in isto ueteri iure erant tot multitudinis acerbitates, quod nemo eas legere uel intelligere poterat. Item sicut in nucleo testa dura inuenit, ita ibi duræ & iniquæ erant sententiæ, secũdum Azo. Item sicut nucleus quadam inutili pellicula tenetur, ita & in illa multitudine tanta sublata superfluitate antiqua, & necessariis & utilib⁹ collectis, put melius potest. j. eo. l. ij. §. sed & si aliquid. Iniungit autem quibusdam disertissimis uiris, cum summa prouident a hanc enucleationem facere: quæ extendebatur in duo pene millia librorum, & plus quam tricies cẽtena millia uersuum, id est, paragraphorum, uel responsorum: ut. j. cod. l. ij. §. sed cum omnia.

Vetus ius.

Enucleare

De iuris & facti ignorantia.

Quia leges ab omnibus sciri debent & intelligi: Ignorantia autem tam in iure quam facto sæpe in pactis & causis prætenditur, ideo de ea diximus. ff. eo. tit. plene.

Ignorantia

De precibus imperatori offerendis: & de quibus rebus supplicare liceat uel non.

Quia dominus Imperator caput est, & minister, ac executor legum, de quibus supra, ideo de ipso primo uideamus. Sed quia non temere, sed per preces est adeundus, qualiter hoc fieri debeat, & de quibus rebus sibi liceat supplicari, hic tractatur. Et quidem offeruntur considerata Consuetudine & iure. Cõsuetudine, ut quia pileo, & pallio reiecto, genibus flexis preces porrigendæ sunt. Iure, quia breuiter est ei exponendum negotium: ea uidelicet tantum uerba, de quorum sensu inter partes fuerit dubitatum. j. e. l. ulti. Licet autem supplicare pro hæreticis, ut fecit papa. s. de sum. tri. l. ul. §. sed quia gremium. Item supplicare licet pro minore dãnato a principe: quandoque licet raro, permittit supplicare pro beneficio in integrum resti. dum minor dicit se proditum ab aduocatis. ff. de mino. l. minor autem. §. si autẽ. Item durante officio præsidis, eius subiecti supplicare possunt principi, ut furtum eius puniat: in Auten. ut iudi. sine quoquo suff. §. si quis autem præter. Item cum ordinatio, clericorum facta est per pecuniam: ut in Auten. quomodo opor. epi. §. ult. Et in casu. l. quoties. j. eod. Et in his quæ non sunt fisco damnosa: ut. j. eo. l. nec damnosa. Itẽ in his quæ non sunt iuri contraria: alias rescriptum impetratum non tenet: sed dicitur sub reptitium. j. eo. l. rescripta. de quibus plenius dicemus. j. si cõ iura uel util. pub.

Imperator precibus adeũ.

Quando libellus principi datus facit litis contestationem.

Supplicationis effectus. De supplicatione principi facta in genere supra diximus: nunc de eius effectu. Est autem effectus supplicationis quae principi porrigitur, quod si imperator ad eam rescribat, uicem obtineat litis contestatae, quantum ad hoc ut perpetuetur in. xxx. uel forte in. xl. annos: sicut in constitutione dicitur j. de anna. excep. l. i. & ita potest intelligi quod dicitur ff. de act. & obl. l. cõstitutionibus. Haec tamen non habet locum in qualibet actione: sed in praetoria, & annali, ut est in iu ui bo rap. & quod met. causa. quae non sunt rei persecutoriae. ff. de act. & obl. l. in honorariis Ciuilis enim solitis & communibus modis tantum perpetuantur: ut contestatione, executoris conuentione, debiti agnitione: nõ autem sola libelli oblatione: ut. j. de p. ae scri. xxx ann. l. si quis. & in. l. cum notissimi. Est ergo mens tituli, quod sicut praetoriae & annales actiones, quae de sui natura temporales sunt, & anno expirant, per litis cõtest. perpetuentur, & fiunt postea perpetuae ad agendum: ut Insti. de perpe. & temp. act. §. poenales. l. cum mota. C. de trasac. & ibi Barto. Ita & in eis actio annalis perpetuatur, si libellus principi porrigitur, & ille ad eum rescribat. j. l. i. & ij. secus si alij iudicio offeratur. d. l. constitutionibus. ff. de act. & obl. & ex his etiam casibus fit actio annalis transitoria ad haeredes, uel cõtra: ut. d. §. poenales. & d. l. constitutionibus. In casibus tamen etiam ciuiles actiones perpetuantur sola libelli oblatione: hoc cum impedior litem contesta: contra reum, uel propter furorem suum, uel dignitatem, uel absentiam, uel infantiam: ut. j. de anna. excep. l. ut perfectius.

Libelli oblatio facta principi.

Ut lite pendente, uel post prouocationem, uel post diffinitiuam sententiam nulli liceat supplicare imperatori.

Quando sit supplicandum uel non, ponit, scilicet, pendente lite principalis causae, uel post prouocationem, scilicet, pendente causa appellationis: aut post diffinitiuam, scilicet quod nõ potest retractari post appellationem. His tantum modis supplicare non licet. Ante litem autem contestatam si supplicetur, admittitur supplicatio pro executione iuris ciuilis, uel iustitia communi: si tamen praeses, uel defensor loci primo fuit aditus, qui circa ius commune partes suas ad plenum potuerunt accommodare: ut in Autenti. de mand. princi. §. sit tibi. & ut d. ffi. iudi. in princi. Si autem fiat supplicatio, ut detur priuilegium, tenet etiam his praetermissis, quia nec sufficientes esse potuerunt in dando priuilegium. Si uero post litem nullo modo tenetur: ut in rubro. & . j. eod. l. ultima In casibus tamen supplicatur etiam pendente lite: hoc est, ut edantur acta uel sententia. j. eod. l. ij. uel alius associetur iudex. uel ut terminetur causa: uel ut citius finiatur: ut in Autẽ. in me. lit. s non profer. sa. fol. §. super hoc. col. viij. Et habet locum haec rubrica quando supplicatur pro his quae sunt inter partes in lite Pro his autem quae non sunt in controuersia, licet supplicare etiam quandocunque.

Supplicatio quando mittitur.

Si contra ius, uel utilitatem publicam, uel per mendacium fuerit aliquid postulatum, uel impetratum.

Rescriptū ꝯ ius. Si rescriptum uel priuilegium contra ius Dei, Apostolorum, Euangelistarum, Prophetarū, indulgetur omnino respuitur: quia superioris legem tollere nō potuerūt Cle. ne Romani. de elec. Potest tamē distinguere pro qualitate personarum, & publica utilitate: de qua hic late per Doc. & in. c. fi. de consue. Si autem sit contra ius humanū: aut est in læsione alterius, aut non. Si est in læsione, si quidem lædatur in eo, quod ei competit de iure naturali, nullum est priuilegium uel rescriptum: quia iura naturalia dicuntur immutabilia: Institu. de iur. na. § pen. fallit in casibus. j. de quadr. præscrip. l. ulti. & de uen. re. fis. l. i. Si autem lædatur in iure ciuili pura circa actiones quæ oēs inductæ sunt a iure ciuili. ff. de ori. iur. l. ij. & ita ꝙ ius omnino perimatur, uel ex toto agendi denegetur potestas: & tunc non tenet: ut. j. eod. l. ulti. Nec enim uerisimile est, ꝙ imperator uoluerit concedere priuilegium cum tanto præiudicio, cum ipse iudicibus committat, ne rescripta contra leges admittant. j. eod. l. ulti. & . j. de inoffi. test. l. si quando in princi. Si autem non perimatur, sꝫ differatur, bene tenet: ut. s. de preci. impe. offi. l. quoties. & . j. eo. sacrilegij. Si autem rescriptum indulgetur contra publicam utilitatem, non tenet: sed oportet ꝙ fiat secundū iussio: ut dixi. s. de preci. impera. off. Vbi autem per mendacium impetratur, siue quis mentiatur principi in iure scripto (in quo tamen non uerisimile principem decipi: quia in scrinio eius pectoris omnia sunt condita iura. j. de test. l. omnium. & . c. i. de constitu. lib. vj.) scilicet dicendo aliter legem statuere, ꝙ statuat: uel in iure non scripto, id est, consuetudine, in quo facilius potest decipi princeps d. c. i. Siue mentiatur in facto, dicendo se non accepisse pecuniam mutuo &c. Siue mentiatur in fraudem tacendo: ut quia cum sit libertus alienus, hoc tacito, faciat se arrogari ut ingenuum, cum non possit de iur. ff. de adop. l. nec libertum. Vel tanquam dominus rei, uel creditor pecuniæ impetrat rescriptum ad iudicem certum de agendo, hoc tacito, quòd possessor uel debitor sit iam ab eo absolutus, tenet rescriptum in his omnibus mendaciis impetratū: ut tamen datus iudex pro tenore ueritatis causam examinet, & eam diffiniet non pro affirmatione deprecantis id est, pro mendaciis in deprecando admissis: ut. j. eo. l. i. præscriptione.

Cōtra publicā utilitatē ꝑ mēdaciū.

De diuersis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.

Supra de rescriptis contra ius elicitis in specie: nunc ponit in genere, dicens de diuersis, id est, uariis rescriptis: sicut & illa rubrica in. ff. intelligitur de diuers. & temp. præscrip. Rescripta autem indulgentur proposito die & consule: licet illud de consule hodie ex consuetudine non seruetur: ut. j. eod. l. si qua beneficia Item dies incarnationis domini exprimitur: ut inchoetur instrumentum au ctore Deo: & supponitur in dicto, & noīabit imperator & eius imperii tēpus, ut in Autē. ut præpo. no. impa.

docu.col.v. Item debet scribi rescriptu3 purpurea scriptura, & signari ardore cocti muricis, & triti coccinii.
Murex. Est enim Murex quidam piscis, ex cuius sanguine tingitur purpura. Item debet imperator se subscribere.j.eod. l.sacri affatus. Item debet subijci annotatio, qua contineatur, inter quos, & ad quem iudicem, & per quam personam fuerit dictata iussio principis, id est ipsum rescriptum: ut in Autē. ut diui.iuss.col.viij. Item semper debet inseri conditio, si preces ueritati nitantur, & si non monstretur inserta, non ualet rescriptum: ut.j.eod.l. ulti. Et quod dictum est in rescriptis, reseruatur in pragmaticis sanctionibus. Est autem annotatio rescriptum principis eius proprio motu indultum.
Pragmatica sanctio. Pragmatica sanctio est, quod cōsilio procerū princeps statuit & sancit, nec indulgetur super priuatis negotijs singulorum, sed uniuersitatu3: ut.j.e.l.ult.§.ult. Pragma enim causa dicitur: hinc Pragmatica sanctio, quæstio quæ causatiua est, & cum causæ cognitione fit, ut dicit glo.in.c.i. extra de rerum permut.

De statuis & imaginibus.

Quia per scripta concedebantur
Statua. fieri imagines in suum aut alienum honorem, ideo de his ponit. Et est differentia inter Statuā, & Imaginem, quia in Statua nihil est quod hominis effigiē non designet. In Imagine
Imago. autem sic, nam est sola pictura, & multæ partes q̄ non designant membra hominis, ut dicit gl. super rubro. Erat olim usus statuarum apud barbaros frequens, Romanis postea usurpatus est in signum deificationis: putabāt.n. ex bonis huius uitæ alterius uitæ beatitudinem futuram. Quod diui principes ex toto tollere nō potuerunt: sed sine suo priuilegio erigi statuam prohibuerunt, pœnam contrauenientibus irrogantes: ut.j.e.l.i.

De his qui ad statuas confugiunt.

Confugientes ad statuas, si quidē iusto timore aliorum, ne sæuiant in eos, secundum leges uindicentur. Si uero confugiunt per malitiam: hoc est, inuidiæ causa, uel blasphemiæ, nā præsumitur aliquis deliquisse, uinculis publicis mancipetur.ff.de pœ.l. capitalium.§.ad statuas facit Insti. de his qui sunt sui.§.fi. Si autem quis confugerit ad summi regis statuam, uel imaginem, id est, ad omnipotētis Dei ecclesiam, turpiter inde non extrahatur, ut dixi.ā.de his qui ad eccl.cō.

De officio Præfecti orientis & Illyrici.

De principe qui caput est omnium magistratuum diximus. Nūc de alijs magistratibus, qui sunt Principis, tanquā capitis, membra: ut.j. ad le. iul.ma.l.quisquis. Horum alij sunt maiores, alij minores, alij medij. Maiores, ut illustres: qualis est Præfectus
Magistrat. triplex. prætorio Oriētis, Item Illyrici, item Africæ, item urbis Romæ. Minores sunt clarissimi: puta Præsides prouinciarum. Medij sunt spectabiles ut Proconsul. Præfectus Aegypti, qui dicit Augustalis, ut dixi.ff.de.off. præfec. aug. Excellētiores præfecti sunt, Præfectus prætorio Orientis, & Illyrici, quorum officium est, ut ab eorū sententijs non appelletur. Item nec contra eorum sentētias datur restitutio, nisi ab ipsis. Item condere possunt leges: ut tamen non sint contrariæ ge-

neralibus legibus, uel constitutioni/bus.j.eo.l.formam. Et sumpsit hic Imperator exordium ab illustribus, hoc est a Præfectis prætorio, quasi a maioribus, qui maiores sunt dignitate & administratione Sed in.ff.exor/dium sumpsit a superillustribus, hoc est, a Consulibus, qui superillustres dignitatem habent, ut in Auten.ut ab illustr & qui super eam dig. Est autē Illyria uel Illyris prouincia cuius fines latissimi sunt: quippe quæ intra Italiam, superioremq; Germaniam, Macedoniam, Thraciam, Epirum, & Adriaticum sinum, Danubiumq; cōtinetur. Virg.1.Aen. Illyricos penetrare sinus, &c.

De officio præfecti Prætorio Africæ, eiusq; diœceseos statu.

Et hic illustris est sicut superior, & est eius sedes Carthago: ut in.l.i.hui⁹ tit. circa medium, cuius officium est, ut milites constituat per quos prouinciæ iudicentur & defendantur: ut j.l.ij. Item si uiderit castella & ciuitates nimiæ magnitudinis esse, poterit ad talem formam redigere, ut per paucos melius possit cōseruari: ut in Auten.ut iudi.sine quoquo suff. §.illud tamen.&c.§.nulli quoque. Et incœpit tunc Præfectus Africæ consti tui, cum a Gotthis Vuandalis Africa cētum & quinque annos possessa & captiuata, demum uolente domino imperio recuperata & adiecta est Romano, ut in.l.i.j.eod. Status autem diœceseos Africæ est, ut in septem prouincijs diuisa, scilicet in Carthaginem, Byzantium, Tripolin, Tingin, quæ ante proconsularis uocabatur, Numidiam, Mauritaniam, & Sardiniam, suis iudicibus disponantur: ut j.l.i. post medium.

Præfectus Africæ.

Africæ septem prouinciæ.

De officio Præfecti urbis.

Hic quoque illustris est, ut superiores. Vrbis autem appellatio simpliciter prolata populi Romani ciuitatem antonomasice significat: ut.ff.de uer. signifi.l.urbis. de isto satis in.ff.eod. titu.dixi.

Vrbis appella.

De officio magistri militum.

Hic magister militum illustris est, sicut & superiores: ut Quæstor, de cuius officio tractatur.j.titu.proxi. Et habet cognitionem conuento milite, & de ciuili causa, ut.j.eo.l.i.&.j. de iu.om.iudi.l.pen. Si uero sit causa criminalis, de crimine militari, ut quia alienauit arma, uel quia uagatus est extra castra, similiter ad ipsum spectat cognitio. Si uero accusatur de crimine cōmuni, & enormi, cōuenitur sub præside tantum. Si non sit enormis conuenitur sub magistro militum.. Et si conueniatur sub præside, ipse remittit ad magistrum militum, ut.ff.de re mil.l.iij.i.respons. & de actu l.ult.hi & Magistri peditum & equitum appellantur: ut.j.l.i.

De officio Quæstoris

Hic quoq; illustris est: ut diximus satis.ff.eo.tit.

De officio Magistri officiorum.

Nunc de spectabilibus, qui secundum Pla.mediam gerūt administrationem, ut in Auten. de re. ecc.non alie.§.ulti. Sed Azo hunc illustrem dixit, eo quod eius officium designetur inter illustres: nam & sequentes tres illustres sunt. Et eius officium est,

ut stipendia meliora,& labor proli/xior eius iussu dignis honoribus an/tecedant:ut j.eo.l.j.Ad huius officiū pertinet,significare quemadmodum militum,& castrorum series proce/dat:ut j.eod.l.iiij.

De officio Comitis sacrarum largitionum.

Hunc Pla.spectabilem dicit. Sed tamen lex dicit aperte contra: illu/stris enim est,sicut & Comes rerum priuatarum:ut j.de asses.l.ulti.Et est ille per quem princeps stipendia lar/giebatur:& hic forte erat procurator reip.qui Græce Logista,id est, ratio/nalis nūcupat.ut j.de mo.mulc l iij. Logi/sta.

De officio Comitis rerum priuatarum.

Etiam hic illustris erat ut priores. Et erat forte procurator Cæsaris.siue priuatæ rationis,& forte architricli/nus.Et est in eo speciale quod seruus principis eius iussu adire potest hæ/reditatē:ut ff.de of.pcu.cæs.l.i.& l.ij.

De officio Proconsulis,& legati.

Perfecto tractatu illustrium, sup/ponit de spectabilibus:hic enim pro consul spectabilis est.quæ sit differen tia inter proconsulem & præsidem diximus ff eod.tit.

De officio comitis orientis.

Comes orientis spectabilis ē,ut di citur j.l.i.& ut om.tam ciui.l j.& electus ad hoc officium a curiali li/beratur conditiōe.ut j.de decu.lib. x.Et erat comes orientis procurator Cæsar s eaꝝ reꝝ quas hab bat in oriē te,ut dicit hoc gl.super rubro.

De officio Præfecti augustalis.

Hic spectabilis est: ut j.de.pri.car. l.j.§.uiro. de hoc.ff.e. ti.dixi.pag.14

De officio Vicarii.

Magistratus qui appellantur Præ fecti, quia illustres erant, & ante sta/bant cæteris dignitatibus,ideo habe bant uicarios suos in ciuilibus causis audiendis, & terminandis. Sicut & Magister militum habebat uicariū in negotiis militaribus. Et ita uicarius magistri militū, maior ē uicario ma gistratus in negotiis militaribus ui/carius aūt Magistratus maior ē uica rio uel comite Magistri militū in cau sis priuatoꝝ, uel paganoꝝ:ut .j.e.l.ij. Et uidetur quod hi uicarii fuerint spe ctabiles, cum eorum officia ponat inter spectabiles. Vica/rii Magi/strat.

De officio Prætoris.

Hic spectabilis est: & de eo satis ff.eod titu.pag.13.

De officio rectoris prouinciæ, & ut nulli patriæ suæ administra tio sine speciali per missu principis permittatur.

Nunc de clarissimis incipit: Præ/ses enim clarissimus est:ut.j.de pri/uat.car.l.j ille enim dicitur Rector prouinciæ,qui prouinciæ præsidet. de huius officio dixi ff.de.officio. præsi.pag.15.

De officio Præfecti uigilum.

Hunc titulum in Digesto impresso res nostri nuper ignauia quadam, & inaduertentia prætermiserunt: qua/propter ut eius cognitio habeatur,& prætermissa debito modo supplean tur hic repetēda ueniūt, q̄ alias alibi edisseruimus. Præfecti autem uigi/lum incendiis arcendis præerant. dicti ab eo, quod uigilibus & excu/biis præessent. Nam diuus Augustu

septem cohortes opportunis locis constituit, ut binas regiones urbis unaquæq; cohors tueret: præpositis, eis tribunis & sup oēs præposito spe ctabili uiro: qui Præfectus uigilū appellabatur: cuius officium erat, per totam noctē uigilare, ac si esset nocta: & calceatum calceis ferreis coercare cum armis & dolabris: omnes inquilinos admonere, ne per aliquā negligentiam incendii casus oriatur præterea ut aquam unusquisq; inquilinus in cœnaculo suo haberet, qua extingueretur incendium. Et de culpa incendii cognoscit: de dolo autē adhibito remittit ad Præfectum urbis puniendum: ut j.eo.l.iij.§.j.& dixit Pla.eum non gerere honorem, quia non dormit de nocte.

De officio ciuilium iudicum.

Honorarii aduocati. Erant quidam qui dicebantur Honorarii aduocati, qui habebant dignitatem talem, ut semper eis pateret aditus ingredīedi consistorium principis, aut secretarium, id est, auditorium ciuilium iudicum, id est, qui audiebāt ciuiles causas. aut sedēdi cū ipsis iudicibus, & in aduentu suo salutabantur: ut j.de offi.diu.iud.l.ulti. eo tamen tempore quo ipsi conueniebantur, aut causas agebant, residēdi cum iudice non habebant facultatem: ut j.e.l.j.

De officio Præfecti annonæ.

Annonæ, id est, publicæ functiones a quolibet debent præstari: quod si quis uel priuilegio uel præscriptione prætēdat excusationē, præfectus annonæ de hoc ipso cognoscit: alioquin imponit ei pœna xxx. libra. auri.j.eo.l.i. Et dicitur Annona ab anno, eo quod anni est alimonia & nō solum frumentaria, sed etiam aliarū rerum. Cicero lib.j.de Diuina. Si Epicuri de uoluptate corrosus esset, putarem annonā in macello cariorē fore. (Annona)

De officio militarium iudicum.

Magister militū de curialib⁹ uel priuatis psonis n̄ h₃ ptātē: ut j.e.l.i.&.ij.

De comitibus rei militaris uel tribunis lauacrum præstetur.

Ciuitates uel curiæ non debent cōpelli balnea succēdere, id est, calefacere tribunis, uel ducibus, uel comitibus militum, id est, uicariis magistrorū militū: uel pro succendēdo nō debēt cōpelli præstare aliquā adærationē, id est, æris præstationē. Illustrib⁹ aūt uiris ut magistris militū īdulget priuilegiū: si tū id uoluerint, ut eis prædicta balnea parent, & succēdant: nam istud est lauacrū præstare, de q̄ in ti. (Bal nea q b⁹ succēdēda.)

De officio diuersorum iudicum.

Hoc prtinet ad officium omniū iudicū diuersorū, id est, cuiuscunq; dignitatis sint, ut nō compellāt maritēfami. in publicū uenire, cū uel per se in domo sua, uel in sacrosancta ecclesia, uel per legitimū procuratorē respōdere possit. Si uero criminalis causa ei obijciatur, dare debet fideiussorē iudicio sisti si potest, alioquin iuret iudicio sisti. Vbi autē grauissimū est, crimē, in monasterium mittitur donec causa finiatur: ut j.eo.l.i.& in Autē. ut nulli iudicū.§.necessariū. de hoc aliquid in c.mulieres de iudi lib.vi. Itē obseruari debet a quolibet. ut honoratis, & celsioribus unus exhibeāt debitū honorem & in sedendo, & in salutando. Nec in subscriptionibus nominent eos fratres: ut j.eod.l.ij. (Mulieres non trahēdæ foras.)

Vt omnes, tam ciuiles, quam militares iudices post administrationem depositam per dies quinquaginta in ciuitatibus, uel certis locis, permaneant.

Ex hac rubrica patet, quod ille qui gessit publicum officium, eo deposito, ibidem debet remanere, nō priuatim in domo sua, uel alicuius potētis uel in ecclesia: sed publice ante eorum ora quos nuper rexerat: & respondebit super furtis suis, uel domesticorū uel manipulariorum: & in quadruplum damnatur, ut. j. de assess. l. iij. & ad. l. Iul. repetū. l. i. & j. eo. l. i. & sic hodie per specialia etiam statuta, dispositum est in rectoribus uniuersitatū. de hoc etiam in Auten. ut iudi. sine quoquo suff. §. si qu. s. & §. necessitatem. & §. illud uidelicet.

Depo/nens publicū of.

De officio eius qui uicem alicuius iudicis obtinet.

De magistratibus ordinariis. s. dictum est: nam & uicarii, de quibus dictum est, erant ordinarii, cum uices ordinariorum uiuentium & præsentiū supplerēt. Nūc antē ponit de his, qui gerūt uices mortuorū & absentiū & appellantur Suffecti: decedentis autem dicebantur Indemortui. Et potuerunt huiusmodi suffecti omnia agere quæ pertinent ad iurisdictionē rectoris prouinciæ. præter ultimum supplicium, & membri abscissionē. j. eod. l. ij. & in Autent. de collat. §. antequam uero, &c.

Suffe/cti. Inde/mor/tui.

De assessoribus, & domesticis, & cancellariis iudicum.

Nunc de collateralibus iudicium, id est, assessoribus & cancellariis, &c. Assessor est, qui ab eo, cui data est iudicandi potestas, rogatur, ut sibi in cognitiōe causæ assideat, ut, cum debito fine causam decidere instruat: non autem metu terribili, & necessitate incongrua libertati, debet ad hoc compelli assessor: ut. j. e. l. j. & est eius officium, ut ex diffinitione patet. De hoc. ff. e. titu. diximus. Domestici autē alii habebant deputata sibi officia in re publica: quæ tamē aperte non specificantur in lege. Nullus tamen præses domesticum, uel cancellarium, uel assessorum secū debet ducere. l. nullus. j. eo. Cancellarii autem introducebant petitiones & supplicationes in curiam: dicti Cancellarij, eo quod præerant cancellis, uel ostiis. Dicuntur enim Cancelli fenestrata ostia per modum crucis: per eos enim patebat aditus & accessus. Vel dicuntur Cancellarij, quia dictata sibi ab assessoribus scribebant, & cancellabant, id est, delebant, ad modū crucis ducta penna, secundum Azo. sic ponitur. j. de solu. l. inductum. & ff. de proba. l. si chirographum.

Assef/sor. Do/mesti/ci. Cācel/larij.

De annonis, & capite administrantium uel assessorum, uel publicas sollicitudines gerentium: uel eorum, qui aliquas cōsequūtur dignitates.

De maioribus & minoribus magistratibus dixit: nunc de eorum solatiis, id est, salariis. Et quia ipsi percipiebāt salaria in annonis, ideo ponit de annonis & capite, id est, capitatione ministrantium, & assessorum, & aliorum gerentium publicas dignitates id est. quæ dabant ministrātibus publica officia. Ipsi enim præter annonas salaria forte consequebantur in pecunia: ut. j. de inoffi. test.

testa.l.ulti. Vel dicit de annona quæ pro capite, & persona magistratuum & assessorum dabat: & hoc est quod dicitur j.de anno.mili.l.ul.& de ero mili.anno.l.fi. quod milites Romani annonas & capita singulis diebus psequebantur. Sicut enim Capitatio dicit.tributũ, qa pro capite datur: ita Annona dicitur tributum, uel salariũ quodcunq; datur pro capite suo, remunerationis causa: ut.j.l i.Et ista continentur in consuetudine cuiusq; prouinciæ:ut in Autent.de defen.ciui.§.si uero quædam salaria.

Capitatio - Ann.

De contractibus iudicum, uel eorum qui sunt circa eos: & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tpe proprias ædes ædificet.

Magistrat⁹ urbis. Hoc titulo distinguuntur præsides prouinciarum a magistratibus urbis Romæ nam magistratus tempore: officii sui domus emere, uel extruere non potest. nisi speciali permissione principis, uel forte nisi paterna uendatur. Donationes autem recipere non potest hic urbicus magistratus etiam principe permittente: nisi finito officio is, qui donauit, eandem confirmauerit expressim, uel tacuerit quinquẽnio. Prouincialis autem magistratus donationes uel emptiones admittere non debet, nec ædificationes facere, etiam principe permittente conceduntur: ut nec expressim, nec taciturnitate quinquennii, etiam finito officio confirmentur: & quod dicitur in prouinciali magistratu ob seruatur idem in consiliariis eius domesticis & assessoribus.j.eod.l.j.ff. de contrah.emp.l.non licet.&.l.qui officii causa.

Magistrat⁹ puinci.

De modo mulctarum, quæ a iudicibus infliguntur.

Quia magistratibus permissum est defendere suam iurisdictionem poenæ, uel mulctarum iudicio: ut ff. si quis ius di.nõ ob.l.i.ideo p. nit de modo mulctarum. Est autem Mulcta peccati animaduersio, pecuniaria iudicis arbitrio statuenda.ff.de uerb. signific.l.aliud.§.i. Pœna autem est & corporalis, & pecuniaria, & certa, put lege statuit. Itẽ a pœna nõ appellat. s3 a mulcta: Itẽ mulcta nõ indicit nisi a maioribus magistratibus, id est, a iudicibus habentibus merum imperium, non aliis ff.de iudi.l.ij. §.fina.&.j.l.ij.&.iij. Pœna autem a quolibet, qui habet potestatẽ iudicandi. Item si mulcta imponat ultra modum lege concessum, non tenet impositio: secus in pœna.j.quãdo prouo.non est nece.l.certa.& ff. de his qui no.infa.l.quid ergo.§.pœna grauior. Et quis sit modus mulctandi omnium magistratuum. habetur.j.eo.l.illustres.&.l.eos qui: Et applicantur mulctæ fisco.j.eo.l.mulctarum.

Mulcta.

De defensoribus ciuitatum.

Nunc de minoribus iudicibus, scilicet defensoribus ciuitatum, qui sunt minimi. qa nec merũ nec mistũ hñt imperium: ut in Autenti.eo.§. nulla in fina.col.iij.sed modicam cohertionem: ut in eo.titu.§.audient. Est autem officium Defensoris, præbere auctoritatem his quæ aguntur apud eum ex uoluntate partium: ut adoptio emancipatio, manumissio testamentaria. Item donationis insinuatio. In contentiosa autem iurisdictio

Defensor & ei⁹ officiũ.

ne habet cognitionem usque ad xxx. aureos: olim usque ad quinquaginta: ut j.eod.l.i. In criminibus etiam levioribus h3 cognitionẽ, & castigationẽ cõpetẽtẽ. In maioribus reum debet detrudere in carcerem, & mittere ad praesidem: in Auten.eo.ti.§.nos igitur. & §.interim. & j.eo.l defensores ciuitatũ. & .l. defensores ita.

De magistratibus municipalibus.

Magistrat⁹ municipales. Nunc de magistratibus municipiorum, & uillarum, seu burgorum, aut castrorum: in quibus satis dici potest eadem seruanda, quae in defensoribus ciuitatum dicta sunt. Sed circa eorũ electionẽ seruari debet, ut per tres mẽses ante debeant eligi, quã incipiat eorũ administratio. j.e.l.i.

De officio iurisdici.

De hoc diximus ff.eo.tit & de offi.procu.caes.pag.13.

LIBER II.

De edendo.

Contentiosa iurisdictio est in iudiciis cognoscendis & terminandis, quorum praeparatio est editio actionis: ideo de ea. Vel sequitur de iudiciis quae per magistratus exercẽtur. ff.de orig.iur.l.ij. post originem. & primo de edendo, quod est praeparatorium iudiciorũ. Et hoc satis ff.eod.tit dixi, pag. 20.

De in ius uocando.

Vocare in ius. Facta editione actionis, necesse est reum in ius uocare. Et quia omne iudiciũ ab hoc titulo initium sumit: ut Insti.de poen.te.liti.§.fi. ideo de eo dicit. de hoc ff. eod.tit. dixi, pag.16.

De pactis.

Metu iudiciorum peruenitur ad pacta & transactiones, ideo de his. Nam meticulosa res est ire ad iudicium: & quia non pecunia, sed etiam gratia quis a lite saepe desistit: & decẽtius est per gratiam remittere actionem, quam pecunia uendere, ut quia pacta generaliora sunt. ideo prius de pactis: ut ff.de transact.l.i.i.respõso. & §.i. De hoc ff.eod.tit.pag. 20.

De tarnsactionibus.

De hoc ti.s.proxi. & ff.eod.tit. dixi, pag. 20.

De errore calculi.

In computatione transactionis quandoque erratur. Veteres autem cõputabant per lapillos qui Calculi dicuntur, eo quod pedibus, non impune tamen quandoque, calcantur. Vnde Persius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. Nam diem boni successus numerabant lapide albo: mali autem, lapide nigro. Quandoque autẽ Calculus ponitur pro cognitione causae. j.de iudi.l.rem nõ nouã. quandoque pro sententia. j.de sen.l.si actor ga calcat, id est, terminatur, sm Pla. Calculus.

De postulando.

Quia in iudiciis necessarii sunt aduocati: id ideo de his dicit. & nos. ff. eod diximus, pag. 21.

De aduocatis diuersorum iudiciorũ.

Supra de postulando: nunc de personis postulantibus scilicet de aduocatis quibusdam, qui necesse habeant coram certis praesidibus & prãtib⁹ aduocare & in certo foro seu iudicio, & subiicit de priuilegiis eorum

De aduocatis diuersorum iudicum.

Superior titulus dixit de his aduocatis, qui adhuc sunt in officio aduocationis: sed hic loquitur de illis, qui deponunt officium: ut patet. j. eodem .l. iubemus. §. ad hoc. & . § filios. & . §. ut autem. & in. l. petitionem & lege laudabilem. Superior uero tractat de priuilegiis competentibus in ipso officio. Item superior, De postulando, complexus est tam eos qui pro se, quam eos qui pro aliis postulare possunt: in istis duobus cōplectitur tantum qui pro aliis. Vel, titulus superior loquitur de illis qui erant scripti in matricula, & salaria de publico suscipiebant: hic de aliis. vel. s. de illis aduocatis, q necessarie habebāt postulare in certis iudiciis, uel in certis locis, puta in illa ciuitate, ul' in illa ꝓuincia: hic de illis, q necesse habebant postulare coram certis iudicibus, in quacunque essent prouincia, ciuitate, uel loco.

De aduocatis fisci.

In aduocatis fisci quædam specialia seruantur. Nam causa priuati decisa sub prætextu absentiæ patroni causæ non restauratur: secus in causa fiscali: & hoc quando fiscus alii facit ꝯtrouersiā status. s. de postulādo. l. uelamēto. & j. e. l. ul. & . j. si aduersus fis. l. ij. & . ff. de iu. fisc. l. si fiscus. Itē qui extitit aduocatus fisci, postea cōtra fiscum in eadem causa non aduocabit, etiam si salarium non perceperit j. eod. l. i. & ij. nisi pro his quorum est tutor, uel curator. ff. de postul. l. penul. & ul. Hoc etiā iniungit̃ ei, ne fiscalia cōmoda occultet: ne ue calūniose priuatos faciat cōueniri. j. e. l. penul.

De errore aduocatorum, & libellos, seu preces concipientium.

Quoniam aduocati quandoque in officiis suis exequēdis errant, ideo ponit de erroribus eorum: & ea occasione subiicit de erroribus scribentiū libellos conuentionales, uel libellos, precum. Exponitur ergo de errore aduocatorum: scilicet si noceat, uel ne. Et preces. s. pricipi porrigēdas cōcipientium, qui similes sunt in errore adocatis. Est autē sciēdum, quod aduocatus qñque errat in facto qñq; in iure. Si in facto dño præsente, & non cōtradicente, præiudicat domino, ac si ipsemet, ita confessus fuisset. Sed ipsemet suum errorem usq; ad sententiam corrigere posset. s. de iur. & fac. igno. l. error. & ff. de confess. l. non confitetur. Ergo & aduocati. j. eod. l. i. licet Pla. aliter dixerit: nō posse. s. errorē aduocati corrigere, nisi intra triduū. Vbi aũt aduocatus errat in iure, quandocunq; licet mihi corrigere errorem. Errores autem scribentiū libellos, uel preces me præsente, & non contradicēte, præiudicāt mihi, ut in aduocato dictum est: nisi probē contrarium. j. eod. l. ij.

Voca torum error.

Vt quæ desunt aduocatis partium, iudex suppleat.

Si errant aduocati quid iuris audisti: puta si male, id est, per errorem aliquid in causa dicant. Nunc quando minus ab aduocato dicitur. Et certe tunc supplere debet iudex, ut patet ex generalibus uerbis huius rubricæ. Debet enim iudex proferre, quæ sciat legibus & iuri publico conuenire. j. l. i. Sedendo igi

tur,non stando,ne officium aduocati sumat.§.de postu.l quisquis. Supplebit autem ea quæ sunt iuris, non quæ facti:nisi notum sit ei ut iudici. Supplet & ante sententiam quãdoq; disputando cum utriusque partis aduocatis, quandoq; opponendo, quandoq; quærẽdo & inuestigando ueritatem.porro & post sententiam quandoq; supplet in his,quæ desunt aduocatis ad consequentia priorum statutorum.ut in fructibus & usuris ff de re iudi.l.Paulus:De hoc per glo. & doct.in.c.bonæ.j.de postul.præl.

Ex quibus causis infamia irrogatur.

A postulando,de quo multis in titulis diximus,remouentur infames, ut diximus.ff eo.tit.ubi hanc materiam prosecuti sumus.

De Procuratoribus.

Similes sunt in quibusdam procuratores aduocatis ff de uar.& extraordi.cog.l.aduocatos. Licet in quibusdam differant nam procurator colludens tenetur mandati.j.eo, si procurator.in fi.ff.mand.l.si procurator.in prin. Aduocatus de præuaricatione.§ de adu.diuer.iu.l.i.De hac materia dixi.ff.eo.tit.

Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare,uel actiones in se transferre.

Omnia mala exempla ex bonis initiis oriuntur,& uitia uirtutes imitantur, ut dixit Sal. Occasione licitæ procurationis sæpe attentantur illicita:ideo de ea ,& de cessione actionũ quæ fit in potentiores Et intelligitur hic Potentior , non omnis aduersarius qui maior est eo, contra quem præstat patrocinium:sed eo, qui terroribus est, minacem feruorem ostẽdere potest:ut.j.quod met.causa.l.si per impressionẽ.&,si quacũq;.præd. pot.l i.&,si rector.prcui.l.i.Punitur tẽ hic q sibi aduocauit pr̃ocĩniũ potentis in terrorẽ aduersarii,quia cãm amittit.Actionem autem in se transferre,est cessionem , uel transfusionẽ actionis in se recipere . Et quando licet cedere actionem,diximus aliquid de hære.uel actione uen.in ff.& j.eo. tit.& per Doct.in.l.penul.§.mand.

Potẽtior quis

Actionẽ in se trãsferre.

De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt uel eorũ nomina in litem prætendunt.

Sicut quis in conueniendo alium, non debet sibi aduocare patrociniũ potentioris , ut §.tit.proxi. dictum est:ita etsi conueniatur quis ab alio de prædiis,uel de iure,id est,seruitute prædiorum quæ possidet , non debet in terrorem agentis affigere prædiis , de quibus agitur titulos, id est , subscriptiones,uel schedulam quandam , scilicet qua continetur hoc est prædium talis potentis . Itẽ eius nomen nõ debet prætendere in litem.Si autem possessor faciat contra,amittat causam,etiam si sit iusta,& damnatur in metallum : potẽtior uero si consenserit,infamatur ut famæ suæ prodigus, & calũniarum redemptor.Item accusabitur crimine stellionatus cum pro hoc crimine alia non sit prodita actio.ff. de cri.stel.l.i.

Vt nemo priuatus titulos prædiis suis,uel alienis imponat,uel uela regia suspendat.

Sicut superiori titulo prohibetur,

quis, sua dicere aliena:ita hoc titulo phibetur quis:aliena dicere sua: & per titulos denotare haec praedia etiam quae possideo esse mea: hoc enim speciale priuilegium si est imperatoris, ut eius praedia titulorum inscriptionibus legantur, uel uelis regiis suspensis denotentur. Qui ergo in praediis suis id fieri procurauit, quod consueuit tantum fieri in regijs: uerisimile est, quod praedia sua uoluerit in imperatorem transferre. Vbi alienis praediis tales titulos uel uela regia quis suspendae, si est plebeius, damnatur ad mortem: si clarissimus, uel curialis, ul' miles ul' clericus deportatur, & praescribitur. j. eo. l. ij.

Vt nemini liceat sine iudicis auctoritate signa rebus imponere quas alius tenet.

Impe rator signa rebus

Signa rebus. quas alius tenet, hic imponere dicitur. qui aliquid generaliter praeter uela regia, de quibus s. ti. proxi. alienis rebus imponit: quibus denotet, res ab alio detētas esse suas: & hoc locum habet ante litem contestatam: & postea, ante sententiam ut j. eod. l. i. & ij. Superior autem titulus loquitur, ubi per titulum, uel uexillum denotabatur rem esse possessoris. & habet locum ante litem contesta. Et ideo si qua signa imponit post litis contest. non patitur poenā superioris tituli, sed iudex eum puniet pro motu suo: secundum glo. hic in rubro.

Ne fiscus uel Respublica procurationem alicui patrocinii causa in lite praestet.

Licet generaliter prohibuerit supra patrocinium potentum in causa: nunc tamen specialiter prohibet fiscum, id est, procuratorem fisci, uel Rempublicam, id est, procuratorem Republic. Nec immerito fiscus prohibetur, cum ipse sit potentissimus: & ne iniuriarum inde nascatur occasio, unde iura sumuntur. j. unde ui. l. meminerint.

De negotiis gestis.

Quae geruntur ex mandato infra diximus: nunc de negotiis quae sine mandato geruntur: de hoc ff. eo. dixi pag. 23.

De his quae ul. metus ue causa gesta sunt.

Seruat antiquam intitulationem, hodie sufficeret alterum. ff. eod. l. i. de negotiis autem, quae ab aliis gesta rata habemus, dixi: nunc de his quae a nobis gesta infirmantur. de hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 24.

De dolo malo.

De hoc satis ff. eo. tit. dixi. pag. 24

De in integrum restitutione minorū uigintiquinque annis.

Satis de hoc. ff eo. tit. dixi, pag. 24

De filiofamilias minore.

De minoribus in genere dictum est: nunc specialiter ponit de minore Restfiliofamil. cuius restitutio patri pro/ tutio ficere uidebatur, & ideo non esse dan filiifadam. quia sic maiori subueniretur, quod nō fuit praetoris propositum. Sed tamen ei datur, ut hic, & ff. e. l. iij. nam non solum patris, sed filii uidet intere ffe. cū & filius ex cōtractu suo, dum est in potestate, insolidum con ueniatur: uel factus sui iuris, conueniatur inquantum facere potest.

De fideiussoribus minorum.

Non solum minores, sed & ob eorum gratiam aliquando maiores, id est, fideiussores minorum restituuntur: uel eorum mandatores, & constitutores, & quilibet qui pro minore interuenit: ut j. eo. l. j. & ff. de mino. l. in causae.

Si tutor uel curator interuenerit.

Quando interuenit fideiussor in contractu dixit, nunc quando tutor uel curator: nō crederet aliquis minorē nō esse restituēdū, ubi ptraxit cu tore uel curatore. Sz cū necessariū est, & in his q̄ gesta sunt in iudiciis, & in his quæ gesta sunt extra, si sui facilitate, uel dolo aduersarii minores uigintiquinque annis decepti, uel circū uenti sunt, etiam præsentibus tutoribus uel curatoribus, eis in integrū restitutionis auxilium superesse. j. eo l. ii. Hoc tamē fallit in casibus. j. de admini. tut. l. constitution. & . l. sancimus. & j. ad Treb. l. pen. in princ.

Resti- tutio mino rum.

Si in communi, eademq; causa, in integrum restitutio postuletur.

Certum est ipsis minoribus subuenire per restitutionem, & quandoq; eorum gratia subuenitur aliis, puta eorum fideiussoribus, licet sint maiores. Item æquitate rei subuenitur eorum aduersariis, ut diximus ff. de min. & . j. de reputa. Sed hic illud quærebatur, an restitutio minoris prosi- ceret maiori, cum quo minor rem uel causam habet communem, ratione cōmunis, uel soccietatis. ad quod hic respōdet, quod minime: ut j. e. l. i.

Resti- tutio mino rū an prosit maio ribus.

Si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur.

Sicut in aliis, ita & in sententia lata contra minores tutorum uel curatorum auctoritate, restitutio datur minoribus: si tamen sententia lata sit in minori ætate, alias non: nisi hoc structū sit dolo aduersarii: ut minori facto maiore sentētia feraē ut j. eo. & l. i. in re. & ff de mino. l. iii. §. j.

Si aduersus uenditionem restitutio postuletur.

Minor restituitur in integrū in uēditione, si tamen uenditio teneat. Si ergo uendat ea quæ seruādo possent seruari sine decreto, ipso iure nō tenet uēditio, & ideo nec datur restitutio. Si autem uendat cum decreto, tenet uenditio, sed restitui potest, si doceat se læsum: ut j. de admin. tut. l. lex quæ. & de prædi. mi. si quidem. Vbi autē uēdita ea q̄ seruādo seruari nō possunt, restituitur minor propter enorme damnum uel fraudis consilium. ff. de mi. l. etsi sine. §. i.

Resti- tutio cōtra uendi- mino

Si aduersus uenditionem pignoris.

Cum res minoris pignori obligata distrahitur a creditore distinguit̄ ceperit pignus a minore, uel ab eius prædecessore. Si a minor̄ in qua obligatione etiam decretum fuit necessarium: ut ā. tit. prox. & tunc restituitur minor etiam pro modico damno, ut in aliis suis contractibus. ff. de distrac. pig. l si debitor. §. ultimo. Si cœpit a prædecessor̄ minoris pign⁹, distinguitur ut. j. l. ij.

Si aduersus donationem.

Minor cum decreto, uel sine decreto donare non potest: ut j. si ma. facta. l. ul. § ul. & ideo restitutio locū nō habet. ff. de min. l. in causæ. Sed in casibus donat minor: puta mercedem præceptori. Item alimēta parenti bus, & cognatis, & eis solennia mu-

nera mittet:& hæ donationes fieri debēt cum decreto:ut tamen si fiant immoderate, restitutio locū habeat. ff.de adm.tu.l.cum plures.§.cum tutor.& de tu.& ra.di.l.i.idē si donauerit dotis causa, uel propter nuptias. j.de admi.tut.l.lex quæ.

Si aduersus libertatem.

Si minor contra libertatem, quæ iam competiit, uelit restitui, nullo modo potest: nisi ex magna causa hoc a principe fuerit cōsecutus: tali uidelicet, quam princeps approbauerit: uel si serui manumissio pertinet ad euersionē toti⁹ domus minoris.

Si aduersus transactionem, uel diuisionem, minor restitui uelit.

Transactio minoris. Restituitur minor ꝯtra transactionem, siue sit facta cum ipse ageret cōtra alium, siue cum alius ageret contra eum Verbi gratia: Facta fuit super his, in quibus alienandis non exigitur decretum, sed tutoris uel curatoris auctoritas, uel solius adulti uoluntas, si non habeat curatorem. Si autem fiat super his, quæ possunt seruari, exigitur decretum, & tutoris auctoritas.j.de admi.tut. l.lex.de prædi.mi.l.non solum.

Diuisio facta p minorem. In diuisione autem, id est, si minor habet rem cum alio cōmunem, si tunc talis est res, in qua alienanda exigitur decretū, nō minor poterit prouocare socium ad diuisionē, sed socius maior poterit prouocare minorem: ut j. de præd. mi.l. inter omnes & ita per decretū ex necessaria cā præcedet diuisio: in q̄ si decipiat minor, impetrabit in integrū restitutionē.

Si aduersus solutionē a debitore, uel a se factam, restitutio postuletur.

De restitutione aduersus solutionem debitoris tractat lex prima: De solutione a se, id est, pupillo facta loquitur lex ij.

Si aduersus dotem restitutio postuletur.

Mulier xxv. annorum si plus promittat, quam habeat in patrimonio ut si habet centum, promittat ducēta, & hoc nomine dotis, uel ultra quam ualeant facultates, ipso iure nulla est promissio in eo quod est ultra.ff.de iure dot.l. siue generalis. Si uero adulta promittat ultra uires patrimonii, non detracto ære alieno, tenet promissio, sed restituitur, ff.de mino.l.si ex causa.§.in dotis.

Si aduersus delictum suum restitutio postuletur.

Restitutio aduersus delictū. Qualiter minoribus in contractibus subueniatur, supra diximus nunc qualiter in delictis, siue delinquat minor ex ꝯtractu, uel quasi: siue in rebus quibus cōtraxit, puta cōmodatis depositis, uēditis uel locatis, & similibus. Et distinguitur, an delinquat ex culpa, seu nō: an ex proposito, uel ex animi conscientia: & j.l.i.

Si aduersus usucapionem restitutio postuletur.

Minor etiam in usucapione rei suæ restituitur: pupillæ tamen ipso iure non currit usucapio triennii, uel decennii, uel uicennii.ff. de acqui.re.do.l.bonæ fidei emptor.

Si aduersus fiscum restitutio postuletur.

Si minor contraxit cum procuratore cæsaris, & decipiatur, restituitur in integrum ac si cum priuato contraxisset: & cognoscit de ea resti-

tutione procurator fisci:ut.j.cod.l.i. Et iste dicitur procurator Reipub. ut §.de mo.mulc.l.curator.

Si aduersus creditorem restitutio postuletur.

Licet crediti appellatio sit generalis.ff si cer.pet.l.i.Hic tamen specialiter ponitur pro mutuo. Sicut autem in alijs contractibus restituitur minor, ita & in mutuo, & fortassis amplius: quia licet alias minor debet probare se deceptum, uel se amisisse quod ei dicitur datu3:ut.§. de min.l. minoribus &.ff.de iureiurando.l.nã postea.§ si minor. Hic tamen creditor debet probare minorem locupletatum j eo.ti.

Si ut ab hæreditate se abstineat restitutio postuletur.

Si minor adiit hæreditatem minus lucrosam, uel agnouit bon pos. uel ex Trebel. recepit hæreditatis restitutionem, restituitur in integrum, causa tamen cognita: non tantum utrum sit lucrosa uel non: sed etiam an intersit minoris, litibus & sumptibus non uexari.ff.de mino.l.minoribus.xxv.ann.Item considerato an in hæreditate sint multæ res morteales, uel prædia ruinæ subiecta.ut.ff.eo.l. uerum.§ si locupletati.

Si ut omissa hæreditate, uel bonorũ possessione, aliquid aliud exquirat.

Ne quis putaret minoribus tunc demum, cum certant de damno uitando, & non etiam in lucris omissis uel repudiatis iuuari. Si ergo repudiauit hæreditatem sibi delatam minor, si repudiatio teneat iure communi, restituetur minor, ut liceat ei adire hæreditatem: si tamen post repudiationem hæreditas non sit distracta uel a substituto minori, uel ab eo qui repudiante minore successit: alioquin si est distracta, repellitur minor, de hoc.j.de repu.hæred.l.ulti.

In quibus causis in integrum restitutio nõ est necessaria.

Multæ sunt causæ in quibus restitutio non est necessaria: ut quando ipso iure deficit contractus, quia non interuenit tutor uel curator: uel quia non interuenit decretum: uel quia dolus dedit causam contractui: uel quia minor societatem contraxit donationis causa: uel si fecit minor ludibrium sui.§.ex qui.cau.infa.l ulti.Itẽ minor mulier, quæ filio impuberi non petijt tutorem. Item in omnĩ temporali præscriptione.Ite3 in omnibus contractibus bonæ fidei, & quibusdam quasi contractibus stricti iuris, qui coæquiparantur eis, id est legatis, & fideicommissis.

Qui, & aduersus quos, in integrum restitutio non postuletur.

Causas & casus in quibus, & propter quas detur, uel non sit necessaria restitutio, prosecutus est imperator. Nunc incipit edocere propter quæ denegetur restitutio. Et primo in hoc titulo ratione personæ, scilicet petentis in integrum resti.& personæ eius contra quem petit, &c.

Si minor se maiorem dixerit, uel probatum fuerit.

Sicut ratione personarum denegatur restitutio, ita & denegatur ratione mendacii: ut quia minor asseruit se maiorem in contractu, & nunc pe

tendo restitutionem uult uti benefi/cio minoris, &c.

Si sæpius in integrum resti/tutio postuletur.

Denegat. re stitu/tio.

Hic ponit qualiter cesset restitutio ratione beneficii sæpius petiti, uel col lati, uel semel denegati. Et lʒ sæpius minor possit restitui: si tamen semel est denegata, minor non restituitur postea, præterquam ad appellationem: nisi nouis defensionibus causam in/strui posse dicat j eo. l. i. & l. ulti.

De his qui ueniam ætatis impetrauerunt.

Veniã æta/tis impe trãs.

Sicut cessat restitutio, quando mi nor natura est factus maior: ita & denegatur sibi, quãdo iure, id est, prin cipis priuilegio, pro maiori reputatur: puta si impetrauit ueniam ætatis. Impetrat autem ueniam masculus maior. xx ann. fœmina maior. xviij. Et impetratur a solo principe allegã do, non probando, imperatori de morum honestate. Et est effectus hu/ius ueniæ, quia qui ueniam meruit, postea reputatur pro maiore in con/trahẽdis & distrahẽdis negotijs. j. l. i.

Si maior factus ratum habuerit.

Rati/habi/tio ĩpedit resti.

Non tãtum ex supradictis causis, sed etiam Ratihabitione denegatur re stitutio: ut quia maior factus ratum habet id, quod minori ætate gessit uel p se, uel per tutorẽ, uel p utrunq;: talis enim non potest restitutionem in integ. petere, j. eo. l. ij.

Vbi, & apud quem cognitio in inte/grum restitutionis agenda sit.

Causa in integrum restitutionis debet agitari in foro eius, ɔtra quem petitur restitutio: ut. j. eo. l. ij. cogno/scit autem de ea iudex ordinarius, re/stituendo nedum in contractibus, & consimilibus: sed etiam contra sen/tentiam a se latam, uel ab inferiori: sed non a superiori.

Vbi resti/tutio tractã da.

De reputationibus, quæ fiunt in iudi cio in integrum restitutionis.

Repu tatio

Quia in restitutionibus minorũ locus est reputationibus, id est com/pensationibus secundum Platonem uel restaurationibus secundum Azo: uel computationibus secũdũ Accur. Nam si minor restituitur in integrũ, ut liceat ei abstinere ab hæreditate quam adiit, etiam alius, ad quem per tinent bona, eadem lance æquitatis restituetur, ut a minore repetat, quod in rem suam conuersuʒ est: nec periit per imbecillitatem ætatis. Si autem periit dolo, nihilominus est restituẽ dum: ut. j. eod. l. i. in fi. & ff. de mino. l. ait prætor. §. plane.

Etiam per Procuratorem causam in integrũ restitutionis agi posse.

Satis clara est rubrica, dummodo intelligatur de procuratore speciali: non generali. ff. eod. l. illud. §. si talis. & l. quod si de speciali.

In integrum restitutione postula ta, ne quid noui fiat.

Pẽdẽ te re/stitu/tiõis

Postulata restitutione in integruʒ, omnia manere debent in suo statu, in quo erant ante principium causæ. Ergo nec res debebit alienari, nec sen/tentia executioni mandari, uel ab ali quo quid fieri in præiudiciũ alterius partis, donec finiatur causa resti/tutionis.

De restitutione militum, & eorum qui reipublicae causa absunt.

Duae sunt excellentiores causae, quibus restituuntur maiores, scilicet militiae causa. Et absentia propter rempu. Militibus autem ideo subuenit. quia discedere a signis sine periculo non possunt. ff. qui. ex cau. ma. l. ulti. Si ergo miles est in domo sua, interim non restituitur. j. eo. l. fin. & ff. ex qui. cau. ma. l. miles. Abesse autem reipub. causa uidetur: qui abest propter rempu. Romanorum, non ciuitatis alicuius: licet ille iuuetur ex generali clausula edicti praetorii, qui abest pro ciuitate. ff. qui. ex. cau. ma. l. sed & si. §. ulti. & de uerb. sig. l. cum.

Ab/sens cã rei/pub.

De uxoribus militum, & eorum qui reipublicae causa absunt.

Sicut ipsis militibus succurritur, ita & uxoribus eorum. j. eo. l. i.

De temporibus in integrum restitutionis, tam minorum, quam aliarum personarum, quam heredum eorum qui restitui possunt.

Hic tit. tractat intra quae tempora, & ad quanta restituãtur minores, & maiores eorũ quam haeredes: pro quo notãdũ quod siue minor in contractu, uel quasi, delicto, uel quasi decipiat, restitui nõ potest toto tẽpore minoris aetatis, & postea intra quadriẽniũ: & hoc quadriẽnium incipit hodie currere statim cum uicesimisexti anni dies illuxerit: alij aũt hñt utile quadriẽnniũ solum: de hoc etiam in. c. i. de in inte. rest. lib. vj. & in clemen. j. eo. tit.

Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.

Resti. maiorum.

Explicitae sunt duae causae quibus restituũtur maiores: hoc est militiae, & absentiae reip. causa. Nunc generaliter de omnibus etiam his, qui propter rei qualitatem restituuntur: ut in bonae fidei iudiciis. j. eo. in contractibus. Item per iustum metum absente. ff. eo. l. ij. Ibi de hoc satis dixi.

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 26.

De receptis arbitiis.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 26.

De satisdando.

De hoc dixi. ff. qui satisdare cog. pag. 18.

De formulis & impetratione actionum sublatis.

Solennitas formularum actionũ, quae fiebat olim ut impetraretur a collegio pontificum. ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde. hodie sublata est: certumque est, hodie actionem proponi posse sine aliqua solennitate uerborum. Et secundum Plat. etiam uulgari & rustico sermone, si ea sit apta proposito negotio. Nec est opus impetrare solennia uerba, uel actionem, nisi ea sit, ad quam quis restituatur iudicis officio: ut de rescissoria dicitur, &c. de hoc in. c. dilecti. de iudi.

Formulae actionum.

De iureiurando propter calumniam dando.

De satisdationibus quae fiunt ante ingressum iudicij supra dixit. Nũc de iureiurando, quod fit statim post ingressum. Iusiurandum calumniae est, cum quis iurat se bona fide, & non calumniandi animo agere, uel respondere: nec calumniandi animo egisse, uel respõdisse. j. eod. l. ij. §. i. & ff. fam. erc. l. iure. § qui familiae. Est enim Ca

Iuramentũ calumniae. Calũnia.

lumnia cum quis ex certa scientia iniuste agit, uel resistit: ut dixi. ff. ad Turpil. Dicitur ergo iusiurandum calumniæ, scilicet uitandæ, uel propter calumniam uitandam: sicut dicitur, Habeat unusquisq; suam propter fornicationem, &c. Et quæ sint capitula sub hoc iuramento contenta, ponit glo. extra eod. tit. c. i.

LIBER III.

De iudiciis.

De hoc satis. ff. e. tit. dixi. pag. 28.

De sportulis, & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis: & de executoribus litium.

SVpra de iudiciis dixit: sed quia iudicum, & executorum laboribus, & studiis multis siue uigiliis negotia deciduntur, æquum est cuiusq; laborem digna compensatione remunerari: cū enim labor in damno est, crescit mortalis egestas. j. de allu. l. fi. ubi per glo. Ideo de sportulis & aliis sumptibus litiū tractat. Sportulæ autem sunt sumptus gratia executorum uel sunt salaria apparitorū uel forte secundum Azo. isti apparitores accipiebant nō sibi, sed pro fisco: & illæ reponebantur in sporta, id est corbe, uel alio simili uase, in quo consueuerunt aliqua portari, uel exportari, ut ita sub fida custodia fisco seruarentur, & sic cōtinens pro contento. In sportulis autem istis non erat certa quantitas diffinita, nisi in quibusdam personis puta clericis, & agentibus, in rebus & similibus, ut in Autē. de sanc. epi. §. sportularū. &. j. de pxi. sacro. scrini. li. xij. & de prin. agen. in re. l. ul. præstabantur ergo secundum

Spor-tulæ.

consuetudinem fori: de hoc aliquid in. c. cum ab omni. de ui. & ho. cle. Executor autem ille dicitur, qui executioni causæ discussæ sniaз mādat: ut. j. de exe. rei iudi. l. pe. quandoq; dicitur Executor ille, qui facit partes apparere in iudicio: idemq; dicitur Apparitor: idem dicitur Causaз præparans: idem dicitur Officialis: itē Catholicianus, id est, uniuersaliter deseruiens. s. de iudi. l. antepe. & ulti. & in Auten. de iudi. §. his qui causas. & de defen. ciui. §. ex prouinciali. &. j. eod. l. i. Est autem eorum officium, parere iudicibus quibus deputati sunt, & offerre causas eis instructas usq; ad finē: Et iudex illustris mulctare eos poterit usq; ad sex solidos: inferior, usque ad tres. j. eod. l. i. &. ij. & in Auten. de iud. §. necessitatem. de sumptibus autem qui fiunt in iudiciis, in hoc titu. non tractatur. Sed de sumptibus testium ponitur. j. de testi. l. quoniam. & de app. l. eos. §. si quis de sal. in. l. i. §. in honorariis. ff de uar. & extraor. cog.

Executor. Apparitor. Cām præparās Officialis. Catholician9. Sumptus iudiciorū.

De pedaneis iudicibus.

De ordinariis, & maioribus, dictū est iudicibus: nūc de delegatis, & minoribus. Sunt autem Pedanei, qui negotia humiliora disceptant: ut. j. eo. l. ul. & a pede nomen acceperūt, quæ est infima pars hominis. Sic & Pedaneus iudex est inferior aliis: quia pedestria, id est, infima tractat negotia.

Pedanei iudi.

Qui pro sua iurisdictione iudices dare dari ue possunt.

Occasione sumpta a pedaneis, qui sunt delegati: generaliter de personis quæ dare possunt, & dari iudices, subiungit. Ille autem solus delegat, qui habet iurisdictionem ordinariam. Et

Quis possit delegare.

in causa quæ est de iurisdictione sua ordinaria, & eum quæ est de iurisdictione sua. ff. de iuris. om. iudi. l. extra. & de tut. & cu. da. ab his. l. ius dandi. Iudex autem delegatus neutrũ committit: nisi a principe delegatus sit, uel nisi primo lite coram se contestata alij deleget ad similitudinem procuratoris ut. s. de iudi. Autẽ. ad hæc. &: j. eod. l. i.

Ne quis in sua causa iudicet, uel ius sibi dicat.

Licet in aliena causa quis possit esse iudex, non tamen in sua, uel diffiniendo, uel arbitrando, uel interloquendo: quia nemo potest sibi imperare. j. eod. l. i. & de arb. l. pen.

Qui legitimam personam standi habent in iudicio, uel non.

Quoniam in constitutione iudicii considerandæ sunt personæ litigatorum, ideo apponit de his, qui habent legitimam personã in iudicio: sunt autem quædam personæ quæ prohibentur, puta minor. xxv. annis sine tutoris uel curat. auctoritate, ut dixi. s. si aduer. rem iudi.

Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur.

Qui cogãtur agere. Regulam ponit hæc rubrica, ut nemo cogatur agere, &c. scilicet præcise. Sunt tamen quidam qui si non agunt, periculum subeunt: ut tutor & curator. j. arbitrium tutelæ. l. nomina. Item gestores sine mandato. Item procuratores. j. man. l. procuratorem. Item administratores ciuitatis. Item hæres qui non uindicat necem defuncti, accusando interfectores eius. j. ad Sylla. l. i. Item actor lite contestata, uel citato reo. Itẽ si actor uidetur calumniose uexare reum, potest iudex causa cognita id statuere. j. de inge. manu. l. diffamari. de remiss. l. pig. si eod.

De ordine iudiciorum.

Quia in iudiciis plerunq; dubitat quæ actio uel quæstio in ordine cognoscendi uel diffiniendi debet præferri. ideo ponit de ordine iudiciorũ, id est, actionibus uel quæstionibus in iudicio ordinandis: puta si cõcurrant duo iudicia inter easdem personas, principaliter, uel inciderẽt, quod præcedere, & quod sequi debeat. Sic ergo dicitur iudiciorum, id est quæstionum: uel id est, de rebus de qbus possunt fieri iudicia: id est, quæstiones. de hac materia ponitur in. c. tua. extra de ordi. cog.

De litis contestatione.

Per litis contestationem iudiciũ accipit exordium. Est autẽ litis contestatio, negotii principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, id est, ut actor proponat intentionem suã: reus autem neget, uel exceptionẽ opponat & eam probet. Et ponitur hic autentica quæ tractat de quibusdam præcedentibus ipsam litis contestationem, &c.

De plus petitionibus.

Quia lite contestata petitur quandoque plus, ideo de hoc dicit in specie, scilicet quando plus petitur re, nam & aliis modis plus petitur. ut Institu. de act. §. plus autẽ. ubi pœna plus petentis ponitur: unde dicit plus petitur causa, tempore, re, loco. glo. in. c. uno. eod. tit.

De dilationibus.

Dila/ tiões. Iudicio inchoato quandoque dilationes petuntur gratia testium, uel instrumentorum.j.eo.l i.uel propter alias necessarias causas, puta aduocatorum:ut.j.eod.l.penul.de hoc dixi. ff.de fer.pag.19.

De feriis.

Dila/ tiões. Dixit de dilationibus datis a iudice:Nunc de datis a lege,de quibus dixi.ff.eodem.

De iurisdictione omnium iudicum: &, de foro competenti.

Iudicia ratione iurisdictionis exercentur, ideo ponit de iuris.om.iudi. id est,de iurisdictione quæ competit singulis iudicibus:quæ quidem iurisdictio quia unicuique iudici attribuitur per legem secundum destinationem territoriorum, apponit de foro compe. quia forum censetur secundum territorii fines j. de uerb.sig.l. Forũ. pupillus.§.territorium. Quid sit iurisdictio dixi.ff e.tit. Forum autem dici potest ipse locus, ubi consueuit reddi ius:idemq; appellatur Prætorium:itẽ dicitur ius.ff.de iuſ.& iur. Tri bunal l.pen Tribunal autem dicitur maiorum iudicum qui habent merũ imperiũ.ar.ff. de iudi.l.i. &.§.ubi & apud quem.l.ulti.Et dicitur forum simili/ Forus tudinarie: quia sicut Forus uocatur locus in quem multitudo hominum conuenit, multas res inferentes,& deferentes emendi uendendi uel permutandi causa:ita & Forum dicitur in quem multitudo hominum cõfluit inducentium causas, lites, & uarias quæstiones cognoscendi, & diffiniẽdi causa.Dictum forum a Foroneo rege,uel ab afferendo.c.forus de uerb. sign.Forus etiam dicitur bursa: Fori Fori. autem pluralis numeri dicuntur tabulata nauium secundum Ser.super. x.Aen.& de eis ut ait Pla.sedilia iudicanti conficiuntur. Sortitur autem quis forũ uariis ex causis, de quibus in.c fi.extra.de fo.compe. & dicitur Competens forum:id quod propriũ ex lege deputatum est ipsi conuento. Cõpetẽs forum.

Quando Imperator inter pupillos, & uiduas,uel miserabiles p̃sonas cognoscit,& ne exhibeant.

Apud iudicem suum quẽque etiã inuitum esse conueniendum supra dixit.Item apud extraordinarium aliquis conuenitur ratione priuilegij.§. de dila.l.ij.Nunc ponit, qualiter istorum quilibet patiatur exceptionem. Si enim uiduæ, alijq; fortunæ iniuria miserabiles a principe postulauerunt beneficium forte ut conueniantur sub principe tantum:nam tunc eorum aduersarii examini principis coguntur se repræsentare:ita licet his pupillis,& similibus, recusare ordinarium iudicem:ut hic.Exponnitur ergo titulus quando imperator inter pup.& uid.cognos.scilicet ipsis hoc impetrantibus. Et ne exhibeantur, scilicet in iure aliis petentibus.

Vbi de criminibus agi oportet.

De criminibus agitur in tribus locis,hoc est ubi commissa sunt ff.de accu.l.uti. Item ubi lis est contestata.nisi opposita fori præscriptione ab eo qui sciebat se non esse subiectũ. Item ubi reus habet domicilium.Iure uero autẽticorũ plenius & generalius de hoc tradit in Autenti.ut om. obe.iudi.§ i.col.v.& signat in Autẽ. qua in prouincia.eo.

Vbi de possessione agi oportet.

Hoc titulo tractatur, ubi possessorio iudicio agitur siue per interdicta, siue per alias actiones. Et potest agi ubi existit ipsa possessio, id ē, res quæ possidetur: uel ubi facta est uiolentia. ff. de ui & ui armata. l. i. §. interdum autem.

Vbi fideicommissum peti oportet.

Fideicommissum ibi petendum est, ubi hæreditas relicta est. i. factum est testamentum. j. l. i. & idem in legato: fraternizant enim hodie: ut. ff. de leg. i. l. i.

Vbi conueniatur qui certo loco promisit.

Qui certo loco promisit se aliqd daturum tenetur cōdictione certi arbitraria. Item si testator certo loco hæredem quid dare iussit, actio ex testamento est arbitraria. Item si mutuū accipiam, ut certo loco reddam: condictio certi de mutuo erit arbitraria: Insti. de act. §. præterea. Pro tali igitur debito actio institui potest secundum Plat ubicunque inueniatur reus. ff. de iudi. l. eũ qui in prouincia. licet Azo dixerit eum conueniendū, ubi habet domicilium, uel ubi de iure cōmuni sortitur forum: & sic debere intelligi. d. l. eũ qui. ubi dicitur, uel in quocunque loco. &c. subaudit scilicet idoneo. de hoc. d. §. præterea.

Vbi in rem actio exerceri debeat.

In rem actio, id est, rei uendicatio, uel quælibet realis actio potest institui in locis illis, in quibus propter diuersas rationes quis sortitur forum. Sed ubi est ipsa possessio sortiri uidetur quis forum: ut. j. cod. l. ulti.

Vbi de hæreditate agatur: & ubi scripti hæredes in possessionem mitti, uel postulare debēt.

Si hæreditatis petitio pponatur, eo loco erit instituenda, ubi is, qui possidet, habet domicilium. Sed & ubi res ipsæ sitæ sunt propemodum potest: ut j. in fi. l. missio autem in possessionem siquidem petatur per iudicis officium, ibi consultus petetur, ubi res sunt: ut ita ratione rei quis sortiatur forum, implorato iudicis officio, ac si proponeretur realis actio. Si autem de possessione agetur persona li actione uel interdicto, indubitāter etiam tunc apud iudicem, sub quo habet domicilium reus, causa poterit exerceri: forte & ibi, ubi sunt res de hoc in prin. l.

Vbi de ratiociniis agi oportet taз priuatis, q̃ publicis.

Ait Imperator, eum qui gessit ratiocinia tam priuata, q̃ publica, ut argentarius, & procurator, uel quocunque modo ibi rationem oportere reddere, ubi hoc gesfit, ubi potest esse instructio sufficiens.

Vbi causa status agi oportet.

Sicut in cæteris, ita & in causa status actor forum rei sequi debet. j. l. iij. & iiij. Sed quis in hac causa uideatur reus, quis actor quæritur: circa quod diligenter notanda est distinctio, quam ponit. j. l. i. & de lib. cau. l. eam quæ. & ff. de probat. l. si quis hominem liberum. Cognoscit autem de causa libertinitatis & seruitutis inter fiscum & priuatum procurator cæsaris Inter duos autem priuatos cognoscet quilibet iudex. De ingenuitate uero, & seruitute, uel de

Ingenuitate & libertinitate solus princeps cognoscet:ut.j.eod.l.penult. & ā.de peda.iudi.l.ij.

Vbi quis de curiali, uel cohortali alia ue conditione cōueniatur.

Si quis fuerit curialis,id est,officio curiæ uel iudicum obnoxius: uel si fuerit cohortalis,qui duro seruitio arctabatur:uel cuicunque corpori obnoxius,& aufugit ab his, quibus seruire debeat:distinguitur,utrum se dederit armatæ militiæ,an inermi. Si armatæ, conuenietur sub magistro militum:uel si reperiatur in foro alicuius præsidis prouinciæ, præses ille causam debet referre ad magistrū militum,uel ad præfectū prætoris: & hoc est quod dicitur j.eod.l.ulti. Si autem inermi militiæ se dederit, id est,seruitio alterius curiæ,conueniri poterit apud quemlibet iudicem, qui fuerit in locis, ubi deprehensus est:& ita uidetur illud habere locum, Vbi te inuenero,ibi te iudicabo,&c.

Vbi senatores, uel clarissimi, ciuiliter, uel criminaliter conueniantur.

Senatores uel clarissimi si conueniantur ciuiliter, debet fieri conuentio in scriptis: & si degunt Romæ, uel in suburbiis, debent conueniri apud prætorem, uel præfectum urbis,aut magistrum officiorum,quoties ei hoc commisit princeps.Si uero sunt in prouinciis,conueniuntur ibi,ubi larem fouent:aut ubi maiorem partem bonorum possident, & assidue conuersantur.j. eod l.ulti. Si uero criminaliter conueniantur, si quidem conueniendi, non sunt illustres, conueniuntur ibi, ubi crimina sunt admissa, non obstante fori præscriptione:omnem enim huiusmodi honorem reatus excludit j.l.i. Si uero sint illustres, fit distinctio senatorum(licet omnes sint illustres) inter patricios,prætores, præfectos urbis.&c.j.eod.l.penul.

In quibus causis militantes fori præscriptione uti possent.

Omnes etiam principum domestici,& agentes in rebus, uel qualibet alia militia uel dignitate gaudentes, ul'quālibet negotiationem exercēres, super publicis functionibus, uel publicis debitis,apud præsides prouinciarum conueniantur, & exigantur. Excipiuntur autem armata militia præditi, & qui ad rem propriam unius anni componendam commeatum ostenderint se accepisse.ut j.eod.l.i. Militia armata

Vbi causæ fiscales, uel diuinæ domus, hominumq; eius agantur.

Si procurator fisci ꝯueniat a priuato,uel ꝯueniat priuatū, cognoscit de ea cā ꝓcurator cæsaris una cū præside prouinciæ:ut.ā.si aduer.fis.l.ij. & j.eod.l.ad fiscum: Si autem procurator cæsaris agit contra priuatum, uel conueniatur a priuato: procurator fisci de ea causa cognoscet. ā. si aduer. fisc. l.i. Causæ autem hominum diuinæ domus siue sint serui, siue coloni, siue inquilini, siue agant, siue conueniantur in ciuili, uel criminali negotio, audiuntur & examinantur apud præpositum sacri cubiculi, & comitem domorum, uel procuratorem cæsaris.j. eod.l. ulti. &.l.cum aliquid.

Quando licet unicuiq; sine iudice uindicare se, uel publicam deuotionem.

Licet regulariter tradatur, neminē sibi ius dicere posse, uel se uindicare: ut. s. de Iudæis. l. nullus. & ff. quod met. cau. l. extat hic tamen quidam casus ponūtur, in quibus alicui se uindicare permittitur. ut si reperiat quis nocturnum agrorum populatorem, id est, deuastatorem: aut illos, qui in itineribus frequentatis stant in insidiis, eos enim impune quis occidere potest. Item publicam deuotionem permittitur uindicare: ut si quis uelit desertorem militiæ opprimere & si resistet desertor, præcipitur in eo uelox esse supplicium: ut. j. eo. l. ulti.

De inofficioso testamento.

De hoc satis. ff. eo. tit. pag. 28.

De inofficiosis donationibus.

Quia sæpe in fraudem legis excogitantur donationes, ut cesset querela inofficiosi testamenti. ut. j. eo. l. j. ideo de ea. Est aūt Inofficiosa donatio, q̄ p̄ officiū pietatis ē facta. s. quia per eam liberi uel parentes excluduntur a debito bonorum subsidio, uel ex ꝓposito donātis, uel re ipsa. Et cō petit ista querela, siue donator decedat testatus, siue intestatus ut j. eo. l. precibus. Superior autem querela facto tantum testamento competit. Datur autem ista querela omnibus his personis, quibus & superior: nam dicit lex, unam esse istius, & illius querelæ causam, & similem æstimādam, & idem esse ius utriusq; temporibus & moribus: ut. j. l. fi.

De inofficiosis dotibus.

Et ista similis est donationi inofficiosæ, ut. j. eod. l. i. Si ergo mater bona omnia uel pene omnia in filiorū fraudē dederit in dotē ꝓ se, uel forte s̄m Pla. pro filia, uel pro muliere alia, per querelam inofficiosæ dotis fiet reuocatio: ut filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur. ut. j. eod. l. i. licet A zo dicat q̄ ubi mulier pro alia muliere donat dotem, locum habeat quærela inofficiosæ donationis: quia quantum ad donantē non dos est, sed donatio. Inofficiosa dos.

De petitione hæreditatis.

De hoc. ff. eod. tit. dixi, pag. 29

De rei uendicatione.

De hoc. ff. eo. tit. dixi, pag. 30

De usufructu, & habitatione, & ministerio seruorum.

De hoc dixi, ut in propriis titu. pag. 31. & 32.

De seruitutibus & aqua.

Generaliter dicit de seruitutibus, de quibus & nos in proprio tit. ff. Specialiter autem q̄dā dicit de aq̄, de qua nos in titu. de aqua plu. ar. & de aqua quot. & æsti. pag. 136. & 163.

De lege aquilia.

Dixi. ff. eod. tit. pag. 38.

Familiæ erciscundæ.

De hoc satis. ff eo. tit. dixi, pag. 39

Communi diuidundo.

De hoc. ff. eo. tit. dixi, pag. 40

Communia utriusq; iudicii, tam familiæ erciscundæ, q̄ cōi diuidūdo

Et de hoc sub proprio tit. ff. dixi, pag. 40.

Finium

Finium regundorum.

Dixi.ff.eo.tit pag. 39.

De consortibus eiusdem litis.

Cõsortes eiusdẽ litis. Quia communem hæreditatem, uel res alias, uel etiam propter fines distinguẽdos, sæpe contingit plures agere & conueniri ideo ponit de consortibus eiusdẽ litis. In his aũt olim ita erat, quòd si unus ꝯueniretur sine socio suo, patiebatur exceptionem, ne ageret sine eo. Hodie omni submota exceptione & agere & conueniri quilibet sociorum potest, sed & pro sociis potest agere post litem cõtest. contra omnes etiam si constat eum non habere mandatum, dum tamen caueat de rato. Ante litem uero contesta. repelleretur, si certum esset eum non habere mandatum, licet caueret de rato. j.e.l.i.&.ii.

De noxalibus actionibus.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag. 38.

Ad exhibendum.

De hoc ff.eod.tit.dixi, pag 40

De religiosis, & sumptibus funerum, & aleatoribus.

De prima parte diximus ff.eod. tit.pag. 43. De Aleatoribus autem sub proprio titulo, pag.eadẽ.& hic ponitur una noua const.tutio Græca: quam uide.

LIBER IIII.

De rebus creditis, & iureiurando.

Caue tibi, quia in hoc titulo non tractat de prima parte, sed tantum de Iureiurando: sicut & ff.quod cum eo qui. nam non tractat ibi de his, de quibus in rubrica: sed inferiori libro. De materia huius tituli diximus ff.sub propriis titulis satis.

Si certum petatur.

De hoc ff.eod tit.dixi, pag. 44.

De suffragio.

Quia suffragium petitur per certi ꝯditionẽ, ut. j.eo.l i.de qua dicere cœpit: ideo de hoc. Et dicitur proprie Suffragium ipsum patrocinium quod præstat aduocatus. Nam fragor, id est, sonus arborum, inde suffragium sonus ille, qui fit, ut per eum subueniatur alicui: hic autem ponitur improprie, scilicet pro eo, quod datur pro hoc patrocinio. Tractatur enim hic de salario, quod præstatur aduocatis, quando, & per quam actionem peti possit. Suffragium

De prohibita sequestratione pecuniæ.

Ne quis crederet debitorem, qui ex quolibet contractu conuenitur ꝯditione ad pecuniam soluendam cõpellendum, ut faciat. sequestrationẽ pecuniæ: quæ est in lite: ponit de prohibita sequestratione pecuniæ ut nomen pecuniæ ponatur pro specie, uel quantitate quæ est in obligatione: ut j.de constitu. pec. Est autem Sequester ille, apud quem plures eam rem, de qua cõtrouersia est, deposuerunt: dictus ab eo quod occurrenti, & quasi sequenti eos cõmittitur res: ut.ff.de uerb.sig.l. sequester. Sequestratio autem dicitur ipsa separatio rei, uel possessionis. Interim enim cuius res apud sequestrium est, nec possidet actor, nec possidet reus: nisi hoc actum esset in sequestratione, ut custodiæ causa tantum fiat Sequester. Sequestratio

depositio.ff.depō.l.licet.i.responso. & §.i.Si ergo ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescit.Oportet enim debitorem primo conuinci, & sic ad solutionem pulsari.Ex uoluntate autem partium fieri potest, nisi in quatuor casibus,quibus ex necessitate fit sequestratio:de quibus per glo. in.l.i.j eo.

De condictione indebiti.

De hoc ff.eo.tit.dixi.pag.47.

De condictione ob causam datorū.

Hæc condictio congruit cum superiori:utrobiq; enim intuitu causæ rem in alium emitto,neq; res emissa extinguitur:sed hæc futurā causam, illa præteritā respicit.Inde est, quod in illa statim post solutionem nascitur condictio:in hac demum, cum fuerit cessatum,nisi pœnitet. De hoc dixi ff.eo.tit.pag.

De condictione ob turpem causam.

De hoc ff eo.tit.dixi,pag.48.

De condictione furtiua.

De hoc ff.eo.tit.dixi,pag.48.

De condictione ex lege,& sine causa, uel iniusta causa.

Duas generales condictiones ponit,de quibus nos ff.sub propriis tit. diximus pag 48.

De actionibus & obligationibus.

De hoc ff eo.tit.peg.53.54.

Vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant.

Olim tradebatur talis regula. Quod post mortem hæredis aut legatarii legatum relinqui non posset. Sicut non poterat aliquis stipulari, post mortem suam sibi dari:sic non poterat quis promittere, dare post mortem suam : Vnde & tradebatur regula, Vt ab hæredibus, & contra hæredes actio non incipiat Hodie autem regula ista emendata est per hāc l.j.eo.l.i.& Insti.de leg.§ post mortem.Et caue tibi, quia aliter dicitur post mortem incipere actio in stipulatione,& aliter in legato: ut in prædictis alleg.uidere.poteris.

Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore uel mater pro filio conueniatur.

Licet hæres iure successionis pro defuncto cōueniatur,ut.s.tit proxi. non tamen sic est in aliis etiam qui ualde coniuncti uidentur : ut in hoc tit.& seq.Vxor.n.nō ꝯuenit pro marito,etiā si pro eo intercesserit nisi intercesserit in rē suā. j.e.l.i.& ff.ad Vell.l.ij.§.ult. Speciale tamen est in primipilaria sarcina, quam subiuit maritus:ut j.in qui.cau.pig.tac.contra.l.satis. Item maritus pro uxore non conuenitur,nisi solitis modis,si pro ea fideiusserit, uel ei successerit. Item mater pro filio,uel econtra, nō conuenitur. Vnde & traditur regula certissima:Ex alterius contractu neminem obligari:ut.j.eo.l.ult.

Ne filius pro patre,uel pater pro filio emācipato,uel libertus pro patrono,uel seruus pro domino conueniatur.

Putabatur ratione filiationis, uel paternitatis, uel seruitutis aliquem conueniri debere : dicitur tamen in hoc titulo contrarium.

An seruus ex suo facto post manu/missionem teneatur.

Seruus liber factus alius homo uide/tur, ff de solu.l.qui res.§.aream. Ideo dubitabatur, an posset conueniri de eo, quod i seruitute fecit: iuxta quod distinguitur, an contraxit, uel quasi cōtraxit i seruitute: deliquit, uel quasi quod prosequere ut j.eo.d. per totū.

Quando fiscus, uel priuatus, debi/torem sui debitoris exigere po/test, uel conuenire.

Regulariter prohibuit supra, aliū ex contractu alterius conueniri: nūc ponit quasdam exceptiones & in fi/sco, & in priuato. Fiscus autem ratio ne speciali conuenit debitorē sui debi toris: si debitor principalis nō sit sol uendo: uel ex ratione fisci necessario facto liquido prohibentur: uel ex con tractu fiscali debitores pueniant. ff de iure fis l.iij.§.multa &.ō.de condi.ex lege.l.i.de con.fis.debi.l.i.

De actionibus hæreditarijs: alias, de hæred. act.

Superiori tit. dixit, alterum pro al tero conueniri in casu: hic ponit & al terum casum, Et ponit hic diuisionē actionū: quia actionum aliæ sunt hæ reditariæ, aliæ non. Sunt autem hæ/reditariæ, quæ trāseunt ad hæredes, uel contra hæredes. Item quæ ab hæ redibus incipiunt, uel ptra hæredes. ff.de act.& obli.l.hæreditariarū. Abu siue tamen dicitur Hæreditarius de/bitor, non qui debet hæredi, uel hæ/reditati, sꝫ ipse hæres qui ideo debet, ꝙ ipse ē hæres: ut.j.e.l.sub prætextu. Ex delictis defunctorum inquantum hæredes conueniantur.

Actiones hære/ditariæ. Hære/ditarius debitor.

Inquantū hæredes ex cōtractibus defunctorum, uel quasi teneantur, di/xit: nunc inquantum ex delictis: de hoc Insti.de perpe. & temp.§.fin.& in.c.fi.de sepul.

De constituta pecunia.

De hoc satis ff eo.tit.dixi, pag.49

De probationibus.

De hoc dixi.ff.eo tit.pag.75.

De testibus.

Ista est uiua probatio: & ideo tan/quam potior præponitur: de hoc.ff. eo.tit dixi, pag.77

De fide instrumētorū, & amissione eo rū: & de apochis & antapochis fa/ciendis: & de his quæ sine scri/ptura fieri possunt.

Sequitur nūc de probatione mor tuæ uocis, id est, per scripturā. Et de prima parte rubri. dixi.ff.eo.ti. De amissione autē instrumentorum ta/lis traditur regula: Quicunq; contra ctus, etiā sine scriptis fieri potest: In eodem casu si scriptura interueniat, & postea amissa sit, nihilominus suā obtinet firmitatē.j.e.l.i.&.l.sicut &.l.statutū.& l.si solennibus.& l.mi nistris.& ff.eo.l.iure.& de pig.l.con trahitur. Antapocha autem est chiro graphū, quod facit debitor creditori in quo cōfitet se soluisse tantū. Et nō dicit aq ἀντί quod est contra: sed ab ante, quia fit ante apocham: & est inducta ad securitatem creditoris Qui enim nomine alieno possedit, & pensionem soluit, uel creditori suo usuras repræsentauit, ille utitur anta/pocha: ut.j.eo.l.plures apochas. Vbi glo.exponit quid sint Apochæ, & Antapochæ: & habebit.j.in proprio tit. Est etiā sciendū, ꝙ oīs cōtractus si ne scriptura fieri pc test: nisi in quo ca su exigit specialiter scriptura.j.eo.l. cōtractus.& qui sint casus requirētes

Istrorum amissio. Antapocha. Nota

scripturam, ponit gl.in.c.i. extra de censi.lib.vi.

Plus ualere quod agitur, quam quod simulate concipitur.

Simulatio fit fraus legis. Quia per scripturam sæpe aliud fingitur, & simulate scribitur, quam uere agitur, sicq; fraudes sæpe committuntur: constetq; plus ualere ueritatem, quam simulate gestum: ideo ponit hanc rubricam, quæ in uerbis suis satis plana est. Quibus autem modis fit fraus legi, ponit gl.ff.de le. & senatuscon.l.fraus.

De commodato.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag.50.

De pignoratitia actione.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag.50.

De exercitoria, & institoria actione.

De duobus generibus cōtractuum præmittit, ex quibus insolidum tenemur ex alienis contractibus. De his dixi ff.eo.sub ꝓpriis titulis, pag.52.

Quod cū eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur: uel de peculio, seu quod iussu, uel de in rem uerso.

Prima pars rubricæ, est generalis: sequētes tres speciales: & dantur non insolidum hæ actiones, sed quatenus est in peculio, & quatenus est iussum & in rem uersum. De hoc dixi ff.sub propriis titulis, pag.55.

Per quas personas nobis acquiritur.

Acquirit nobis per nosmetipsos & de hoc nulla est hæsitatio. Item per filios in potestate nostra positos, uel constitutos. Item per seruos nostros Item per alienos quos bona fide possidemus, uel in quibus habemus usumfructum, uel usum. De hoc late Insti.eo.tit.per totum.

Ad senatusconsultum Macedonianū.

Qualiter conueniatur pater ex filii contractu dixit: nunc qualiter pater non tenetur cum effectu propter exceptionem Macedoniani beneficii. De hoc dixi ff.eo.tit.pag.54

Ad senatuscōsultum Velleianum.

Sicut filiusfa. & pater habent exceptionem ex superiori senatusconsulto ita & mulier ex hoc senatusconsulto Velleiano. De hoc dixi ff. eod. tit. pag.57.

De non numerata pecunia.

Superioribus senatusconsultis subuenitur ciuiliter & naturaliter obligatis ratione speciali: hic ciuiliter tantū obligatis succurritur ratione naturali iure communi considerato propter pecuniam non numeratam. Dicitur autem duobus modis pecunia non numerata: uel respectu creditoris, qui ꝓprie dr̄ pecuniā numerare debitor ut sibi illa reddat̄: ul' respectu debitoris qui ꝓprie dicit̄ soluere creditori, & improprie dicitur numerare, cum soluit quod debet. Pecunia autem largissime ponitur pro omni re, quam quis numerauit, uel non soluit. ff. de uerb.sig.l.pecuniæ uerbum: Tale est ergo, ac si diceret, de pecunia, uel re nō credita uel nō reddita &c. de hoc plenius Insti.de excep.§. idē iuris est.

Pecunia nō numerata.

Pecunia.

De compensationibus.

De hoc satis ff.eo.tit.dixi pag.57

De usuris.

Qualiter actio perimatur, uel minuatur per exceptionem, supra dixit:

nunc qualiter augeatur:& hoc fit per usuras, de qui quibus satis ff.eod.tit. dixi, pag.74.

De nautico fœnore.

De hoc ff.eo.ti.dixi, pag.75.

Depositi.

De hoc ff.eo.tit dixi, pag.58.

Mandati.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.59.

Si seruus extero se emi mandauerit.

Mãdatũ de emendo ser uo. Specialem casum mandati continet, scilicet cum seruus mandat extero se emi. Et quatuor dicit hæc lex, scilicet, an fuerit utile mandatum. Item an actio detur domino ex uenditione, licet mandatum sit inutile. Item an solutio numorum peculiarium liberet emptorem. Item an agat de ancilla & pretio. In primo dicit nullum esse mandatum. In secundo domino dari actionem ex uenditione. In tertio quod emptor non liberetur. In quarto de utroq; agi non posse.

Pro socio.

Quoniam socius quasi procurator est pro parte, ideo post actionem mandati ponit de societate. De hoc satis ff.eod.tit.dixi, pag.59

De contrahenda emptione, & uenditione.

Sicut societas solo consensu contrahitur, ita & emptio. de hoc ff.eo. tit.dixi, pag.60.

De hæreditate, uel actione uendita.

Nũc de uẽditione rerũ incorporaliũ de hoc ff.eo.tit.dixi, pag.61.

Quæ res uendi non possunt: & qui uendere, uel mercari uetantur.

Nunc specialiter tractat de quibusdam rebus quæ uendi non possunt: uel etiam si possunt, uenduntur tamen certis personis: ut est frumentũ quod exercitui mittitur, prohibetur uenundari j.eo.l pen.& ult. Sericum non debet quis emere a barbaris, præter comitem commerciorum. Item nec aliquis priuatus purpuram distrahere alii priuato, uel fucare, id est, tingere. j.l.i.& ij. Sericũ emere.

Quæ res exportari non debent.

Supra de quarundam rerum uenditione inhibita dixit: nunc ponit de inhibita translatione quarundã rerũ: ecce enim ad barbaricum solũ transferre uinum, uel oleũ, aut aliquod liquamen non dz aliquis Romanus uel causa uendendi, uel causa gustandi: ut sciant barbari qui sunt hostes Romani imperii, qualia sint nostra liquamina: ut.j.eod.l.j.i. Item ferrũ factum, uel infectum, & scuta arcus, & sagittas cuiuscunque generis arma non debet quis in aliquo loco uendere, uel quocunq; titulo concedere barbaris, etiam si tanquam legati ueniant Romã, j.e.l.ult.

De eunuchis.

Eunuchi dicũtur Spadones tantũ, & non castrati: & tales fieri prohibentur in Romano imperio, homines tamen barbari extra fum Romani imperii fieri possunt eunuchi: & facti eunuchi possunt uendi, & quolibet mõ alienari. Si uero facti sunt eunuchi in Romano solo, non poterunt uendi, sed confiscabuntur si dominis cõsentiẽtibus facti fuerint. Et qui fecit eunu Eunuchi. Spadones

chos, capite puniet: ut j. eod. l. i. & .ij.

De patribus qui filios distraxerunt.

De distractione eunuchorum s. dictum est: nunc de distractione filiorū non licet autem patri filium uendere: ut. j. e. l. i. nisi pro necessitate famis: ut tamen quandocunque pretio soluto emptori a filio, uel quocūque alio, restituatur: ut. j. eod. l. ii.

Filius uēdi

De rescindenda uenditione.

Qualiter rescīdatur uenditio, id est, unus altero inuito eam dissoluat, dicit: de hoc ff. eod. titulo dixi, pag. 62

Rescīdere uenditionē

Quādo liceat ab emptiōe discedere.

De hoc dixi ff. de rescindenda uendi. pag. 62.

Si propter publicas pensitationes uēditio fuerit celebrata.

Quia quandoque contrahitur uenditio propter publicam pensitationē non solutam, ut s. de rescinden. uēd. l. si quos. ideo de ea dicit, scilicet quādo rescindatur: quod fit, si non est solēniter facta: ut. j. e. l. ii. Et dicuntur Publicæ pēsitationes annuæ exactiones tributorum, uestium, uel auri, uel argenti quæ a certis personis debebātur fisco. Sed & ea quæ ad uiarum uel pontium refectionem præstanda sunt a possidentibus, Publicæ pensitationes dicuntur: ut. j. eod. l. fin.

Pēsitatiōes publicæ.

Sine censu uel reliquis fundum comparari non posse.

Nemo fundum tributariū emat tali pacto, ne præstet integrum censum, si nihil pro præterito tempore fuerit solutum: uel si quid fuerit solutum, & non præstet reliqua, id est, residua quæ supersunt ad soluendū. Et sic Census in futurum, sed Reliquis in præteritum dicuntur. Item Censum pro toto, Reliquis pro parte quæ soluenda restat. Et est ratio huius constitutionis, quia tributa semper ad possidentibus exiguntur, nedum pro tempore quo possederunt, sed etiam pro præterito. Secus tamen ubi a persecutore uenditur: quia tunc p præterito tēpore non conuenit emptor. j. de cēsibus. l. ultima. §. i.

Cēsus reliq.

De periculo & commodo rei uēditæ

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 63.

De actionibus empti & uenditi.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 64.

Si quis alteri uel sibi sub alterius nomine, uel aliena pecunia emerit.

Quia sæpe quis emit alterius nomine, ut procurator hoc expresso, uel tacito: uel etiam aliena pecunia, & suo nomine: & in utroque casu uerbis collatis in persona propria: uel etiam emit quis alteri, uerbis collatis in persona domini: ideo quid iuris sit in his, ponit hic titulus.

De rebus alienandis uel non alienandis. & de prohita rerum alienatione, uel hypotheca.

Quomodo res propriæ alienari uel uendi possunt dixit: nunc ponit de rebus alienis. Licet enim alienam rem quis posit uendere, non tamen alienare. ff. de uerb. signi. l. alienatum. & de contrah emptio. l. rem alienā. Fallit hoc in casibus, quibus quis alienat, quod non suum est: no. per glo. in. §. creditor. Institu. quib. alien. licet.

De communi rerum alienatione.

Quæcunque dicta sunt de alienis rebus in totum, intelligantur esse dicta de alienis rebus pro parte, quantũ ad partem. Nam etsi socius omniũ bonorum sit, non tamẽ nisi pro parte sua alienat: sʒ nec ꝑ sua pte post litem contest. nisi suo socio uelit alienare. s. com. diuid. l. i.

Rem alienã gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.

Qui gerit rem alienam tanquam tutor, uel curator: uel etiam tãquam procurator, siue publicum, siue priuatum officium, res suas propriasalienare uel pignori obligare potest, uel fisco uel priuato.

De pactis inter emptorẽ & uẽditorẽ.

Pacto rũ diuisio. Quia in uenditionibus uaria apponuntur pacta, ideo de his. Sunt autem pactorum quæ fiunt, inter emptorum, & uenditorem quædam de substantia contractus, ut de augendo uel diminuendo pretio, quedam sunt accidentalia, siue extranea, ut de dando libro exemplaris loco, uel aliquo simili non attingenti uenditioni: puta, ut si uenditor restituat emptori pretium intra certum diem, reddatur ei res: uel emptor præstet ei usuram pretii tardius soluti: uel, ut emptor non faciat monumentum uel Ecclesiam in fundo uendito: ut. j. l. ij. & l. in initio. & l. ulti. Item pactorum quædam fiunt incontinenti: quædã ex interuallo. Item quædã sunt certa, alia sunt obscura, uel ambigua. Itẽ fiũt pacta ut seruus exportetur, uel non: item manumittaτ, uel non. Item ne prostituatur, de quibus j. specialis rubricæ. De pacto legis cõmissoriæ, & de in diem addictione dixi. ff. in propriis titulis. Alia enim pacta accidentalia nomine carent, sed ꝑ motu cõtrahentiũ excogitantur.

Si seruus exportandus ueneat.

Istud est speciale pactum quod in uẽditione apponitur: ut. s. dixi. De hoc etiam, ff. eod. pag. 64.

Si mancipium ita uenierit, ne prostituatur.

Sicut superius pactum gratia uenditoris apponitur, sic & istud gratia serui. Vnde superius potest uenditor remittere: ut. s. eod. l. ij. in fine. hic nõ potest. Et de hoc. ff. de in ius uoc. l. sed & si. §. prostituta. & ff. de contra. emptio. l. si quis. Edictum uero diui Vespasiani locum habet, cum ancillã emptã ne prostituatur alteri uendo, siue simili lege: ut ff. de iu. pa. l. diuus. Edictum Vespesiani.

Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur: uel econtra.

Pro libertatibus repræsentandis, uel manumissionibus faciendis, locũ habent multæ constitutiones, ut est constitutio diui Marci, & Commodi, missa ad Offilium Victorinum. si dono uel uẽdo seruum ut manumittas, uel si pretium do, non pecuniam in specie, ut manumittas seruum tuũ ut. j. eod. l. i. ij. & l. si is qui. & ff. de cõdi. cau. da. l. dedi. §. sed & si tibi & l. si pecuniã. §. j. Itẽ cõstitutio diui Marci, & Commodi in semestribus locũ habet, cũ trado tibi seruũ, ut post tempus sit liber: nec cõprehẽdi factũ manumittẽdi: ut. j. e. l. iij. & de ser. expon. l. ulti. Itẽ cõstitutio diui Seueri, & Antoni. Cõstitutio diui Marci. Cõstitutio Seueri & Antoni.

tonini ad Vrbium Maximus locum habet cum alienus seruus mandat mihi ut eum redimam a domino suo nummis suis, id est, peculiaribus: uel forte meis, sed hoc pacto, ut ipse resti tuat mihi. ff. de iudi. l. nō distinguo.

De edilitiis actionibus.

De actionibus contra uenditores iure ciuili proditis, dixit: nunc sequi- tur de prætoriis, quæ sunt prædicta rum pedissequæ. s. de ue. iur. enuc. l ij. §. q̄rtus. De hoc dixi, ff. e. tit. pag. 72.

De monopolijs, & conuentu negotia torum illicito: uel artificum, ergo laborum, necnon balneato rum prohibitis illicitisq; pactionibus.

Quia uēditores illicitas inuenisse inter se pactiones sicut & artifices, & negotiatores, siue ergo labi: ideo de eis ponit. Dicitur aūt Monopolis, id est singularis negotiatio in ciuitate: a μόνος, quod est unū, & πωλήτης, quod est uenditor, uel polin. quod est uenditio secūdum glo. nostram hic: quasi uno uel certo modo facta nego tiatio, uel uenditio. Inde dicit Biblio pola, id est, uenditor librorum, quem Librarium dicimus. Placen. autem denominauit Monopoliū, a monos, & polis, quod est ciuitas: inde Mono polium, id est, unica negotiatio in ci- uitate: quod accidit, cum inter se pa- ciscuntur, ne aliquem instruant in ar te sua, nisi filios, uel nepotes: uel cum aliquo modo per pactum id facere ni tuntur, ut soli cōmodum alicuius ar tis uel negotiationis faciant. Idem in Balneatoribus, si conueniant ne ali- ter balneent, q̄ ea mercede quam ipsi constituerunt. Idem in Locatoribus rerum, uel operarum suarum: maxi- me scriptoribus, si paciscantur, ne opus ab altero inchoatum alius perfi ciat. Ergo labi dicuntur quidam ope- rarii laborantes in stationibus suis. ab ἔργα, quod est opera, ut dicit Ser. in princ. Geor. & labor.

Monopolis. (margin)

Ergo labi. (margin)

De nundinis & mercatoribus.

De hoc. ff. eod. tit. dixi, pag. 220.

De uectigalibus & cōmissis.

De hoc dixi, ff. de publ. & uect. pa. 136.

Vectigalia noua institui non posse.

Satis clarus est: & ego alias dixi. ff de pub. & uect. pag. 136.

De cōmerciis, & mercatoribus.

In hoc titulo quædā specialia po- nit circa negotiatores pertinentes ad domum principis: ut scilicet nume- rus eorū non extendatur ultra quin- gentos. l. xiij. ut. j. eod. l. pen. Et quæ- dam generalia omnium mercatorū: quale est illud, ne pro mancipiis uel quibuscunq; speciebus, barbaris præ- beant aurum. Item nobiliores natali bus, & honore & patrimonio ditio- res, perniciosum mercimonium exer cere prohibentur: ut inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi, uen dendiq; cōmercium ut. j. eo. l. iij.

Mercatores. Negotiatores. (margin)

De rerum permutatione, & præ- scriptis uerbis actione.

Sequitur de contractibus innomi- natis, inter quos præcipuus est pmu tatio: & postea de præscriptis uerbis. de his diximus ff in p̄priis ti. pa. 66.

De locato & conducto.

De hoc satis. ff. e. tit. dixi, pag. 64.

De iure emphyteutico.

Emphyteusis Latine dicit meliora tio. Ab initio enim sterilia tantum huius contractus specie concedebantur: ut is qui acciperet rem, in meliorem conditionem & statum deduceret, & fertilem redderet: postea tamen ad id deuentum est, ut etiam fertilia, & fructuosissima ualeant emphyteucari. Et dicitur iste cōtractus emphyteuseos, uel emphyteuticus: id est meliorationis. Et consistit in rebus soli tantum. De hoc. C. de sacrosan. eccle. Auten. perpetua. Celebratur scriptura interueniente, & non aliter. j. eod. l. i. de hoc late Insti. de locat. §. adeo.

Emphyteusis

LIBER V.

De sponsalibus, & arris sponsalitiis, & proxeneticis.

DE contractibus rerum supra dixit: nunc de contractibus personarum. Vel, Supra de societate quae contrahitur propter pecuniam quaerendam: nunc de societate coniugali, quae propter prolē lucrandam celebratur: & quia hoc fit per nuptias, quas spōsalia praecedūt. de sponsalibus dixi. ff. eod. tit. Arrae autem si interuenerint, non possunt sponsalia impune solui. Sed si quidem soluerit sponsalia ille qui dedit arras, amittit eas: Si uero ille qui acceperit arras, restituat eas: & illud tantundem de suo, & non plus: nisi specialiter placuerit partibus, ut poenam arrarum extendant in quadruplum. tunc enim eo usq; extendetur, & non ultra. j. eo. mulier. l. responso. &. §. quadrupli. De hoc in. c. gemma. ex de sponsalibus proxeneta autem dicitur, qui implorat uoluntates contrahere uolentium.

Arrarum praestatio

Proxeneta.

De hoc dixi. ff. de Proxene.

Si rector prouinciae, uel ad eū pertinētes, spōsalitias dederint arras.

Nunc ponit in specie de sponsalitiis arris. Si rector prouinciae uel ad eum pertinentes sponsalia dederint, id est sponsalitias arras: sic enim uerbum istud exponitur. j. si nup. ex re. pe. l. i. ad eum autem pertinere intelliguntur non quilibet subiecti, sed filii, nepotes, propinqui ac participes, id est, consiliarii, & domestici: hi ergo omnes nuptias contrahere non possunt cum ea muliere, quae est oriunda de prouincia, uel alias habeat ibi domiciliū. Sponsalia tamē possunt contrahere. ff. de ritu nup. l. si quis. utrum titulus iste hodie habeat locū, ponit per doc. in. c. ij. de secund. nup.

Spōsalitiae arrae.

De donationibus ante nuptias, uel propter nuptias, & de spōsalitiis.

Dixit de praeambulis nuptiarum duobus proxi. tit. sequitur uidere de nuptiis: quas quia donationes praecedunt, de eis praemittit. Et dicitur ante nuptias, & propter nuptias idem. j. eod. l. fin. & fit in recompensationē dotis. Sponsalia uero est simplex donatio, quam sponsus facit sponsae, & econtra: ue. j. eo. l. cum te. & aliis pluribus: de hac in Auten. ut spō. largit. col. viij.

Sponsalia.

De nuptiis.

De hoc dixi, ff. de ri. nup. pag. 79.

De incestis, & inutilibus nuptiis.

Cōtrahentes nuptias sibi uetitas, puniuntur in periculo dotis, & donationis propter nuptias, haec enim cōfiscantur. j. eo. qui contra legum. Sed nec filii sunt legitimi, uel in potesta-

Inutiles nuptiæ. Nepharię. Incestæ. te parentis. Item de bonis suis testari non possunt in extraneos. Et dicuntur large omnes nuptiæ prohibitæ Inutiles. Sed Nephariæ proprie inter ascendentes & descendentes. Incestæ in collaterales uel affines: ut Insti.eo. §.ergo non omnes.&.ff eod. l. quin etiam.&.l.fi.& de adul.l.si adulteriũ. Aliæ quæ aliis rationibus prohibentur simpliciter inutiles dicũtur, quod multis modis contingit, ut not.gl. isti.c.§.sunt & aliæ.

De interdicto matrimonio inter pupillã & tutorem, seu curatorem, liberosq; eorum.

Tutor duces pupillam. Qualiter ratione sanguinis prohibentur nuptiæ dixit: nunc qualiter ratione officii: & est ista prohibitio iuris ciuilis, ne circunscribatur pupilla, uel adulta in re familiari ut.ff. de ri.nup.l libertus.§. senatus. Sed nec ista prohibitio hodie tenet propter. c.ii.de nup.& ibi not.

Si quacunque præditus potestate, uel ad eum pertinentes, ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerit nuptias.

Præses contrahens cum subiecta sibi. Qualiter ratione priuati officij prohibeantur nuptiæ.ã. dictum est: nunc qualiter ratione publici officij auctoritate & utilitate. Nam superior tit.si rector prouin.loquitur de spõsalibus: hic loquitur de nuptijs eorum qui prouincias regunt, seu alia quacunque pot.state præditi, cum sibi subiectis nuptias contrahere intẽdit: & hæc prohibitio hodie locum non habet.ut in.c.ij.de secund.nup.

Si nuptiæ ex rescripto petantur.

Petuntur ex rescripto nuptiæ quandoque iure uetitæ quandoq; permissæ: & quidem si sint uetitæ uel iure naturali, uel gentium, uel ciuili: etiam propter affinitatem, uel cognationẽ indultæ non ualent. Nam rei cuiusliber, cuius est denegata petitio, non proficit indultum.j. eod.l.ulti.&.ã. de incest. nup.l.fi. & imponitur pœna.ut.j.eo.l.i. Si uero sint uetitæ de iure ciuili propter pecuniarium damnum uitandum, tenet indultum: ut ã.tit.iij.l.si tutor. Si uero nuptiæ permissæ sint, siquidem impetrantur ad remissionem infamiæ, quia mulier nimis cito festinauit nubere, puta intra tempus luctus, tenet rescriptum: ut.j.ad Tertul.l.si qui. Idem si impetret nuptias ad retentionem prioris dignitatis.ff.de secund.nup.l.nuptialias ad alia superuacuum est rescriptum ad quæ iure communi competunt: l.i.j.de thesau.lib.x.

De secundis nuptijs.

Dicit de primis, nunc de secundis nuptiis: & dicuntur Secundæ omnes ulteriores post primas. Et dic quòd contrahuntur eodem modo: sed multa conceduntur primis, quæ nõ secundo contrahentibus dãtur. Nam puniuntur secũdo nubentes, propter duo: primo propter nimiam festinationem, quæ in uxoribus tantum punitur nubentibus intra annum continuum a morte mariti computandum: ad cuius luctum remissio tristiori habitu annus est statutus.ff.de his qui not.infa.l.genero.i. respõso. &.§.sed cum tempus.&.ã.de his qui not.infa.l.decreto. Et punitur hæc festinantia propter duo: scilicet, propter

turbationem sanguinis.ff. de his qui not.infa.l.liberorum. §.si talis.in fi. uel ne de prole dubitet:ut.j.de repud. l.consensu. §. q si praeter. Item ne quam praestet malignae suspicionis causam etiam ad uirum secundum, eo q uelociter ad nuptias festinauit: ut in Auten.de resti & ea quae par.§. unum.Secundo punitur secundo nubens propter non seruatam filiorum affectionem.l.hac edictali.j.eod.

Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquit.

De poenis secundo nubentium dixit generaliter:nūc specialiter in uno casu, qualiter puniatur secundo nubens circa usumfructum a moriente coniuge sibi relictum qui secundum iura.C.ilico amittit usumfructum si liberos habet Sed per autenticā non amittit:nisi legem eam acceperit,ut ex secundis nuptijs interiret.in Autē. de nup.§.de augmentis.&.§.sed haec quidem.

De dotis promissione, uel nuda pollicitatione.

Pa-ctio. Pro-mis-sio. Polli-cita-tio. Quia nuptiarum gratia uel primarum uel secundarum, & propter matrimoniorum onera grauia, saepissime dos tribuitur: sed dos incipit quādoque a pactione, & pactio fit alias per promissionem, alias per nudam pollicitationem:fit autem promissio per stipulationē,& quandoq; etiam sine praecedenti interrogatione.Sed pollicitatio nihil aliud est q̄ solius offerentis promissio: ut. ff.de edi edicto.l.faciendum.

De iure dotium.

De hoc dixi.ff.eo.tit.pag. 79

De rei uxoriae actione in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus praestita.

Sicut in quouis alio cōtractu tria considerantur principaliter, scilicet conuentio, obligatio,& actio:ut no. Instit.de act. super rubro.sic in dote: Ideoq; primo conuentionem in tit. de dotis promiss.Secundo obligationem.§.tit.i.nunc ponit actionem:sic enim naturaliter debet disponi.Et dabantur olim duae actiones tam uiro pro petenda, q̄ uxori pro repetenda dote, scilicet ex stipulatu, & rei uxoriae.Sed secunda hic tollitur,& datur omne quod in ea utile erat actioni ex stipulatu quam imperator reseruat: ut dicit glo. hic super rubro. de hoc Institu.de act §.fuerat.

De pactis conuentis tam super dote, q̄ super donatione propter nuptias, & paraphernis.

Quia pacta certa super dote & donatione propter nuptias apponuntur,ideo de his dicit. Et de Paraphernis:quod dicitur a παρὰ, quod est iuxta, & φερνὴ id est dos:quasi iuxta dotem: quod scilicet uxor praeter dotem secum ducit:ut &.ff.de iure dot.l.si ego.§.dotis. &.s. de don. ante nup.l.fi.in princ.de hoc.ff.cod. tit.dixi,pag.80 Para-pher-na.

De dote cauta non numerata.

Quandoque inuenitur dos cauta a marito,qui confessus est eam sibi numeratam,uel traditam, cum non sit numerata.s.ab uxore.uel dic,de dote cauta a muliere, uel eius patre, in instrumento dotali,& nō numerata, id est non soluta: Vel tertio dic q ante confessionem dotalis instrumenti confessus fuit sibi solutum excipit

intra.xxx.dies.Si autem post, nullo tempore excipit.ꝯ.de non nu. pec.l. in contractibus. §.i.Sed hodie seruatur Auten.quod locum.j.eo.

De donationibus inter uirum & uxorem,& a parentibus in liberos factis,& ratihabitione.

De donationibus propter nuptias dixit: nunc de simplicibus, quæ in matrimonio non ualent,nisi fiant ratæ per confirmationem mortis, uel aliam:de hoc.ff.eod.tit.dixi pag. 80

De repudiis,& iudicio de moribus sublato.

Iudiciũ de moribus. Omne quod ligatur solubile est,in Auten.de nup.§.deinceps.& sic post ligamina matrimoniorum de dissolutione dicit: de hoc diximus. ff. de diuor.Sȝ de iudicio de moribus non restat tractare, quia sublatum est:ut j.eo.l.ult.Et erat secundum Azo.tale ꝙ licet maritus uxori, uel econtra, propter unum malum morem non posset mittere repudium: tamen pluribus coadunatis & coniunctis poterat soluere matrimonium:puta si singulis diebus erat ebria.Item in lecto erat solita stertere,sæpeq; cacabat,uel his similia faciebat.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

De hoc.ff.eod.tit.dixi. pag. 83.

Si dos constante matrimonio soluta fuerit.

Dos redditur. Quia non solum soluto matrimonio redditur dos, ut.ꝯ.tit. proxi.sed etiam durante quandoque: quod aliquãdo fit ex causa necessaria,ut si maritus sit non soluendo, uel uergat ad inopiam,uel cum maritus deportatur & uxor seruat affectionem:ut. ꝯ de rep.l i. Quandoque ex causa probabili ut casibus.ff.de iure do.l. mutus.§.manẽte.&.ff.sol.mat.l.quãuis & in se.Quandoque sine causa,ut in hoc titulo:& tunc quia donatio præsumitur redditur uiro,imo maritus quod soluit repetit inquantum mulier est locupletata.Sed & ipse ad totius dotis solutionem tenetur.

Ne fideiussores,uel mandatores dotium dentur.

Pro dote agitur contra uirum & eius hæredes.ꝯ.tit.ij.l.dotis.non contra fideiussores uel mandatores, qui forte interuenerunt, quia illi non tenentur:prohibetur ergo maritus ne det,& uxor ne petat:ne causa pfidiæ generetur inter eos.Sicut in donatione alias inter eos facta dicitur.ff. de don.inter uir.& uxor.l.i. Fideiussores dotiũ

Rerum amotarum.

De hoc.ff. eod.tit.dixi, pag. 85.

Ne pro dote mulieri bona mariti addicantur.

Mulieri bona mariti mortui iure dominii addici non possunt.Sane si nullo hærede relicto decessit uir,maxime non idoneus ad soluendum,secundum iuris formam consulitur mulieris indemnitati, quatenus successionis patitur modus.j.eod.l.i.scilicet ut postulet se mitti in possessionem bonorum hæreditariorum, sicut & faceret quilibet creditor,&c.

De fundo dotali.

Specialiter de re inæstimata in do

tem tradita dicit:de hoc.ff.eod.titu. dixi,pag.80.

Diuortio facto, apud quem liberi morari,uel educari debeant.

De hoc dixi. ff. ubi pupillus edu. deb.pag.93.

De alendis liberis ac parentibus.

De hoc dixi.ff.de libe.agno.pa.85

De concubinis.

De hoc.ff.eo.tit.dixi, pag.88.

De naturalibus liberis, & matribus eorum:& ex quibus causis iusti efficiantur.

Ex concubinis naturales filij nascũtur:ideo de eis, & eorum matribus: scilicet qui dicantur naturales, & quantum possit eis relinqui uel inter uiuos, uel in ultima uoluntate, aut quoquo titulo dari. Et ex quibus causis naturales efficiantur sui,id est,redigantur in potestatem:est de hoc propria Autent. quib.mod. nat effi. sui col.vij.uel fiant legitimi successores patris,etsi non redigantur in potestatem suam eo uiuente: & de hoc tractatur in alia Autent.quib. mo. nat. effi.:le.col.vj. Nãles liberi

De testamentaria tutela.

Dixit de contractibus, nũc de quasi:uel,Dixit qualiter uiuens pater consulat filio in alendo: nunc qualiter moriens in tutela.de hoc. ff.eod.tit. pag.89

De confirmando tutore.

De hoc.ff.eo.tit. dixi,pag.89.

De legitima tutela.

De hoc. ff. de legitimis tutoribus dixi,pag.89

Qui petant tutores, uel curatores.

De hoc.ff.eod.tit.pag.90.

Vbi petantur tutores, uel curatores

Et de hoc in superiori titulo, qui p.t.tut.uel curator.ff.dixi,pag.90.

De tutoribus, & curatoribus illustrium, uel clarissimarum personarum.

In illustribus & clarissimis pupillis specialia quædam seruantur:scilicet adhibita quadam solennitate, de qua in.l.i.&.ij.j.eo.

Qui dare tutores uel curatores possunt:& qui possunt dari,uel non.

Ista est tutela datiua, id est, de tutoribus per iudices constituendis:de quibus dixi.ff.de tut.& cura.da. ab his,pag.90 Datiua tutela.

Quando mulier officio tutelæ fungatur.

Regulariter mulier non potest esse tutrix,quia hoc officium uirile est.ff. de regu.iur.l.ij.j.eod.l.i. nisi a principe impetrauerit filiorum tutelam.ff. de tut.l.ulti.per codicem tamen impetrare potest a iudice tutelam filiorum legitimorum,& naturalium:uel naturalium tantum, si mater fuerit maior,& impuberi non sit tutor testamẽtarius uel legitimus: uel etiam sit,sed excusetur, uel ut suspectus remoueatur.Sed oportet mulierem iurare & renunciare Velleiano & secundis nup.omniq; alio legitimo auxilio:& suam substantiam filijs supponere:ut.j.eo.l.penul.& ulti. Hodie autem prefertur omnibus tutoribus le- Mulier tutrix

gitimis & datiuis, sed non testamentarijs: de hoc in Autenti. ut sine prohi. ma. de. col. viij. & in Auten. matri. j. eo. quæ est de hære. ab inte. §. ex his. col. ix.

In quibus causis tutorem habenti tutor uel curator dari possit.

Tutor non potest dari habenti tutorem. ista regula fallit certis casibus hic not. quos ponit glo. in Instit. de cura. §. interdum.

De administratione tutorum uel curatorum: & de pecunia pupillari fœnerãda, uel deponẽda.

De prima parte tituli dixi. ff. eod. tit. Debet autem tutor pecuniam pupillarem fœnorare idoneis hominibus, quod si non faciat cum possit nouiter creatus tutor, tenetur ad usuras post sex menses. ff. eo. l. tutor con stitutus. non nouiter creatus tenetur ad usuras post duos mens s: quod spatium, uel laxamentum, nõ tribuitur his, qui nummos impuberum uel adolescentum in usus suos clam conuertunt: hi enim statim tenentur ad usuram centesimam. Si autem palam faciunt, tenentur ad pupillarẽ. ff. eo. l. tutor qui reper. §. usuræ. & l. non existimo. de hoc lege hic Autẽ. nouissime. q̃ ponitur hic in prĩc. tit.

De periculo tutorum & curatorum.

Q uãdo incipiat ad tutorẽ uel curatorẽ ptinere piculũ: dixi. ff. de adm. tut. & habet Insti. de satis. tu. & cura. §. i. Amplius etiã illi q dati sunt noti tiæ causa sustinẽt periculum. j. eo. l. i.

Q uando ex facto tutoris uel curatoris, minores agere, uel pueniri pñt.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 92

Si ex pluribus tutoribus uel curatoribus omnes, uel unus agere pro minore, uel pueniri pñt.

Si plures sunt tutores, etiam unus solus agit, & conuenitur nomine pupilli, nisi sit diuisa administratio: ut dicimus. j. de diui. tu. & dicitur. j. eo. l. i. & l. ij. Q uandoque tamen necesse est omnes tutores consentire, ut cum pupillus datur in adoptionem: ut. j. de ad. emp. l. ult.

Ne tutor uel curator uectigal conducat.

Tutor constitutus prohibetur uectigalia prædia cõducere: ea ratione, quia omnia bona cõducentis a fisco sunt obligata ei. j. in qui cau. pig. tac. cõ. l. i. & prius erant obligata pupillo. ꝫ. de admin. tut. pro officio. sicq; incurrit tutor crimen stellionatus ff. de pig. act. l. tut. §. contrariam. Item incurrit crimen falsi. ff. ad. leg. cor. l. i. §. tutores & j. eo. l. i & est hic titulus exceptio ab illo tit. qui est, ut in al. gerent. non interd. rerum &c.

De tutore, & curatore, q satis nõ dat.

Minoribus cauetur nedum per administrationem & obligationem tutorum & curatorum, sed etiam p satisdationem ipsorum: de qua dixi. ff. de admi. tut. habita tamen distinctione inter testamentarium, & datum ex inquisitione inter legitimum, ut ibi: & habetur Insti. de satisd. tut.

De suspectis tutoribus, uel curatoribus.

De hoc dixi. ff. eo. tit. pag. 92.

De in litem dando tutore uel curatore.

Olim tutor dabatur, hodie curator: ut Institu. de aut. tut. §. f. & ideo

de utroq; dicit. Vel dic correctiue legi: ut curator detur, qui & tutor a tuendo dicitur: non autem sit uere tutor, cum certæ rei tutor non datur. Inst. quib. da. tu. pos. §. certæ. nisi in casu ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. impuberi. de hoc in d. §. fi. Insti. de aut. tut. & j. eo. l. pen. & ult.

De eo qui pro tutore negotia gessit.

De hoc dixi, ff. eo. tit. pag. 91

Si mater indemnitatem promiserit.

Quoniam matres pupillorum sæpe indemnitatem promittunt pupillo de eo, quod sibi debent, uel debebunt tutores: & tunc est intercessio, & iuuatur mulier per Velleianum: sicut dicitur per totum titulum. C. & ff. ad Vell. Si uero indemnitatem promittat de eo, quod pupillus debebit tutori, non est intercessio: quia pro eo apud eundem nemo fideiubere potest. ff. de fideiuss. l. ueteranus. Idemq; est, & si promittat indemnitatem tutoribus de eo quod debent, uel debebunt pupillis. ff. ad Vellei. l. quamuis §. si mulier. Sed nec mater, nec quælibet alia mulier iuuatur, si promittat indemnitatem de eo quod ipsa administrauerit. j. eo. l. quædam.

Si contra matris uoluntatem tutor datus sit.

Datur quandoque in testamento, quandoq; a iudice tutor contra ultimam matris pupilli uoluntatem: in quibus casibus potius arbitrio matris, uel iudicis, quam etiam patris statur: Quia hic sicut & alias, potior est conditio prohibentis. ff. eo. d. l. Sabinus. Datus autem tutor contra uoluntatem matris, sine infamia remouetur: nisi causa præcesserit, quare debebit infamari: ut. j. eod. l. i.

Vt causæ post pubertatē adsit tutor.

Licet tutela pubertate finiatur: ut Insti. quib. mo. tu. fi. in prin. tamen ratione contiguitatis & coniunctionis post pubertatem, quæ ante erant inchoata, tenetur cōformare tutor, puta prouocationem exercere. Si tamen in curatorem non sit trāslata gestio: ut j. e. l. i. & ff. de app. l. tutor. si. Sed admonere debet adultum, ut sibi curatorem petat. ff. de admi. tu. l. ita.

Vbi pupilli educentur.

Plana est differentia inter hūc tit. & illū. C. Diuortio facto ubi pup. quia ibi diuortio solutū erat matrimoniū, hic morte patris: de hoc ff. e. ti. dixi, pa. 93

De alimentis pupillo præstandis.

De hoc dixi ff. ubi pupil. edu. pa. 93

Arbitrium tutelæ.

Arbitrium tutelæ, id est, actio tutelæ, qualis. s. sit quæ arbitraria dicit, quia arbitriū iudicis h3 locū, cū bonæ fidei sit. Et tractat hic de directa actione tutelæ. nā de contraria loquitur j. de contrario iudicio. Et contra solitum morē imponitur hæc rubrica, nō per genitiuū, nec p ablatiuū, sed per accusatiuū. Et dicitur arbitrium tutelæ, subintelligendo, quale sit. De hoc dixi ff. de tut. & ra. distin. Et de contra. & util. pag. 94

De diuidenda tutela, & pro qua parte quisque tutorum conueniatur.

Tutelæ administratio aliquando diuidit inter tutores ab ipsis tutoribus

quandoque a præside, quandoque a defuncto:ut insti.de satisd.tut.per totum.& quomodo quisque teneatur. De hoc dixi.ff.de magi.con.pag.96.

De in litem iurando.

Quia in actione tutelæ ob culpam specialiter iuratur in litem:ut.j.eod.l.alio.quod alias non est: ut.ff.eod.l.siue.&.l.uideamus §.fin. & in l.in actione.§.i.de hoc iuramento dixi.ff.eo.tit.pag.46

De hæredibus tutorum.

Hæredes tutorum non sunt tutores:tenentur tamen in quibusdam quasi tutores puta in inchoatis p defunctum. De hoc dixi.ff.de fide.& no.& hære.tu.pag.96

Si tutor non gesserit.

Tutor datus qui non gessit, si quidem inutiliter fuit datus, non tenetur:ut.ʒ qui da.tu.l.neq;.Si uero datus fuit utiliter tenetur quidem utili actione tutelæ:si non gessit non directa:ut ff.rem pup.sal.fo.l.non quasi.§.illud.& de admin.tut.l.qui post.§.in eum.&.j.eo.l.i.ordo tamen cōsiderandus est quo dixi ff.de magi.con.pag.96.

De usuris pupillaribus.

Pupillares usuræ dicuntur, quas pro conditione suæ personæ potest pupillus stipulari secūdum modum qui est ʒ.de usur.l.eos.

De fideiussoribus tutorum, seu curatorum.

De hoc dixi.ff.eo.tit.pag.96

De contrario iudicio tutelæ.

De hoc dixi.ff. de contra. & utili act.tut.pag.94

De auctoritate præstanda.

De hoc dixi.ff.de aucto.& consensu.pag.91

Quando tutores uel curatores esse desinant.

Tutela finitur pubertate pupillorum;omni capitis diminutione: itē morte tutoris,uel capitis diminutione eius maxima uel media: item existente conditione uel tempore, sub qua, uel ad quod datus est: item ob hoc, quòd tutor remouetur ut suspectus. Cura autem finitur adultis factis maioribus. xxx. ann. Cura enim pupillorum eodem tempore terminatur,quo tutela pupillorum,j.eo l.i.Item finitur cura adultorum finito negotio, uel finita causa ad quam dati sunt. Insti.de aucto.tut.§.ult.de hoc Insti.quib.mo.tu.fi.

De actore a tutore seu curatore dando.

Sæpe cōtingit tutorem uel curatorem uel impedire gerere minorum negotia:& æquum est interim prouidere minoribus. Est ergo Actor ordinādus a tutore uel curatore,& idem dicitur Adiutor. Et constituitur ad gerenda negotia,& ad litem.Institu.de cur.§.ꝙ si.&.j.de app.l.si actor. Adiutor.

De excusationibus tutorum & curatorum, & temporibus eaū.

De hoc dixi ff eo.tit.pag.93.

Si ex falsis allegationibus tutor uel curator excusatus sit.

Si uera excusatione quis excusat tutela, licet iniusta, non tamen postea conuenitur. Si uero sit excusatio falsa

falsa, non prodest sicut & alias lata sententia ex falsis instrumentis uel te stimoniis rescindenda est: ut .j. eo. l. i. &. j. si ex fal. instrumen.

Si tutor reipublicæ cã abesse cperit.

Si tutor uel curator Reip. causa est absfuturus, debet se excusa e a tutela ad tempus: alioqui medii temporis periculo obstringitur. Item oportet eum postulare interim curatorem. ff. de admi. tut l. tutores. §. qui se. & j. eo. l. i. & Inst. de excus. tut. §. itē qui reipub.

De excusatione ueteranorum.

Sicut in aliis, ita & in tutelæ excu satione subuenitur ueterano, cum di/stinctione, de qua ff. de excu. tu. l. sed & milites. §. j. & ij. & Inst. e. §. itē hic.

Q ui numero liberorum se excusant.

De hoc dixi ff. de excu. tut. pag. 93

Q ui morbo se excusant.

Etiam ratione morborum excu/santur tutores: ut surdi, muti, furiosi, perpetua ualetudine laborantes, dixi ff. de excu. tu. pag. 63.

Q ui ætate se excusant.

Maiores lxx. annis excusantur a tu tela, uel cura: ut. j. eo. l. i. Sed in perso/nali publico munere uidetur statui tēpus. lv ann. ut. j. q ætate. l. ul. lib. x.

Q ui numero tutelarum se excusant.

Tria onera tutelæ non affectatæ diuersorum patrimoniorum eousq; præstant excusationē, quatenus du/rant. Instit. de exc. tut. § item tria. dixi. ff. eo.

De curatore furiosi, uel prodigi.

De hoc dixi ff. de cur. fur. & aliis, dand. pag. 97

De prædiis, & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis, uel obligandis.

De hoc dixi ff. de reb. eor. qui sub tu. uel cur. sunt pag. 97.

Q uando decreto opus nō est.

Et de hoc in eodem tit. ff. de reb. eo. qui sub tu. dixi. pag. 97.

Si quis ignorans rem minoris esse si/ne decreto comparauerit.

Emptor huius rei pupillaris sine decreto alienatæ, etsi ignorauerit in comparatione: tamen usucapere in/terim: id est, in minore ætate mino/ris nō poterit. scilicet propter oratio nem diui Seueri, quæ prohibuit alie/nationem: ergo & per consequen/tiam usucapionem: ut ff. de uerb. sig. l. alienationi non prodest ergo bo/na fides. ff. de usucap. l. ubi ad hoc s. de admin. tut. l. lex quæ. Item Iusti nianus prohibet omnes temporales præscriptiones currēr minoribus: ut s. in integ. restit. non est ne. l. ulti. li/cet olim secus dicebatur: ut ff. de ac/qui. rer. do. l. bonæ fidei. post mino/rem uero ætatem curret statim: ut j. eo. l. i. §. ulti. l. fina.

Si maior factus alienationem ratam habuerit.

Si adultus maior factus ratum ha beat expresse uenditionem prædii si/ne decreto in minori ætate uenditi, confirmatur uendito. nisi nesciret se esse deceptum ultra dimidium iusti pretii. j. eo. l. i.

De magistratibus conueniendis.

De hoc ff eo. tit. dixi, pag. 96.

LIBER VI.

De fugitiuis seruis,& libertis, mancipijsq; ciuitatum:& artificibus ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam,& dominicam pertinentibus.

Nunc de actionibus quae ex maleficio nascuntur, puta de furtis, inter quae prius est domesticum: nulla enim efficacior pestis est ad nocendum, quam familiaris inimicus: ut dicit glo in.l.i.ff.ad Sil. Fugitiuus est, qui ea mente recedit a domino, ne postea reuertatur ad eum: licet mutato consilio redeat. Erro est, qui temporibus cōsumptis in rebus nugatoriis: tandem, licet sero, rediit ad dominum. ff. de edil. ed. l. quid sit fugitiuus. i. Responso. &. §. errorem. hic tamen quod non in uno dicitur, id in altero suppletur, & exauditur. ff. eod. l. i. §. ulti. & pen. & ibi dixi. Dicit etiam hic de libertis & mancipijs ciuitatum fugitiuis. nec curatur sit Romanae, uel alterius ciuitatis. j. eod. l. mancipia. & l. penul. Et de artificibus scilicet ciuitatum, licet non sint serui: ut: j. eo. l. fi. Et pertinentibus ad rem priuatam, id est, ad singulorum utilitatem de populo. Et ad rem dominicam, scilicet imperatoris.

Fugitiuus. Erro.

De furtis, & seruo corrupto.

De hoc dixi, ff. sub proprijs titulis, pag. 41. & 181

De operibus libertorum.

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 128

De bonis libertorum, & de iure patronatus.

De hoc dixi ff. eo. tit. & de iure patro. pag. 128

Si in fraudem patroni a libertis alienatio sit facta.

De hoc dixi, ff. si quid in fraudem pat. pag. 122

De obsequiis patrono praestandis.

De hoc dixi, ff. de iure pat. & in tit. de obseq. a lib. & libert. pag. 127

De libertis, & eorum liberis.

Qui puniantur, & qualiter, ob nō praestita obsequia, hoc titulo tractatur.

De iure aureorum anulorum: & de natalibus restituēdis.

Iura patronorum perduntur per restitutionem natalium: & per impetrationem anulorum. De hoc dixi, ff. sub propriis titulis. pag. 140. & seq.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt: & intra quod tēpus.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 21.

Quando non petentium partes petentibus accrescāt.

Quia unus ex his, quibus bonorum possessio defertur, quandoque excluditur, & accrescit aliis, ideo de hoc dixi, ff. eod. tit. pag. 119

De bonorum possessione secundum tabulas.

De hoc dixi, ff. eod. tit. pag. 125

De bonorum possessione contra tab. quam praetor liberis pollicetur.

De hoc dixi, ff. eo. tit. pag. 122

De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis liberisq; eorum datur.

De materia huius tituli diximus satis ff.de bo lib.pag.128

Vnde liberi.

De hoc.ff.eod.tit.dixi,pag.129

Vnde legitimi,& unde cognati.

De hoc.ff.eo.tit.& unde cog.dixi, pag. 130. & dicetur.j.de legiti. hære.

De successorio edicto.

De hoc dixi,ff.eo.tit.pag.131

De Carboniano edicto.

De hoc dixi,ff.eod.tit.pa.124

Vnde uir,& uxor.

De hoc ff.eod.tit.dixi,pag.132

De repudianda bonorum possessione.

Repudians hæreditatē

Illi, cui delata est bonorū possessio, si maior est. xxv. ann. poterit repudiare:minor autem non, nisi tutore auctore ff.de succ.ed. l.i.§.unusquisque.&.§. tutor. & de bono.pos. l.tutor. Et potest repudiari tunc demum bonorum possessio,quādo nō est decreta,uel agnita. Nam nec hæreditas repudiatur postea quam,agnita est:ut.j.de re pu.hære.l.sicut. ff de succes.edic.l.i.§.decretalis. Vno tamen capite repudiato,postea succedere per aliud pōt.ut de succes.ed.dixi,pa.131

De collationibus.

De hoc dixi,ff.de colla.bo.pa.122

De testamento militis.

Post successiones prætorias ponit ciuiles:& primo digniores,scilicet ex testamento militis. De hoc dixi, ff. de mili.test.pag.103.

Qui testamenta facere possunt,uel non.

De hoc dixi,ff.de testa.pag.98.& Institu.qui.nō est permis.fa.testam.

De testamentis, & quemadmodū testamēta ordinantur.

De hoc dixi,ff.eo.tit.pag.98

De hæredibus instituendis: & quæ personæ institui non possunt.

De hoc dixi,ff.eo.tit.pag.100

De institutionibus,& substitutionibus,& restitutionibus sub conditione factis.

Nunc de institutione conditionali,& de conditione in restitutione fideicommissaria, & in substitutione apposita.De hoc dixi,ff. de condi.institu.pag.100. & de condi.& dem. pag.115

De impuberū,& aliis substitutiōnibus

De hoc dixi ff.de uulg.& pup.substit pag.101

De necessariis seruis hæredibus instituendis, uel substituendis.

Necessarius hæres seruus a dn̄o institutus:qui ideo sic appellat,quia siue uelit, oīno post mortē testatoris ptinus liber,& necessarius hæres est, etiā ignorās:ut Inst.de hære. insti.in prin.Fit autē hæres necessarius dn̄o. Item & filio impuberi, cui pupillariter substitutus est.ff.de uulg. subst.l. sed & si plures.§. quos. siue in uno gradu libertas & hæreditas, siue in uno libertas, & in alio hæreditas relinquat:uel in uno testō,uel codicillis libertas, & in alio hæreditas: ut j. eod.l.iiij.

De liberis præteritis, & exhæredatis.

Præterire, est omittere aliquem eo non instituto, uel exhæredato: ut Institu.eod.in princ.dixi,ff.de liber. & posthu. Exhæredare est filium con stituere alienũ a substantia uel hæredi tate sua: siue dicat exhæres, siue dicat alienus a mea substantia esto: ut.j. eod.l.si quis. Exhæredare

De posthumis hæredibus instituen/ dis, uel exhæredãdis, uel præteritis.

De hoc dixi ff.de liber.& posthu. Fit autẽ posthumus quinque modis ut dicit gloss.hic super rubro.

De iure deliberandi, & adeunda uel ac quirenda hæreditate.

De iure deliberandi dicit lex, quod cum antiquioribus.& l.fi.& de adeũ da hæreditate, scilicet ab extraneo. Sui dicuntur se immiscere. institu. de hære.qua.& diff.§.extraneis. Et de acquirenda a quocunque, scilicet uel suo uel extraneo: de hoc dixi, ff.eod. de acqui.hære. Sui.

De repudianda, uel abstinenda hæreditate.

Repudiare hæreditatem, est nolle eam habere: sicut Adire, est uelle eam habere. Hinc est quod ille demum re/ pudiat, qui potest eã adire. ff.de reg. iur.l.eius est nolle.& ff.eod.l.ij & l. is qui hæres.& ibi dixi de hoc.

Quemadmodum testamenta ape/ riantur inspiciant & describantur.

De hoc ff.eod.tit.dixi, pag.105.

De edicto diui Adria.tollendo: & quẽ admodum scripti hæredes in possessionẽ mittantur.

Adita hæreditate, restat ut hæres mittatur in possessionem rerum hæ reditariarum. Et super tali missione tractabat edictum diui Adriani, iniq; tamen: unde ponit hoc, non de seruã do, sed tollendo. Dicebat enim, si scri/ ptus hæres postularet se mitti in pos sessionem: nõ aliter fieret missio, nisi reip.daretur tricesima pars hæredita tis: & multæ erant interpretationes. & distictiones circa edictũ factæ: ho die ergo sublato edicto, fit missio in pos.rerum hæreditariarum: sub di/ stinctione tamen.l.fi.j.eo.tit. Edi/ ctum diui Adria ni.

Si quis aliquem testari prohibuerit aut coegerit.

De hoc dixi ff.eod.tit.pag.106

De his quibus ut indignis auferant hæreditates.& ad senatusconsul tum Syllanianum.

De hoc dixi ff.in propriis titulis pag.106.

De codicillis.

De hoc dixi ff.de iu.codi.pag.107

De legatis.

De hoc dixi in ff.in tribus libris. eod.tit.pag.107.

De uerborum, & rerũ significatione.

De hoc satis ff.eo.tit.dixi.pag.223. hic autem specialiter interpretatio/ nes quarundam rerum ad legata per tinentiũ exponunt, de quibus infra.

Si omissa causa testamenti.

De hoc dixi ff.si quis omi.cau.te/ sta.pag.105.

De indicta uiduitate.& lege Iulia miscella tollenda.

In legando sæpe uiduitas indice/

batur: puta mulieri, uel masculo lego x. ne nubat, nisi arbitratu illius. Et de hac loquebatur lex Iulia miscella: ideo de ea ponit non corroboranda, sed tollenda, quia iniquitatem conti nebat: & hodie remittitur conditio, utpote publicae utilitati contraria: ut ff. de cond. & dem. l. non adiecta. & dicitur Miscella forte, quia Miscelliones appellantur, quae nō sunt certae sententiae, sed uariorū mistorūq; iudiciorum sunt, secundum Festū. Hinc Lex miscella, quae in nubendo propriam sententiam & iudicium denegauit: & incertam, aut uariam, seu mistam alterius uoluntatem sequi debere uoluit. de hoc in l. ambiguitates. j. eod.

Miscella.

De his quae poenae nomine in testamēto, uel codicillis relinquuntur.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 114.

De fideicommissis.

Secundum antiqua iura in multis differebant fideicommissa a legatis: ideo separatim de hoc dixi ff. de le. iij. pag. 108: & ff. ad Trebel. pag. 117.

Communia de legatis & fideicommissis: & de i rē missione tollēda.

Hodie fraternizant legata & fideicommissa, ut dixi ff. de le iij. de in rē missione, & de eius multiplici tractatu, superuacaneum est dicere, cum sublatum sit omnino. Nam is, cui relictum est pure & in specie, si fuerit res testatoris, ab adita haereditate rē poterit uendicare: si fuerit res aliena, personaliter poterit agere.

Si falsa causa adiecta in legato, & fideicommisso fuerit.

De hoc dixi ff. de conditio. & dem. pag. 115.

De his quae sub modo legata, uel fideicommissa relinquuntur.

Modus ascriptus in legatis uel fideicom. pro cōditione habetur: quia utroque non impleto priuatur legatarius legato: ut j. eod. l. i. De hoc ff. de condi. & dem. dixi pag. 115.

De conditionibus insertis tam in legatis, quam fideicommissis, & libertatibus.

De hoc dixi ff. de condi. & dem. pag. 115.

De usuris & fructibus legatorum, & fideicommissorum.

De rebus legatis principaliter dixit, nunc de accessoriis earum: licet autem alias in actione, quae stricti iuris est, usurae non ueniunt, ū. de con dic. inde. l. i. In actione tamen ex testamento, & fructus, & etiam usurae ueniunt: comparatur enim iudiciis bonae fidei: ut ȝ. quib. ex caus. integr. rest. non est ne. l. minorum. Vnde sicut in illis ex qualibet mora ueniūt usurae, ita & in hac: hoc ē ex tēpore interpellationis, cum haeres nullā iustam causam praetendat non faciendae solutionis: ut j. eod. l. i.

Actio ex testamēto.

Ad senatusconsultum Trebellianū: & de incertis personis.

De prima parte dixi, ff. eod. titulo pag. 117. De incertis autem personis dicitur Institu. de lega. §. incertis. gloss. in l. i. C. de sacrosanc. eccl. Cy. & Doct. in l. id quod pauperibus. C. de Episc. & cle. ubi habes quae dicantur incertae personae.

Ad legem falcidiam.

De hoc, ff. eod. tit. dixi, pag. 116

De caducis tollendis.

Olim sæpe legata non solum de/falcabantur, id est diminuebantur, sed etiam quandoque fiebant cadu/ca, id est, omnino inutilia. Et dicitur Caducum, quod deficit post mortem testatoris quacunque ratione: ut. j. eod. l. i. §. & cum triplici. olim tamē deficiebat quibusdam rationibus, qui bus hodie deficit: nam si hæredicas, uel legatum. Nec enim cedebat dies legati, uel hæreditatis nisi ab apertu/ra tabul. nec antea poterat adiri hære ditas, nisi quis esset suus hæres, uel in stitutus insolidum: ut. ş. de iure dot. l. si fratris. & ff. de iur. & fac. ign. l. i. §. ultimo. Hodie uero quandocunque post mortem adiri potest hæreditas, sint uel non sine apertæ tab. unde & dies legatorum cedit a morte testa/toris, non ab adita hæreditate: ut. ff. eod. l. i. §. cum igitur. Aliquando le/gatum a principio est Pro non scri/pto, uel postea est In causa caduci in uita testatoris: uel post mortem in aliqua ratione deficiebat: & id postre mum aperta uoce dicebatur. Cadu/cum: ut. ş. dixi. Pro non scripto est, quod relinquitur ei, qui non est in re/rum natura tempore testamenti. In causa caduci est, quod relinquitur ei, qui est in rerum natura tempore te/stamenti: sed postea decedit uiuen/te testatore: uel deficit legati condi/tio uiuente testatore. Et de his tribus modis caduci tractat hic titulus.

Caducum. Pro non scri/pto. In cā cadu/ci.

De his qui ante apertas tabulas hæ/reditatem transmittunt.

Ponit quasdam personas, in qui bus relicta non fiunt caduca: scilicet in personis liberorum. Tales enim etiam si ante apertas tabul. uel ante aditam hæreditatem decedant, nihi/lominus transmittunt ad successo/res: ut. ş. titul. proxi. §. in nouissimo. Hinc Iuuenalis de quodam qui filios obtinuit: Legatum omne capis, (in/quit) necnon & dulce caducum.

Quando dies legati, uel fidei/commissi cedit.

De duplici cessione hic dicit, scili/cet quando peti possit: ut. j. eod. l. i. & ex quo tempore transmittitur. De hoc. ş. de caduc. tollend. dixi, ff. eod. tit. pag. 118

Vt in possessionem legatorum uel fideicommissorum seruando/rum causa mittatur, & quando satisdari debeat.

De hoc dixi ff. eod. titu. & in titu. ut lega. & fide. no. ca. pag. 119

De suis & legitimis liberis: & ex filia nepotibus ab intesta to uenientibus.

De hoc dixi, ff. eod. tit pag. 134

Ad senatusconsultum Ter/tullianum.

De hoc ff. eod tit. dixi, pag. 134

Ad senatusconsultum Or ficianum.

De hoc dixi, ff. ad Tertul. pag. 134

De legitimis hæredibus,

Nunc de collateralibus, siue ex late re descentibus. de hoc dixi. ff. unde agna. pag. 130

Communia de successionibus.

Post successionem ab intestato & ex testamento succedentium ponit quædam communia earum successionum, quæ sunt ab intestato: qualis est illa. j. eod. l. Seruus successores habere non potest. Item illa, affinitatis iure nulla successio permittitur. Vnde uitricus nõ succedit priuigno. nec econtra. j. eod. l. uitricus. & l. affinitatis. Item illa, Antequam scriptus hæres repudiet hæreditatem, uel aliqua ratione amittat facultatem quærendi eam, in testamento nemo succedit. ff. de reg. iur. l. quãdiu. & j. eod. l. antequam. Item illa j. eod. Nutritoribus hoc nomine nec ciuili nec honorario iure defertur hæreditas. Item illa, Quæ prior est in gradu, prior est in successione. j. eod. l. auunculo. de qua Institut. de serui. cog. §. repetitis.

De bonis maternis.

Incipit tractare quid iuris nobis competat in bonis uiuentium: uel quia specialia quædam seruantur in successione delata filiis a linea materna: ideo de ea successione specialiter dicit. Nam non quæritur patri sicut aliæ successiones ei delatæ secundum hæc tempora ante Iustinianũ: ut dicit hic glos. bona materna

De bonis quæ liberis in potestate constitutis ex matrimonio, uel aliter acquiruntur, & eorum administratione.

Generalior est iste titulus quàm superior de delatis a linea materna: hic generaliter de delatis undecunque ueniant, uel ex quacunque causa obuenientia: & de administratione patri in talibus competente. de hoc Institu. per quas person. nob. acqui. §. i. & ff de usu. l. cum fideicommissi. §. cum Pollidius. Nam distinguitur inter castrense, & quasi. De hoc dixi, ã. de castrensi pec.

De hæreditatibus decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum, & fabricensium.

Licet iure communi deficiente omni cognatione primus coniunx, deinde fiscus succedat: nisi in casu, ut. ã. unde uir & uxor. l. i. & de sec. nupt. l. i. hic tamen post coniugem non uenit fiscus. sed hi, de quorum corpore, uel collegio fuerat is, qui decessit: siue erat Nauicularius: ut. j. eod. l. i. Et dicuntur Nauicularii, qui habent societatem in nauibus faciendis, & reparandis: uel qui in nauibus blada ducunt: qui priuilegia habent multa ff. de iur. immu. l. semper. §. negotiatores. Siue erat Cohortalis, siue Curialis: ut j. eod. l. iiij. Siue erat Fabricensis, qui erant deputati armis faciendis, & reparandis, & uendendis: & isti etiam deputati dicebantur: ut in Autenti. de. arb. Et habet ista locum quando inter fiscuȝ & corpus erãt controuersiæ: puta qa uxor non supererat uel repudiauerat; si tamen superesset uxor omnibus præfertur. j. de bon. uac. l. i. Nauicularius. Cohortalis. Fabricẽsis.

LIBER VII.

De uindicta libertate, & apud concilium manumissione.

Coniunctio Et, in hoc titulo ponitur expositiue pro, id est: De hoc dixi ff. de manu. uindic. pag. 138.

De testamentaria manumissione.

De hoc dixi. ff. eo. pag. 139

De lege fusia canina tollenda.

Ista lex impediebat libertates: quia ea cautum erat, neminem in testamento suo totam familiam, uel ultra certum numerum manumittere posse: sed inter uiuos bene poterat manumittere omnes seruos: hodie quod conceditur, inter uiuos conceditur, multo magis in ultima uoluntate. j. eod. & Institu. eod.

De fideicommissariis libertatibus.

De hoc. ff. eo. tit. dixi, pag. 139

De dedititia libertate tollenda.

Dedititij erant, qui sine conditione dedebant se Romanis: & quandiu uiuebant serui erant: post mortem uero in libertatem eripiebantur: ut Inst. de lib. §. fi. Et ideo non dicebantur serui: quia successionem habent, & omnino libertatem sperabant: uel uerius liberi erant, sed seruire tenebantur. Sicut & alias. j. com. de manu. l. i. §. finautem.

De Latina libertate tollenda & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Latini Et haec Latina libertas tollitur. Et dicuntur Latini, qui toto tempore uitae suae erant liberi, sed in morte eripiebatur in seruitutem: & sic non habebant haeredem: ut Insti. de succes. lib. §. fi. Et sunt hic. xij. uel. xiij. casus in quibus olim fiebant Latini: hodie autem per legem istam fiunt ciues Romani & uere liberi. In omnibus autem, exceptis tribus, seruatur ius patronatus illaesum.

De seruo communi manumisso.

Cōis seru' ma nu mis fus. Olim non poterat unus ex dominis seruum manumittere: imo pars manumittentis accrescebat socio: ut Insti. de don. §. erat. Hodie autem licet uni dominorum manumittere seruū communem, & inter uiuos & in ultima uoluntate: ut. j. eo. l. i. j. respōso.

De seruo pignori dato manumisso.

Seru' pigno ri da tus. Seruus pignori datus, si est obligatus generaliter, puta obligauit oīa bona sua, siue expressim sit obligatus, si ue tacite, potest manumitti: nisi sit a creditore praeclusus loco pignoris: uel si is debitor manumittat in fraudem creditoris, cum sciat se non esse soluendo: ut. j. eod. l. ij. & iij ex quib' cau. pig. ta. con. l. pe. Si seruus est specialiter obligatus, non potest manumitti, nisi uolente creditore: sed tamē ipse manumissor reuocare manumissionem non potest. j. l. iij. & iiij.

De seruis Reipub. manumittendis.

Seruꝰ Reip. Seruum Reipub. Romanorum, uel cuiuscunque ciuitatis aut uniuersitatis potest manumitti, dūmodo aliū seruum uice uel loco sui det Reipub. Et talis manumissio non mutatur: licet is fugerit quem pro se dederat: nisi aliquis titulus interuenerit iure communi, id est, causa propter quas

reuocetur in seruitutem solitis mo/dis.j.eo.l.i.ij.&.iij.

De his qui a non domino ma/numissi sunt.

Non dñi non ma/nu/mit tūt.

Qui non est dominus, nullate/nus potest manumittere:adeo ut nec tutor,uel curator, uel etiā pater eius, qui dominus est serui, manumittere possint.ff.de manu.l.seruus. &.j.eo. l.si pater.Ita nec procurator domini manumittit,nisi in casu.j.cō.de ma/nu.l.i.§.ulti.

Qui manumittere non possunt: & ne in fraudem creditorum.

De hoc dixi.ff.eo.tit. pag.140

Qui non possunt ad liberta/tem peruenire.

De hoc dixi.ff.eo.qui.ad liber.pro cla.non licet,pag.142.

Ex quibus causis serui pro præmio libertatem accipiunt.

Serui quandoque fiunt liberi per beneficium legis,& iudicis sententiā, & suam strenuitatem: ut sunt serui qui tulerunt uirginum raptores,mo n/tæ falsatores, militiæ desertores, dominorum propriorum interfecto res.His enim quatuor casibus per sen tentiam præsidis libertate donandi sunt:ut tamen istorum seruorum do mini pretium,a fisco percipiant.j.e. l.ij iij.&.iiij.&.j.unde ui.l. meminer/rint.

De ingenuis manumissis.

Ille qui est ingenuus, propter ma/numissionem non amittit suam in/genuitatem:Insti.de ingen.§.ulti.oliʒ tamen ingenuus manumissus intra quinquennium poterat se in ingenui tatem repetere: sed hodie perpetuo usque ad finem seculi poterit: ut.§. ubi cau.sta.agi de.l.ulti.

Communia de manumissionibus.

Cōmune est omnium manumis/sionum:quia omnis manumissio est datio libertatis,Insti.de lib.in princ. Item per quēcunque modum proces serit,contingit libertas.Item in æta/te manumissi nulla est differētia:nec in ætate manumittentis.Inst.de lib. §.ulti.&.j.eod.l.ij.dummodo sit ma ior.xx.an.Item omnis manumissio potest fieri a domino, uel domina, uel eius liberis, cuiuscunque gradus, uel sexus.uel suis,uel emancipatis:ut j.eo.l.i.§.ulti.

De liberali causa.

De hoc dixi,ff.eo.tit.pag.141

De assertione tollenda.

Asser/tores

Liberalis causa olim per quosdam qui Assertores dicebantur (eo quod asserebant eum liberum qui dicebat seruus)exercebatur quod quia uanuʒ & friuolum erat. ideo tractat de ea, non ponenda, sed tollenda.Et statui/tur ut liberalem causam quis per se, uel procuratorem agat.

Quibus ad libertatē proclamare nō licet:& de rebus eoruʒ qui ad liber tatem proclamare prohibētur.

De prima parte dixi,ff.e.ti.pa.40 De rebus autem eorum, qui ad liber/tatem proclamare prohibētur,serua distinctionem.l.ulti.j.eo.

De ordine cognitionum.

Ordo cogno scēda/rum q̄stio/

Quia cum quæstione status con currit quandoque alia quæstio:& du bitabatur,de qua prius sit cognoscen dum,uel pronuntianduʒ:ideo ponit

de ordine cognitionum, scilicet liberalium tantum: de hoc Insti. de act. §. praeiudiciales. Sed supra de ordine iudiciorũ generalior tradit doctrina, de ordine cãrũ oĩum liberaliũ & non liberalium: Hic autem titulus specialis est, pp libertatis querelas inductus.

De collusione detegenda.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 143.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quaeratur.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 142.

De longi tẽporis praescriptione, quae pro libertate, & non aduersus libertatem opponitur.

Liber tatis prae scriptio. De praescriptione, quae tuetur statum defuncti, dixit: nunc de ea quae statum uiui tuetur. Si igitur quis fuerit in possessione libertatis per. xx. an. & sine interpellatione, ammodo conueniri non potest: ut. j. per totũ.

De peculio eius, qui libertatẽ meruit.

Pecu. manumissi. Dixit de persona patiente quaestionem status: nunc de eius peculio ponit, scilicet uiui. Manumisso enim inter uiuos uidetur concessum esse peculium hoc ipso, quod non admiitit, nisi in quibus casibus manumissio facta inter uiuos pinde habetur, hac si facta esset in codicillis: ut. ŝ. de Lat. lib. tol. §. sancimus. &. §. sed & si quis. Si autem quis manumittitur in ultima uoluntate, remanet peculium penes successores manumittentis nisi specialiter fuerit datum manumisso.

De senatusconsulto Claudiano tollendo.

Claudianũ Senatusconsultum Claudianum loquebatur contra libertatem, ideo tollendum fuit: erat enim olim per uniuersitatem miserabilis acquisitio, & miserabilior libertatis amissio ex senatusconsul. Clau. Mulier enim libera seruili amore capta, si ei denuntiatũ fuerat a domino, ne commisceretur seruo suo, & iudex super eo admonuisset eam, nec ipsa acquiesceret suã substantiam perdebat, & libertatem amittebat, & fiebat ancilla domini denuntiantis. j. l. i. & Insti. eo. tit. senatuscõsul.

De nudo iure quiritum tollendo.

Sicut triplex distinctio erat in libertate, ut dixi. ŝ. de dedi. lib. & de la. lib. tol. ita & in seruis, ut in quibusdã plenum, in quibusdam semiplenum, in quibusdam nudum, id est, sine aliqua utilitate haberẽt dominiũ: quod tollit haec lex, & omnes sunt plene domini: ut hic in fi. & Insti. de iur. perso. in fi. Nudũ ius quiritum.

De usucapione pro emptore, uel transactione.

Explicito tractatu de iure agendi, quod proditum est ad impugnandum: nunc de iure quod competit ad defendendum. Sed quia reus se defendit per exceptionem, siue longi aut lõgissimi temporis praescriptionem, & per usucapionem, quae & ipsa qualem qualem & de facto parit exceptionem, ut. ŝ. de iur. do. l. in rebus. Sed quia usucapio dignior est, & fauorabilior praescriptione, ideo primo de ea. De materia huius tituli dixi ff. eodem tit. pag. 145. Praescriptio. Vsucapio.

De usucapione pro donato.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 147.

De usucapione pro dote.

De hoc dixi ff.eo ti.pag.148.

De usucapione pro hærede.

De hoc dixi.ff.eo.tit.pag.146.

Communia de usucapionibus.

Vsucapionum communia hæc sunt, scilicet quod quis p suo possideat: nam qui ex conducto possidet quamuis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere: neq; enim colono uel conductori longæ possessionis præscriptio quæritur. j.eo.l.i. Item ut bona fides assit, alioqui non procedit. j eo.l.ult. Item ut res non sit uitiosa. j.eo.l. pen. &c.

Vsucapionū cōia.

De usucapione transformanda, & de sublata rerum differentia mancipi, & nec mancipi.

Ex diuersitate locorum diuersa iura in usucapionem statuebantur: utpote cum res mobiles in prouincia non poterant usucapi, & ideo dicebantur Nec mancipi. In Italia uero præscribebantur res solo biennio, & ideo dicebantur Mancipi, quia poterant usucapi. Mancipes autem dicuntur alias conductores salis: ut s.de uect.& commis.l.si quis. Res autem mobiles anno ubiq; uno usucapiebantur: hodie autem uisum est nouā usucapioni formam tribuere: ut sic dicamus de usucapione transformāda, & de sublata rerum diff.man.& nec man.id est, idem ius est Italicarū & prouincialium usucapionum quātum ad tempus, & quantum ad dominii trāslationem: ut j.eo.in prin. & in fi.& Insti.eo.in prin.

Nec mancipi. Mancipi. Mancipes.

De acquirenda, & retinenda possessione.

De hoc dixi ff.eo tit.pag.144.

De præscriptione longi temporis decem, uel uiginti annorum.

Ex possessione cum tit. prouenit præscriptio, ideo de ea. Et tractatur hic de præscriptione rerum immobilium, & incorporalium. Sed quia in eis nedum longissimum, sed & longa præscriptio sibi uendicat locum. Quid sit Præscriptio, dixi ff.de except.seu præscrip.pag.170.de materia huius tit.ponitur Insti.de usucap.§.i.

In quibus causis cessat longi temporis præscriptio.

Quando locum habet præscriptio longi temporis, s.posuit, nunc quādo cesset: & quidem cessat propter personam eius, cuius est res: ut olim si fuerat pupillus, uel hodie etiā si fuerit adultus, minor tamen xxv. ann.s.in quib.cau. in inte.rest.non est ne.l.ult. præscriptio autem xxx. ann.bene currit minori, nisi sit impubes, licet possit restitui.j.de præscrip. xxx.ann.l.sicut. Sed etiam præscriptio quinquennalis, q tuef statū defuncti currit minori, nec restituitur s.ne de sta.defun.l.si mater. Item in dote cauta & non numerata quandoq; currit minori & restituitur, quādoque non.s.de temp in inte.resti. Auten.si minor. Item cessat præscriptio propter qualitatem rei, ut si fuerit sacro sancta, publica, populi Romani, & ciuitatis. ff. de usucap.l. usucapio. Idem in omnibus rebus uitiosis, uel quasi. Idem in rebus mobilibus. j. eo. l. ij. Item cessat propter causam: ut si quis non

Præscriptio qn cessat.

possideat, uel mala fide possideat. Itē in omnibus actionibus personalibus ꝭ tit. proxi. l. neque. Item in omnibus mistis actionibus. ꝭ eo. l. unus. nisi in hæreditatis petitione, cum excedit terminos suos: ut. ꝭ. de usucap. pro emp. notatur.

Quibus non obiicitur longi temporis præscriptio.

Quandoque etsi uere cucurrerit præscriptio, tamen effectu caret: hoc autem accidit propter iustam, & probabilem, & necessariam absentiam personæ quæ petit restitutionē eius temporis, quod in usucapione cucurrit se absente. Et seruatur hæc in militibus, & uxoribus militum, in expedi tione occupatis, & in medicis, & in absentibus Reip. causa, uel in captis ab hostibus, & postliminio reuersis uel in absentibus fortuito casu. ꝭ eo. l. i. ij. iij. & iiij.

Si aduersus creditorem.

Præscriptio ꝯtra actionē in rem. Qualiter præscribatur rei uendicationi gratia dominij competenti, dictum est: nunc qualiter præscribatur actioni in rem, competenti gratia iuris quod quis habet in re: puta creditor habet hypothecariam actionem, quomodo contra talem præscribatur. Nam diuturnum creditoris silentium, id est, decem annorum inter præsentes, & xx. inter absentes, inefficacem quo ad effectum actionem pignoris persequendi constituit. ꝭ e. l. i.

De quadriennii præscriptione.

De præscriptione quæ tuetur emptorem dixit: nunc de ea, quæ uenditorem, scilicet fiscum qui rem alienā uendit ut suam, & de ea quæ datur aduersus eum. Et habet locum quadriennii præscriptio in bonis uacantibus, facta computatione quadriennii ex quo cœperunt esse bona uacantia, & denuntiatum est fisco bona esse uacantia, &c. de hoc. ff. de diuersis & tempor. præs. l. intra. §. quadriennii. & de iur. fis. l. i. §. diuus. & Instit. de usucap. §. res.

Ne rei domenicæ, uel templorū uendicatio, tēporis exceptione submoueatur.

Non solum in prædictis causis cessat præscriptio longi temporis, sed etiam in alijs, puta si res sit dominica, id est, principis: uel etiam Reip. uel templorum: talium enim res mobiles uel immobiles, nulla alienationis specie obstante, nulla longi temporis præscrip. officiente, & omni tēporis diffinitione submota, principi, uel templo, uel Reip. debent restitui. ꝭ eod. l. i. ij. & iij.

De præscriptione. xxx. uel xl. annorum.

Locū hꝫ præscriptio. xxx. an. cum præs. lōgi tpis cessat: qđ accidit ꝑpter multa, & uaria, de quibus dixi. ꝭ. in quib. cau. cess. lon temp. præscri. hæc enim præscriptio non respuit uitia rerum & personarum.

De annali exceptione Italici contractus tollenda: & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus earum.

Quia olim in Italico contractu, & actionibus ex eo competentibus, annalis quædam exceptio obseruabatur, ideo de ea. Et quia circa eam nimiæ difficultates erant, ponit de ea tollenda: utilis enim erat annus, & quidam eum extendebant in decem

nium, alij in quinquennium. j. eod. l.i.j.responso. Ponit etiam de diuersis temporibus, & exceptionibus, & praescriptionibus, de quibus dixi, ff. de excep. & praescrip. & ff. de diuer. & temp. praescrip. pag. 170. & 171

De alluuionibus, & pascuis, & paludibus ad alium statum trãslatis.

Supra qualiter res ciuiliter acquirantur, nunc qualiter naturaliter, ut per alluuionem. Est autem Alluuio latens incrementum, id est, auctio & discretio occulta: nam ita paulatim adiicitur, uel detrahitur, ut intelligere non possis quantum quoquo momento temporis adiiciatur, uel detrahatur, Insti. de re. diui. §. praeterea. De paludibus quoque & pascuis ad meliorem statum translatis, idem dicit scilicet ut separatim debeant nõ censeri, sicut nec illud censebitur, id est, censum praestabit, quod per alluuionem ablatũ est. j. eo. l. ult. §. similiter.

Alluuio.

De sententiis praefectorum praetorio.

Alium modum ciuilis acquisitionis ponit, scilicet per sententiam. Incipit ergo tractare de officio iudicũ, quod praecipue in pronuntiandis sententijs consistit. Et quia praefecti praetorio maiores sunt caeteris magistratibus & iudicibus, ideo de sententijs eorum, & quae sint eorum priuilegia in sententiis, & alibi. Triplici enim gaudent priuilegio & trina specialitate laetant, ut. j. hoc tit. uidere poteris.

Quomodo, & quando iudex debet ferre sententiam praesentibus partibus, uel una absente.

Habita plenissime negotii inquisitione, si quidem uterque, id est, actor & reus fuerint praesentes, qñcunq; intra triennium poterit ferri sententia. l. properandum. j̃ de iudi. uel intra biennium, & sex menses iure autenticorum, in Auten. de litig. §. omne. Si uero neuter eorum fuerit praesens, id est, neque actor, neq; reus nullo tempore fertur sententia. Si uero alteruter eorum fuerit praesens, alter uero absens: si quidem reus tantum est absens, non contrahitur eremodicium (id est, deseri uidetur iudicium) etiam secundum ueteres leges, sed potest procedi ad diffinitiuã sentẽtiam. Actore autem absente, & reo praesente, contrahitur eremodicium per. l. properandum. j. ut per Auten. de liti.

De sententiis ex periculo recitãdis.

Quia sententiae, sicut & medicinae, cum periculo dantur & recipiuntur. Multis itaq; modis sententia est nulla: puta si iudex recitauerit non sedendo. Item si non legerit scriptam. j. eo. l. i. Item si per alium, & non per se recitauit: j. eo. l. ult. in princ. Illa tamen quae desunt sententiae possunt per iudicem suppleri eodem die: scilicet quae pertinent ad consequentiam priorum statutorũ, ut de fructibus, & sumptibus, & si. ff. de re iud. l. Paulus.

Snia nulla.

De sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum.

De hoc dixi. ff. de re iudi. & ponit hic multa uitia, propter quae sententia est nulla.

De sententia quae sine certa quantitate profertur.

Quia quandoque fertur sententia,

sed tamen super incerta quantitate, ideo de ea. Curare autem semper debet iudex, si possibile est, ut certam rei ferat sententiam: ut Insti. de act. §. curare. ubi satis de hoc: & j. eo. l. hæc sententia.

De sententiis quæ pro eo quod interest proferantur.

Quia incerta sæpe fertur sententia circa interesse, cum non sit iudici expeditum in quantum possit uel debeat extēdi interesse: puta cum etiam hodie multi dubitent, in quātū ptendat interesse. Est aūt itertē aliud cōe, aliud conuentum, aliud singulare. Et dicitur Interesse cōuentū pretiū. & de isto nō est hæsitatio: quia illud sicut conuentum est debet præstari, nisi dolus alterius partis intercesserit. Commune interesse est, quod in contractibus & in delictis regulare est ut æstimetur: & in delictis semper, & in contractibus plerunq; æstimatur. ff. ad l. fal. l. pretia. & istud præstandum est solidum. Singulare autem interesse est, quod æstimatione singulari petitur, id est, singulare pretiū rei. de hoc Din. in reg. mora. lib. vi. & Bar. in l. fin. ff. de præto. stip. & Doct. j. eo. l. i.

Inter esse. Cōuē tum. Cōe. Singu lare.

Si a non competenti iudice iudicatū esse dicatur.

Iudex incompetens est (licet in eū consenserim) pluribus modis: uel qa ipse nullam iurisdictionem habebat: ut ā. de iurisd. om. iud. l. cōsensus. uel quia interuenit error in adeundo ipsum, uel compulsus sum in eum cōsentire. Item propter diuersitatem rerum. puta datus est ad certas res, & de aliis pronūtiat. j. eo. l. i.

De pœna iudicis, qui male iudicauit uel eius qui iudicem, uel aduersarium corrumpere curauit.

Pœna iudicis uaria est, secundum qualitatem delicti. Si enim dolo malo iudicauit, uere obligatus est ex maleficio, & tenetur actione in factum, uel de dolo ad omne interesse, & expensas, & ad æstimationem litis. Item fit infamis. j. e. l. ult. Si autem pecunia sit data, uel promissa: tunc dati triplum, promissi duplum a comite priuatarum rerum exigitur & iudex dignitatem uel honorem amittet & hoc in ciuili causa: nam in criminali bonis omnibus confiscatis mittetur in exilium, in Authen. ut liti. iur. §. qui non accepit. & §. si autē. Sunt & aliæ pœnæ, de quibus Insti. de oblig. ex quasi mal. circa prin. & in c. i. de re iud. lib. vi.

Sententiam rescindi non posse.

Multa custodienda in sententiæ prolatione supra diximus, quæ si diligenter fuerint obseruata, ut in hac rubrica continetur, sententia non poterit rescindi, uel ab eo qui iudicauit uel a successore eius j. eod. l. i. nisi solitis modis, ut per appellationē per in integrum restitutionem, per supplicationem, &c. Occasione autem omissæ exceptionis non rescinditur j. eod. l. pe. nisi in casibus quibus licet peremptoriam exceptionē proponere post diffinitiuam, &c.

De fructibus & litis expensis.

Regulariter lite contest. fructuum ratio semper est habenda. Et dicitur Fructus, qui est deductis iustis sumptibus. Item præstatur fructus percepti, & percipiēdi &c. Litis autē expen

Fructus. Expēsæ litis.

fæ olim uictori non præstabantur a uicto, nisi temere uocasset eum in ius ff. de iudi. l. eum quem temere. Hodie autem regulare est, ut uictus uictori condemnetur in expensis, nisi in casibus not. in ea. l. & in c. calumniam. de pœ.

De re iudicata.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 148.

De executione rei iudicatæ.

Parum esset sententiam ferri, nisi lata etiam mandaretur executioni. Mandatur autem sententia executioni, quando seruato ordine iudiciario, & causa cognita, conuicto debitore uel confesso, lata est sententia ab eo, qui habebat potestatem iudicandi: hoc est a iudice cōpetēti. j. e. l. i. & l. si ut proponis. Est autem Executor, qui post sententiam inter partes audita, & discussa omni lite prolatum iudicatæ rei uigorem ad effectum deducere uidetur, j. eod. l. pen. Executor

De usuris rei iudicatæ.

Sæpe contingit pecuniam in sententia deductam elapso legitimo tempore non solui: ideo supponit quæ pœna, & quando imponatur non soluentibus, Maximis enim usuris subiiciuntur, id est, cētesimis, quæ currere incipiunt demum post quatuor menses, a tempore sententiæ cōputādos, si nō fuerit appellatū: aut si appellatū, currūt a die confirmationis primæ sentētiæ: ut j. eod. l. i. & l. eos. Interim autē, id est, in quadrimestri tēpore, nulla omnino currit usura. Maxime usuræ

Si plures una sententia condemnati sunt.

Qualiter fiat executio contra unū damnatum dixi: nunc qualiter si sint plures qui una sententia damnantur: tales enim pro parte debent soluere: & potest ab eis exigi, & contra eos sententia pro uirili portione mandari executioni.

Quibus res iudicata non nocet.

Regulariter traditur in ciuili, & criminali causa sententiā inter alios latam aliis non nocere, uel in eodem negotio, uel in simili: siue hi qui experti sunt ciuiliter suo noīe ptendebant, siue etiam nostro. Sed tamē non præcedente uel sequente uoluntate nostra, etiam si tales erant quibus licebat agere sine mandato: ut j. eod. l. i. iij. & iiij. Snīa inter alios acta.

Comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, auctoritatem rei iudicatæ non habere.

Quod per epistolam præses iussit aliquem soluere pecuniam, effectū non habet sententiæ. j. eo. l. i. Itē subscriptio sententiam causa cognita latam non reuocat uel rescindit. ff. de re iudic. l. quod iussit. & j. eod. l. ea quæ. & l. iudex. Item præsidis interlocutio apud acta signata de duplo, uel quadruplo præstando, nisi debitor satisfaciat, uoluntas est potius comminantis, quam sententia iudicantis: neque enim omnis uox iudicis iudicati continet auctoritatem j. e. l. interlocutio. Item programma non habet uim rei iudicatæ. j. eod. programma. Est autem Programma procedens scriptura ne dicunt, id est, quæ per plures prouincias & loca destinatur. Vel est Progāmma, cū idem Programma.

diuersis traditur libellis, quasi proce- dens gramma, id est, litera: sic enim plerunque in corpore Autē. ponitur: uel secundum Io. ut differat ab epistola, est programma, scriptura publice in albo proposita. §.l.ij.

Si ex falsis instrumentis uel testimonijs iudicatum erit.

Sicut sententia propter omissam solennitatem reuocatur: ut .§. titul. proxi. ita & propter adiunctam falsitatem. ut hic.

De confessis.

De hoc dixi, ff. eo. tit. pag. 149

Res inter alios acta aliis non nocet.

Hic titu. loquitur de iudicatis & actis extra iudicium. Sed. §. quibus res iudi. non noc. loquitur de iudicatis tantum: & quæ ibi dicuntur, hic potes repetere Tradit enim hæc rubrica unam regulam contrariam siue casualem: de hoc in. c. pe. extra de re iudi.

De relationibus.

Quia iudex quandoque dubitans, causam ipsam ante sententiam uel post refert ad principem, uel ad aliuȝ cōsilii causa: ideo de relationibus po- nit: de hoc dixi. ff. de appel. pag. 297

De appellationibus, & consultationibus.

Quia sententia lata fiunt appellationes & cōsultationes: ideo de his subiungit. De app. dixi ff. eod. tit. Con- sultatio aūt ī hoc differt a relatiōe: qa aut iudex refert negotiū ad superiorē uel ad imperatorē, ut instruaf ab eo qualiter in tali causa debeat iudicare, & petit instrui super facti qualitate, (Cōsultatio.) scilicet ut ea principi notificata referebat, quid super ea debeat præsumi, & & talis dicitur Consultatio. Aliquando iudex causam refert superiori, quia uult euitare onus iudicandi, & ista proprie dicitur Relatio. de qua §. tit proxi. (Relatio.)

De temporibus, & reparationibus appellationū, seu consultationum.

Quādo & qualiter fiat appellatio dixit: nunc intra quæ tēpora exerceatur, de hoc dixi ff. quando & intra quæ temp. app. sit. hoc addito, quod hodie unus tantum fatalis, est dies, id est, annus unicus, intra quem debet appellator exequi appellationem secundum se, id est, cum ipse solus est in iudicio: communiter ue, id est, cum est in iudicio cum altera parte: aut si iusta causa intercesserit alius annus indulgetur, & ita erit secūdus fatalis, q̄uo transacto, lite non completa rata manet sentētia: ut in Autē. de his qui ingre ad app. col. v. de hoc in. c. cum sit Romana. de app.

Quando prouocare non est necesse.

De hoc dixi. ff. quæ sen. sine appe l. rescin.

Quorum appellationes recipiuntur.

De hoc dixi ff. a quib. app. non li. & de app. reci. uel non.

Si pendente appellatione mors interueniat.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 213.

De his qui per metum iudicis non appellauerunt.

Supra dixit, quando appellatione facta non examinatur, hic ecōtra, quando non facta habef pro facta

& exa-

& examinatur: puta si quis per metum non appellauerit intellige quod fuerit iustus metus. & talis qui in cōstantem cadere potuit, de hoc j.1o.l. ult. & ff. de reg. iur. l. in oībus. & de appel. l. cum quidam de app. reci. l. antepen.

Si unus ex pluribus appellauerit.

Docuimus supra quomodo appellatio appellanti prosit: nunc exponamus, quomodo per appellationem etiam alii non appellanti appellatio facta proficiat. Nā si in una eademq; cā unus appellauerit, eo q̄ ista appellatio pronuntiata est, ei quoq; prodest, q nō appellauerit. j. e. l. si una. de hoc in c. una sentētia. extra de app.

Appellatio unius pdest alteri.

Si de momentanea possessione appellatum fuerit.

Quando appellatio reiiciatur propter auctoritatem iudicis, dictum est nunc audi quando reiiciatur propter utilitatem ipsius rei de qua lis est: puta si feratur super momentanea possessione, ubi appellatio non admittitur forte quia expectatur plenius examinari negotium in causa proprietatis. Est autem Possessio momētanea si agatur de possessione retinenda per interdictum uti possid. uel utrobi: uel adipiscendae per interdictum quorum bonorum, uel quorum legatorum: uel recuperandi per interdictum unde ui. Est enim apta dura per momentum penes eum q ui uicit. Si enim ille qui succubuit incontinenti probat de proprietate, statim eam recuperabit per sententiam de hoc in c. j. de caus. possess. & propric.

Possessio momentanea

Ne liceat in una eadēq; causa tertio prouocare: nec post duas sentētias iudicū quas diffinitio praefectorū roborauerit, eas retractare.

A sententia appellatur regulariter semel & secundo: sed tertio non, ut dicit. Et quod dicit, Eademq; causa improprie dicit ut patet. ff. de inoffi. test. l. circa. & no. s. de procur. l. ita demum. Sed propter identiatem litigatorum, & rei de qua quaeritur, dicit cā appellationis eadē eē cū prīcipali.

Quotiens appellādū.

Qui bonis cedere possint.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 150.

De bonis auctoritate iudicis possidendis, seu uenundandis: & de separationibus bonorum.

De hi dixi ff sub ppriis. tit. pa. 151.

De priuilegio fisci.

De hoc dixi. ff. de iure fis. sunt & alia multa priuilegia quae hoc tit. colligi possunt.

De priuilegio dotis.

Non solum fiscus sed etiam mulier pro dote priuilegium habet. Et nota quod hic titulus dicit de priuilegio quod habet inter personales actiones. Sed de eo quod habet circa hypothecariā dicit j. q por. l pig. l. fi.

De reuocandis his, quae in fraudem creditorum alienata sunt.

De hoc dixi ff. de his quae in frau. cred. pag. 153.

LIBER VIII.

De interdictis

DE hoc dixi. ff. eo. tit. pag. 153

Quorum bonorum.

De hoc. ff eo. tit. dixi. pa. 155

Expo. Tit. Q

Quorum legatorum.

De hoc ff.eod.tit.dixi,pag.156.

Vnde ui.

De hoc ff.eod.tit dixi,pag.166.

Si per uim, uel alio modo, absentis turbata fuerit possessio.

Dictum est supra de turbata possessione præsentis nunc de possess.absentis. Est autem sciendum,quod absentis possessio quandoque per uim quandoque per rescriptum principis turbatur. Et siquidem turbatur per uim, expulsis his qui detinebant nomine absentis, datur condictio ex lege ista ad recuperandum possessionem. Si autem turbatur per rescriptum imperatoris, uel interlocutionem iudicis non fit ideo innouatio possessionis:quia negotiorum merita partium assertione panduntur: quia per nimiam instantiam literæ impetratæ sunt.j.eod.l.ulti.& extra de in integr.rest.c.tamen ex literis, & de sen. & re iudi.l.cum illius.

Vti possidetis.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.161

De talibus exhibendis.

De hoc ff.eod.tit.dixi,pag.156.

De liberis exhibendis, seu deducendis: & de libero homine exhibendo.

De his dixi,ff.in proprijs tit.pa.168.

De precario, & Saluiano interdicto.

De his dixi,ff.in proprijs tit.pa.166.

De ædificiis priuatis.

Quia per interdicta,de quibus supra,priuata ædificia,defenduntur, & tuentur & restituenda fieri impetrantur:ideo de his dicit, qui possunt uel teneantur ædificare uel reficere priuata ædificia.

De operis noui nuntiatione.

Quidam habent hic super lege,de operis noui,&c.propriam rubricam: sed non est necessaria.Satis enim pertinet hæc lex ad superiorem materiã secundum glo.nostram. Et not.quod hæc nuntiatio fit tribus modis: ut ff.de no.ope.nunc.l. de pupil.§.meminisse.de hoc dixi,ff.eod.pag.155.

De operibus publicis.

Ad extructionem & restaurationẽ pontium,& aquæductuum, & murorũ,oẽs certatim facta operarũ & pecuniarũ collatione concurrere debent. Nec aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis,uel religionis priuilegijs se excusare debebit.j.eod.l. ad portus. & de priuil.aug.do.l.absit.& in Autenti.de eccle.tit.§.ad hæc.

De ratiociniis operum publicorum, & patribus ciuitatum.

Fuerat olim procõsulibus & præsidibus prouinciarum permissum pro discussionibus ratiociniorum publicorum & ciuilium redituum, siliquam unam ex singulis erogandis solidis uendicare. Verum hodie patribus ciuitatum eorum necessitatibus hæc siliqua deputatur.j.eo.l.una.& in Auten.sed hodie.ã.de.episc.& cler. Vbi etiam exponitur,quid sit siliqua. Ciuitatum autẽ patres dici possunt defensores ciuitatum, qui quidem plebi & rusticitati parentis uicẽ exhibẽt ã.de defen.ciui.l.in defensoribus. Siliqua. Ciuitatũ patres

De pignoribus & hypothecis.

De hoc dixi ff.eo.tit pag 67.

In quibus causis pignus tacite contrahatur.

De hoc dixi.ff.eo.tit.pag.68.

Si aliena res pignori data sit.

De hoc dixi.ff.quæ res pig.pa.69

Quæ res pignori obligari possunt. & qualiter,& qñ pignus õbatur.

De hi dixi ff.eo.ti.ff.de pig.pa.69.

Qui potiores in pignore habeãtur.

De hoc dixi.ff.eo.tit.pag.69.

De his qui in priorum creditorum locum succedunt.

De hoc dixi.ff.eo.tit pag.69.

Si antiquior creditor pignus uẽdiderit.

Qualiter in ius prioris creditoris uel per pactum, uel solutionem aliquis succedat, dictum est: nunc qualiter succedat per uenditionem. Antiquiore tamen creditore uendente pignus, sequentes creditores uel debitores pignus aduocare non possunt.j. cod.l.i. in princi. nisi primus creditor uendiderit fideiussori qui tenebatur ei:uel non uendiderit secundo creditori.ff.de distrac.pig.l.ij.& l.cum secundus. §.i.uel nisi creditor primus uendiderit sub eo pacto ut liceat debitori pignus recuperare.ff. de pig.act.l.si cum uenderet.

Si communis res pignori data sit.

Rem quam habet aliquis cũ alio communem,non potest obligare socio inuito, nisi pro portione sua.j. cod.l.i.& ff.pro soc.l.nemo. Fiscus tamen ratione partis rem communem potest in solidum alienare.ut.s. de com.re.alie.l.ij.ergo & multo magis obligare potest.

De prætorio pignore, & ut in actionibus etiam debitorum missio pignoris prætorii præcedat.

Qualiter per cõuentionem pignus constituatur, dictum est: Videamus qualiter constituatur per prætorem, siue per iudicem. Et quidem constitui tur per missionem in possessionem ff.de pig.act.l.nõ est mirum.§.sciendum. Et erit prætorium pignus, si fiat missio ex ea causa, quam prætor iubet fieri: puta ut caueatur pro legatis, uel de damno infecto, uel in operis no. nunti.de opere demoliendo. Iudiciale aũt est, cũ Iudex iubet, mitti in possessionem ex officio suo, ut mãdet executioni diffinitiua sñia Et primo capiunt mobilia, secũdo imobilia, tertio peruenit ad noia. Effectus autem omnis pignoris hic est, ut creditor in eo habeat retentionem & actionem hypothecariam, si ceciderit a possessione culpa sua.j. l.ulti.

Pign⁹ prætoriũ

Iudiciale pign⁹

Si in causa iudicati pignus captũ sit.

Specialiter tractat de eo pignore, quod capitur in causam iudicati, id est, pro iudicato exequendo. Et certe olim post duos mẽses pignus in causam iudicati captum distrahere licebat.ff.de re iudi.l.debitoribus.Sed hodie non, nisi post quatuor menses:ut s.de execu.rei iudi.l.ulti.

Si pignus pignori datum sit.

Non solum a dominis, sed etiam ab ante dominis res obligantur, puta ab his, quibus sunt obligatæ: potest.n.pign⁹ pignori dari & dat actio ex empto secũdo creditori, quatenus id est, quãdiu utraq; pecunia debet. Si ergo utraq; pecunia nõ fuerit debita, qd cõtingit utraq; soluta, uel etiã alte

ra, pignus perimitur. ff. de pig. l. greges. §. pignori.

De partu pignoris, & omni causa.

Sicut locum habet hypothecaria actio pro ancilla obligata, ita etiam locum habet pro partu, & pro omni causa, uel accessione, id est, partu secundo, uel tertio In ancilla tamen distinguitur, concipit apud debitorē, uel apud extraneum, &c.

De remissione pignoris.

Quandoque uoluntate expressa creditoris dissoluitur pignus, ut si creditor remittat pignoris obligationē ff. de pactis. l. si tibi. §. de pignore. Et idem si remittat debitum uel in perpetuum uel ad tempus: nam intra tēpus obstabit exceptio ff. eo. l. soluitur & eo. titu. dixi.

Etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri posse.

Licet soluta pecunia dissoluatur obligatio, & cesset hypothecaria, nō cessat retētio pignoris, sicut præsens rubrica indicat. Ait enim: Etiam ob chirographariam pignus retineri posse: quasi diceret, non solum retinetur propter eam, pro qua est obligatum: sed etiam ob chirographariam, id est, eam quæ debetur sine pignoris obligatione, cuius probatio chirographo continetur: quod si non continetur idem tñ dicendum est, posse retineri pignus, ut dicit hic gl. rub.

De distractione pignoris.

De hoc ff. eo. tit. dixi pag. 71.

Debitorem uenditionem pignoris impedire non posse.

Rubrica satis clara est in se: plane oblatione pecuniæ debitæ cum usuris & creditore non accipiente facta consignatio impedit eius uenditionem. j. eod. l. i. & ij.

Si uendito pignore agatur.

Contingit sæpe, uendito pignore agi, de quo hic titulus tractat, cui cōpetat, & qualis actio, quod prosequere ut in litera.

De luitione pignoris.

Luitio pignoris fit per solutionē uel satisdationem totius debiti ut. j. eod. l. i. & ulti. Est enim luere pignus redimere. Sicut dicimus, luo pœnam, & luo peccatum. nam peccatum soluitur pœna: qui enim crimine tenetur obnoxius eum pœna a pristina liberat obligatione. Seruius super x. Aenei. de hoc dixi ff. quib. mod. pig. uel hyp. sol. pag. 71. Pign' luere.

Si unus ex pluribus hæredibus creditoris, uel debitoris, partem suā debiti soluerit, uel acceperit.

Licet unus ex hæredibus, creditoris partem debiti accipiat, non tamē præiudicatur cæteris, quo minus quilibet hæredum pignus possit in solidum uendicare. j. eod. l. i. & ij. Idē est in hæredibus debitoris, ut non prosit cæteris, uno soluente, quo minus creditor pignus distrahat & insolidū: ut ff. fa. ercisc. l. hæred. §. idē iuris.

Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non sit.

Quæcunque locum habent in exceptione non numeratæ pecuniæ, ubi agitur personali actione ad id petendum, quod non est numeratum eadem quoque hic repetantur, si agat hypothecaria.

De iure dominii impetrando.

Quia creditor pignus ex pacto, uel lege, elapso biennio uendere potest, & fieri potest quod nemo uelit rem comparare, & necessarium est creditori saltem iure dominii eam possidere: consulitur creditori ex quadam benignitate, ut denuntiet debitori post biennium, si pns debitor est, uel si absens est adeat creditor iudicem, & exponat ei denuntiationẽ factam. Ipse etiam iudex per apparitores debet manifestare debitori, si potest, quod creditor uult iure domini pignus possidere: & ei debet statuere tempus, intra quod soluat pecuniam creditori. Non soluta autem pecunia ad tempus, potest creditor adire principẽ, ut ei concedat rem eãdem iure dominii possidere, sicq; habebit eam in suo dominio.

De pactis pignorum, & cõmissoria lege in pignoribus rescindenda.

Licet in uenditionibus seruetur lex commissoria, in pignore tamen non seruatur, ut habes hoc titulo.

De exceptionibus, siue praescriptionibus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 170.

De litigiosis.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 173.

De contrahenda & committenda stipulatione.

De hoc dixi ff. de uer. oblig. pa. 175

De inutilibus stipulationibus.

Inutilis stipulatio. Inutiles dicuntur stipulationes, non ut quandoque nullam afferant utilitatem, sed quia uitiosae sunt, & contra ius interpositae. Quod contingit uel ratione personarum stipulantium & promittentium. Item ratione rerum, id est, omnium quae deducuntur per stipulationem. Item ratione absentiae. & ratione dissensus. Item ratione ineptae conceptionis: de quibus late Insti. eod. tit. explicat.

De duob' reis stipulãdi, et ꝓmittẽdi.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 175.

De fideiussoribus, & mandatoribus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 176.

De nouationibus, & delegationibus.

De hoc dixi. ff. eodem tit. 177

De solutionibus & liberationibus.

Dixi ff. eod. tit. pag. 178

De acceptilationibus.

De hoc ff. eod. tit. dixi pag. 178.

De euictionibus.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 73.

Creditorem euictionem non debere.

Creditor diff. rt ab aliis alienantibus quia si uendit pignus ut creditor non tenetur de euictione, nisi specialiter promittat: quod facere non debet, nisi ex consuetudine, uel quia maiori pretio uendat: alioquin non habet ꝓriaȝ pigno. act. ꝯ debitorem. j. e. l. i. & ij. ff. de pign. act. l. si pignore. §. ultimo. Si autem creditor uendit ut dominus, tenetur de euictione.

De patria potestate.

Patria potestas est ius quoddam, quod habent, qui sunt de imperio Romano, in liberos naturales & legitimos: nulli enim alii homines tale ius habent: Insti. eod. §. ius autem pote-

ſtatis.ubi glo.proſequitur in quibus pa.po.conſiſtat.

De adoptionibus.

De hoc dixi ff.eod.tit.pag.10.

De emancipationibus liberorum.

Dixi ff.de adop.de hoc.pag.10.

De ingratis liberis.

Qualiter exeat filius poteſtatem patris per emancipationem dixit: nunc econtra, qualiter retrahatur in poteſtatem per ingratitudinē dicit.

De captiuis, & poſtliminio, reuerſis, & redemptis ab hoſtibus.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag. 215.

De infantibus expoſitis, liberis & ſeruis: & de his, qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.

Non tantum in captiuis opus pietatis exhibetur, ſed etiaz infantibus expoſitis nutriendis. & quid iuris in talibus quis præſtando alimenta acquirat.

Quæ ſit longa conſuetudo.

Licet rubrica quærat, non tamen ſoluit, quæ dicatur longa conſuetudo. Sed dic ſecundum Ioā. quod decē annorum: ut Inſti. de uſucap. §.i. Ita dicit glo. & Inſti. de iur. nat. §. ex non ſcripto. Quid ſit cōſuetudo dixi. ff. de legib. & long. conſu. pag. 6.

De donationibus.

De hoc. ff eod. tit. dixi, pag. 137.

De donationibus quæ ſub modo, uel conditione, uel ex certo tempore conficiuntur.

Dixit in genere de donationibus, nunc proſequitur p ſpecies. Et ē modus per Vt, conditio p Si, ut dixi. ff. de condi. & dem. pag. 115. Et patet. j. eo. per totum.

De reuocandis donationibus.

Donatio ſemel perfecta, temere reuocari poteſt: Inſti. de donat. §. i. Sunt caſus, in quibus propter ingratitudinem reuocatur, qui cōtinentur his uerſibus, Donator reuocat, atrox iniuria, dandi Lex, necis inſidiæ, manus impia, uel graue damnum. De quo d. §. i. & in c. fi. extra de donat.

De donationibus cauſa mortis.

De hoc ff. eo. tit. pag. 137.

De infirmandis pœnis cælibatus, & orbitatis: & de decima riis ſublatis.

Olim non poterat cauſa mortis donari ei, qui cælebs erat: id eſt, nolebat contrahere matrimoniū: ut qui uxorem non habet, nec uult: ſed caſte uiuere. Et hic idem forte arbitratus dicebatur, quaſi uxore carens. Cælebs. Vel orbus dicitur, qui filios non habebat & huic olim non poterat cauſa mortis donari: hodie autem promiſcue relinquitur omnibus Item ſtatuit lex Papia, ut decima pars eius qd rei ſ ?ebat a uiro uxori, & ecōtra, detraheret & applicaret fiſco, ſi nō eſſent liberi: quod hic corrigit ut j. l. ij. Orb.

De iure liberorum.

De iure, quod habetur in filios iure poteſtatis dixit: nunc de iure ſuccedēdi in hæreditate filior: quod hodie non eſt opus, quod impetretur, ut ſuccedat pater uel mater: licet olim erat neceſſe. Nam ſine impetratione mater ſuccedit: licet ingenua tres: libertina quatuor non peperit. j. eo. l. ult. & Inſti. de leg. ag. ſucc. §. ult.

Qui accusare non possunt.

Quis accusat, uel non.

NVnc de criminalibus dicit, in quibus quia accusatores sunt necessarii. ideo ponit qui accusare possunt. Et dic, quod regulariter quilibet potest accusare qui non prohibetur: Insti. de publ. iudi in prin. Prohibetur autem mulier. j. eo. l. de crimine. Item accusatus suum accusatorem. j. eo. l. neganda. Item alieno nomine. j. eo. l. ij. Item qui renuntiauit expresse. j. eo. accusationē. uel tacite. l. si ea. Itē frater fratrē j. e. l. si magnum. Infamis: ut j. eo crimi nis. Qui duos, habet accusatos prohibetur a tertio. j. eo. l. cum rationibus. Item alumnus. j. eo. iniquum. Item serui familiares liberti. j. e. pen. & fi. Item milites j. eo. non prohibetur. Item pupillus. Et qui habet merum imperium. Et qui accipit pretiū ob accusandum, uel non accusandū. Item qui alias falsum dedit testimonium. Item & pauper, ff. de accu. l. q accusari & l. se. Itē soci⁹ eiusdē criminis. q̄. de lib. cau. l. si filium. Tales personæ regulariter prohibentur: sed casualiter admittuntur: ut in singulis legibus inuenitur.

De accusationibus, & inscriptionibus

De hoc ff. eo. tit. dixi. pag. 192.

De exhibendis, & transmittendis reis.

De prima parte dixi. ff. de cust. & exhi. re. pag. 193. Transmissiones autē fiūt, cum quis accusatur ibi. ubi deliqt. & ipse est alibi: ut in Autē. ut nulli iudi. §. si uero.

De custodia reorum.

De hoc. ff. eo. tit. dixi, pag. 193.

Supra de publicis carceribus obseruandis dixit: nunc de priuatis prohibendis. Et nemini licet priuatum carcerē habere uel exercere, præterquam magistratui. Contrarium facientes tanquam imperialis maiestatis uiolatores ultimo supplicio percellentur. j. eo. l. una.

Si reus uel accusator mortuus fuerit

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 192.

Si quis imperatori maledixerit.

Læsæ maiestatis criminis quis reus efficitur quandoq; facto. de quo j. tit. proxi. quandoq; uerbo uel dicto, in quo uersat huius tit. tenor. Si quis igit imperatorem dixerit perfidum, atrocem, rufum, uel quid simile profuderit. si ex leuitate processit parcendum est: Lubricum enim linguæ ad pœnam facile trahi non debet. ff. ad leg. iul. ma. l. famosi. Si ex insania furoris uel uini: miseratiōe dignissimi. Si autem ex deliberatione, remittendus, id est, transmittēdus est ad principem: & ipse perpendet ex qualitate personarum, utrum crimen prætermitti, an exquiri & puniri debeat: de hoc in c. uno. de maledicis.

Ad legem Iuliam, maiestatis.

De hoc dixi. ff eo. tit. pag. 194.

Ad legem Iuliam, de adulteriis, & stupro.

De hoc. ff. eo. tit. dixi, pag. 194.

Si qs eā, cuius tutor fuit, corruperit.

Si quis eam cuius tutor fuit, corrupit, patitur maiorem pœnam quam alius: minorē uero q̄ raptor. j. eo l. una. Idē & multo magis, si corrupit p̄stāte tutela. Idē in curatore ff. Azo.

De mulieribus, quæ seruis pro/ prijs se iunxerunt.

Hoc stuprum acrius punitur, q̄ aliud. Seruus enim comburitur, mu/ lier subit capitalem pœnam: bona eius perueniūt ad cognatos mulieris j.eod.l.una. De hoc.ff.de hæred.insti/ l.his uerbis.§ i. & Institu.de hæred. institu.§.i.

Ad legem Iuliam de ui publica, uel priuata.

De hoc dixi ff.sub pp̄rijs titu.pag.

De raptu uirginum, seu uiduarum: necnon sanctimonialium.

Ra/pto/ris pœ/na. Raptori imponitur pœna si ra/ puit honestam mulierem: aliud si inhonestam, ut meretricem.j.eo.l i. in princ.ff. de furt.l.uerum est. Nec distinguitur, uolēte muliere id faciat, an inuita: & utrum sponsam suam, uel aliam &c.

De emendatione seruorum.

Dominus olim potuit occidere seruum: Institut. de his qui sunt sui uel alie.iur.§.i.Sed hodie distinguit, occidat iusta causa, ut tunc nō tenea tur.ff.de uerb.obl.l.qui seruum. An sine iusta: & tunc aut uoluntate sua, aut casuali culpa, &c.j.eo.l.i.

De emendatione propinquorum.

Titulus iste tribuit potestatem se nioribus propinquis corrigendi mi/ norum delicta pro qualitate crimi/ nis, cum moderamine quodam, & iure quasi patriæ potestatis, ut in im mensum nō extendatur hæc licētia.

Ad legem corneliam de sicarijs.

De hoc dixi.ff.eo.tit. pag.196

De his, qui parentes, uel liberos occiderunt.

De hoc dixi ff ad leg.Pomp.de par.pag 196

De maleficis, & mathematicis, & cæteris similibus.

Omnes illi quos uulgus maleficos appellat, & qui dicunt se scire aliquā artem diuinandi, hi appellantur Ma/ thematici: a μαθησις, quod est diui/ natio. Diuinant enim uel circa som/ nia, uel in uolatu qui Auspices, uel in garritu auium qui Augures. Et om/ nes tales patiuntur capitalem pœnā j.eo.l.e.i. Sunt & alij qui arte magica uitæ innocentium insidiantur, ani/ mos mulierum ad libidinem flectūt: & hi bestiis subiiciuntur: ut.j.eod.l. multi. Idem forte si ueneno.j.eo.l.i. & hi etiam tenentur lege cornelia, ut dixi ff.ad leg.corn.de sica.pag.196 Male/fici. Ma/the/ma/tici. Auspi/ces. Augu/res.

De sepulchro uiolato.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag.186

Ad legem Fauiam de plagiarijs.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag. 200

Ad legem Viscelliam.

Hæc lex locum habet, quando li/ bertus appetit ea, quæ ingenuis tan/ tum conueniunt: puta aspirat ad ho nores & dignitates, asserendo se inge nuum esse. Si autem libertum se fatea/ tur, & penuria sit hominum, poterit eligi.ff. de decu.l eos qui.

Ad legem Corneliam de falsis.

De hoc dixi ff.eod.tit.pag.197

De his qui sibi ascribūt in testamēto.

De falsis in genere dixit: nunc in

specie de quodam, quod licet non sit falsum, punitur tamen ut falsum. j. eo. l. senatus.

De falsa moneta.

Falsum non modo prædictis modis committitur & punitur, sed etiã in moneta: ideo de ea ponit: quia grauior imponitur pœna, q̃ super alio falso. Et habet locum hæc accusatio cum quis fabricauit falsaʒ monetam. uel fabricari fecit. uel super eo dedit consilium: uel non prohibuit eam fabricari: qui tamen in eo e forma re noluerit. iusta pœnitentia excusatur. ff. ad le. corn. de fal. l. qui falsaʒ.

De mutatione nominis, cognominis prænominis.

Si ingenuus nomen, uel prænomen uel agnomen mutet, si quidem in fraudem, tenetur lege cornelia alioquin contra. Seruo autem mutare non licet j eo. l. i & ff. ad leg. corn. de fal. l. si falsi. de hoc solet dici in procem. Greg. compilationis, & in procem. lib. vj.

Ad legem Iuliam de ambitu.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 200

Ad legem Iuliam repetundarum.

De hoc. ff eo. tit pag. 198

De crimine peculatus.

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 199

De crimine sacrilegii.

Dixi ff. de crimine pecu. pag. 99

De seditiosis. & his qui plebem audent contra Rempublicam colligere.

Seditio dicitur quasi seorsum itio: quia in diuersum uadunt, aliosq; trahunt: uel a sedo, as. per contrarium: ut dicit glo. hic super rubro. Et dicit Seditio quietis publicæ turbatio. j. eo. l. i & ij. de hoc no. xlvj. d. st. seditionarios. & ibi per Archid. & Ioan. And. de immu eccl. c. decet. lib. vi Et tales concitantes seditionem puniũtur pœna capitis. ut no. in. l. denũciamus C. de his qui ad eccle. ꝑfugiũt. dixi aliqd ff. ad leg. Iul. maie. pa. 194 Seditio.

Quando ciuilis actio criminali præiudicet: & an utraq; ab eodem exerceri poterit.

Dixit de ordinariis criminibus, nunc de extraordinariis, præmittit tamen cõmunem titulum ad præcedentia & ad sequentia: si ex eodem crimine competat ciuilis actio & criminalis accusatio, an una præiudicet alteri uel penitus, uel interim. Sed dic, ꝙ non præiudicat penitus, nisi in actione & accusatione iniuriarum. ff. de iniur. l. prætor. §. i. & l. quod senatus. Sed interim præiudicat, ut ff. de pub. iud. l. interdum & ff. ui bo. rap. l. ij. §. i. de hoc glo. Insti. si qua. pau. fe. dic su per rubro.

De crimine expilatæ hæreditatis.

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 189

De ui bonorum raptorum actione.

De accusatione uiolentiæ, & de eius pœna dixi, ff. ad le. iul. de ui pub. pag. 195.

De crimine stellionatus.

De hoc dixi. ff eo. tit. pag. 189

De iniuriis.

Dixi. ff. eo. tit. pag. 185.

De famosis libellis.

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 185

De abigeis.

De hoc, ff.eod.tit.dixi, pag. 187

De Nili aggeribus non rumpendis.

In Aegypto non pluit, sed Nilus certis temporibus excurrit, & inundat agros. ideo aggeres, id est, alti cumuli, uel coaceruationes, aut moles fiunt ut aquam contineant. Est autem Nili aggeres rumpere, id est, ualla fluctis Nili de proprijs & uetustis usibus intra. xij. cubitum usurpare, quod nephas est, & damnosissimum in Aegyto: ideo & quasi laesae maiest. crimen est: ideo in eodem loco ubi rupit aggeres, uel ualla usurpauerit, flamma comburetur.

De his, qui latrones, uel malis criminibus reos occultauerit.

De hoc dixi, ff. de receptatoribus pag. 187

De requirendis reis.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag. 202

De quaestionibus.

De hoc ff.eod. tit.dixi, pag. 203

De abolitionibus.

De hoc. ff. ad senatusconsultum Turpil. pag. 201.

De generali abolitione.

Ista a solo principe indulgetur, ut ff. ad Turpil. satis dixi, pag. 201

Vt intra certum tempus criminalis quaestio terminetur.

In accusatione praeficienda certum tempus, id est, biennium statutum est. j. cod. l. ulti. fallit in certis casibus not. q. de iud. l. properandum. & in Autent. ut cle. apud propri. episc. §. penultimo.

Ad senatusconsultum Turpilianum.

De hoc dixi, ff.eo.tit.pag. 201

De calumniatoribus.

De hoc ff.eo.tit.dixi, pag. 23

De poenis.

De hoc, ff eo. tit. dixi.

Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.

Inter caeteras poenas una est Confiscatio, quam cuilibet iudici imponere non licet, nisi qui habet merum imperium ff. de iur. om. iudi. l. iij. & de offi. praesi. l. illicitas. §. qui uniuersas. & hoc quando confiscatio fit ex consequentia poenae. j. tit. i. l. ij. & iij. Sed quando confiscatio fit principaliter, ut propter incestas nuptias: & tunc quia est ordinaria poena statuta per legem, quilibet magistratus de ea cognoscere potest, etiam municipalis. Confiscatio

De bonis proscriptorum seu damnatorum.

Dixi ff.eod.tit.pag. 204

De bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt.

De hoc ff eod. tit. dixi pag. 205

De sententiam passis, & restitutis.

Quia condemnati per sententias quandoque ex indulgentia principis restituuntur: ideo de hoc dixi satis ff. eod. tit. pag. 206.

FINIS CODICIS.

RVBRICAE,

Et primo.

INSTITVTIONVM IVSTINIANI.

Volumen. VOLVMEN, ut etiã supra tradidimus, a conuolutione, & collectione uariorum librorũ nomen sumpsit, eo q̃ in se Institutiones Imperiales, constitutiones Autenticorum, tres libros Codicis, & Cõsuetudines Feudorum contineat. Nam dicit Vlpianus: Si enim centum libri sunt legati, centum uolumina ei dabimus, &c. ponens uolumen pro libro integro: ut totus Homeri liber in quadraginta octo libros partitus, p uno uolumine accipiendum sit. Sic & Cicero, sic Gellius, & alii fere oẽs, lʒ Ouidius partem operis uolumen dixerit, cũ ait, Sunt mihi mutatæ ter quinq; uolumina formæ. &c. Et Plinius de libris sui auunculi loquẽs, ait, Libros tres in sex uolumina ppter amplitudinẽ diuisit. Volumen uero uel a uolo deductum est, eo q̃ in libris uoluntas appareret: uel, quod uerius est, a uoluo descẽdit, eo q̃ uolui apud antiquos cõsueuerunt, ut duo Cæsaris Anticatones. Simili modo Hebræi legẽ suã uoluere, & Græci missas suas hoc tẽpore cõsueuerũt. Facta Codicis prima cõpositione, liber Institutionũ cõpilatus ẽ ut. C. de uet. iur. enu. l. ij §. oĩa igit. &c. §. sʒ cũ prospeximus. ante eiusdem Codicis emẽdationem, & secundam eius editionẽ. Nam cũ præcipit fieri editionẽ secũdam, facit mentionẽ Institutionum iam cõpositarum: ut. C. de emẽ. Iusti. cod. ibi, ut undiq; non solũ, &c. Et perfectis libris Digestorũ, uidebatur plerisq; nihil animo do super iuris cõpositione tractandũ: immo Iustiniano imputãdum, q̃ armorũ usu relicto, legibus & scholasticis disciplinis operã dabat: cum imperator Gordianus dicat, Milites arma scire debere, nõ leges. C. de iure delib. l. ult. in princ. Imperator autẽ ad hæc defensionẽ sui & excusationẽ excusationisq; rationem assignando, elegantissime respondet: ut in principio huius procœ. Conuocatis autẽ uiris illustribus Tribuniano, Theophilo, & Dorotheo mandauit eis, ut cõponerẽt Institutiones, & in quatuor libros ius s̃ũe partiri, ut sint totius legitimæ sciẽ prima cunabula, & elemẽta, quibus iuuenes suffulti p ossint grauiora & pfectiora legũ scita sustẽtare. C. de uet. iu. en. l. ij. §. sʒ cũ. & §. de iust. & iur. his ergo. Et dicit liber Institutionũ, quasi instructionũ: quia in his primis præceptis pueri instituunt, & instruunt, ut possint pcipere maiora iura, & ad iuris arcana ualeãt ascẽdere, & ingredi ad legũ penetralia: quapropter hic liber bene Introductorius potuit appellari, nisi aliud uerbum iuri ciuili uisum fuisset congruentius. Cõpilatores Institutionũ.

De iustitia & iure.

De hoc ff.eo.tit.pag.7

De iure naturali gentium & ciuili.

De hoc ff.de iust.& iur.pag.7

De iure personarum.

Dixi ff.de statu hom pag.9

De ingenuis.

Dixi ff.de sta.ho.pag.9.&.C eod.

De libertinis.

De hoc dixi ff.de sta hom.pag.9

Quibus ex causis manumittere non possunt.

De hoc dixi ff.qui & a qbus man. pag.140

De lege fusia canina tollenda.

De hoc.C.eo.tit.

De his qui sui, uel alieni iuris sunt.

De hoc dixi ff.eod.tit. pag.10

De patria potestate.

De hoc.C.eod.tit.dixi.

De nuptiis.

Dixi ff.de rit.nup pa.79.&.C.eo.

De adoptionibus.

De hoc ff.eod tit.dixi, pag 10

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

Tribus modis patria potestas soluitur: scilicet, morte naturali, uel ciuili: item dignitate: item emancipatione. Et quæ sint dignitates soluentes patriam potestatem colligitur.C.de decu.l.ult. & in Autent. constitutio quæ de dig.§.pen.

De tutelis.

De hoc ff.eod.tit.dixi, pag.88

De his qui dari tutores testamento possunt.

De hoc ff.de testa.tut.pag.89.& C.eod.

De legitima agnatorum tutela.

De hoc ff. de legit. tut.pag.89.& C.eod.

De capitis diminutione.

De hoc dixi ff. eo.tit.pag. 25.

De legitima patronorum tutela.

Tutela patronorum defertur patronis circa personas impuberum libertorum ex sententia tantum, non ex uerbis legis.xij.tabul.

De legitima parentum tutela.

Pater emancipans filium impuberem, legitimam eius tutelam nanciscitur ex mente legis.xij. tab.& ex regula q̃ dicit, Quo hæreditas redit, eo & tutela redire solet.

De fiduciaria tutela

Mortuo patre, fratres emancipati impuberes, fiduciarii, uel legitimi eius tutores efficiuntur, propter fraternam fidem, uel confidentiam, quæ in eis maior præsumitur, q̃ in extraneis.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege iulia & Titia dabat.

De hoc dixi ff de tuto.& cur.datis ab his pag.90

De auctoritate tutorum.

Dixi ff.e.pag.91.&.C.de ant.præst.

Quibus modis tutela finitur.

De hoc dixi C.quando tut.uel cur. esse des.

De curatoribus.

Sicut impuberibus prouidetur per tutores, ita prouidetur pubcribus & adultis per curatores.j. eod.in prin. nam licet puberes effecti sint, adhuc tamen in ea ætate sunt, ut rebus suis præesse nequeant:de his aliquid. C. qui pet.tut.& de cur.fur.

De satisdatione tutorum,uel curatorum.

De hoc dixi ff.de admi.tut. pa.91

De excusatione tutorũ uel curatorũ.

De ff.eo.tit.dixi.pag.93

De suspectis tutoribus.

De hoc ff.eod.tit.dixi,pag.92

LIBER II.

De rerum diuisione.

DE hoc dixi ff eod.tit. pa.11. &.ff. de acquiren.rer.domi. pag.143

De rebus corporalibus,& incorporalibus.

Corporales res sunt,quæ sui natura possunt tangi:ut hō,lapis,&c. Incorporales res sunt,q̃ tangi nō possunt:ut sunt omnia ea, quæ in iure consistunt, id est quæ in sua diffinitione habent hoc uocabulum Ius:ut est hæreditas, obligatio, actio,&c. Hinc Lucretius:Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.

De seruitutibus.

Dixi ff.eod.tit.pag.35.

De usufructu.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.31

De usu & habitatione.

De hoc dixi ff. eod.tit.pag.14

De usucapione,& longi temporis præscriptione.

De his dixi ff.e.ti.pa.145. &.C.eo.

De donationibus.

De hoc dixi,ff.eod.tit.pag.137

Quibus alienare licet,uel non.

Octo sunt personæ uel res, quæ alienare possunt res. Licet non sint domini eiusdem, quæ continentur his uersibus.Iudex,prælatus, tutor, cum flumine,Cæsar,Creditor,& seruus,procurator, non sua tradunt.de quibus glo.j.§.i.in uerb.alienare. Et in quinque casibus etiam dominus non alienat.unde,Hæreticus,mulier, læsæ minor, & curialis, Casibus his quinis dominum dare iura uetant rem ut ibi.

Per quas personas nobis acquiritur.

De hoc dixi.C.eo.tit.

De testamentis ordinandis.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.98

De militari testamento.

De hoc dixi ff.eod tit. pag.105.

Quibus non est permissum facere testamentum.

Dixi ff.de testa.pag 98

De exhæredatione liberorũ.

Dixi.ff.de lib.& posth.pag.98

De hæredibus instituendis.

Dixi.ff.eo.tit.pag.100

De uulgari substitutione.Et de pupillari substitutione.

Dixi.ff.eo.tit.pag.101

Quibus modis testamenta infirmentur.

Dixi ff.de iniuf.rup.tes.pag.99

De inofficioso testamento.

Dixi ff.eo.tit.pag.28

De hæredum qualitate, & differētia.

De h dixi.ff.de acqui.hære.pa.104

De legatis.

Dixi ff.e.l.i.ij &.iij pag.107.&.108

De ademptione legatorum & translatione.

Dixi.ff.de adimen.lega.pag.114.

De lege falcidia.

Dixi ff.eo.tit.pag.116

De fideicommissariis hæreditatibus.

Dixi.ff.ad Trebell.pag.117.

De singulis rebus per fideicom/missum relictis.

De hoc dixi ff.de leg.iij.pag.108

De codicillis.

Dixi ff.de iure codicil.pag.107

LIBER III.

De hæreditatibus,quæ ab intestato deferuntur.

De hoc dixi ff.si.tab.test.nullæ extra.& tit.seq.pag.129. & in ti.quis ord. in bono. poss.ser.pag.134. & de suis & leg. hære.

De legitima agnatorum successione.

Dixi in titu. proxi.alle. specialiter in titul. unde legit. & unde agn. pag.130.

De senatusconsulto Tertulliano. Et de senatusconsulto Orficiano.

Dixi ff. ad Tertullian. pag.134. & C.ad Orfi.

De successione cognatorum.

Dixi ff unde cogn.pag.134

De gradibus cognationum.

Dixi ff.eod.pag.131

De seruili cognatione.

Quidam non habent hic rubricam,secundum Pla.& Azo.Et est sciēdum, quod seruilis cognatio de iure ciuili uel etiam prætorio, quod naturalem æquitatem sequebatur,nunquam computabatur quantum ad successionem,interim quod imminet ei uinculum seruitutis: ut. C. communia de ma.l. seruus.& de suis & leg.l.ex libera nisi in casibus not.C. communia de manu.Ad prohibitionem autem nuptiarum seruiles cognationes bene computātur:ut.s.de nup.§.illud. & ff.de ritu nup.l.adoptiuus.§. seruiles.

De successione libertorum.

Dixi ff.de iure pat.pag.127. & de bon.lib.pag.128

De assignatione libertorum.

Dixi ff.eo.pag.129

De bonorum possessionibus.

Dixi ff.eo.tit.cum multis seq.

De acquisitione per arrogationem.

Nedum de iure ciuili uel prætorio succedit in uniuersum ius defuncti sed etiam aliquando in ius uiuentis,ut per arrogationem, quæ cōsensu duorum fit, scilicet arrogantis & Arrogatio

arrogati:& olim succedebatur diuersimode:hodie autem sicut circa naturales & legitimos parentes acquisitio coarctata est ad usumfructum tantum in rebus aduentitiis: ita & in huiusmodi arrogationibus erit seruandum donec uiuit arrogatus. Nam eo mortuo dominium pleno iure transit ad arrogatorem:nisi supersint aliæ personæ quæ arrogatorem antecedunt: ut not.j.eod.§.ulti. & de adop.§.cum autem.

De eo cui libertatis causa bona adiiciuntur.

Certum est, non adita hæreditate ex testamento, quæ in eo relicta sunt non ualent.C de fideicomm.l.J.ea.& l.ex testamento.Constitutio tamen diui Marci quodam speciali iure subuenit libertatibus, scilicet per adiectionem bonorum.Et est Adiicere bona, alicui applicare, uel dare bona eo pacto, ut creditoribus & libertatibus satisfaciat:de hoc.j.eod.satis.

Adiicere bona

De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorũ uenditiones, & ex Sanatusc.Claudiano.

Olim duæ aliæ successiones p uniuersitatem uigebant ex Senatuscõsul. Claud.primo cum debitor in solutione cessabat, & solemniter contra eum proponebatur actio,& ipse neque ueniebat, neque soluebat, succedebat ei creditor in oĩbus tanquam mortuo, etiã si debitor reliquisset hæredem,& licebat ei oĩa uendere. de hoc. C.de bo.aut. iud.pos.De secunda successione dixi. C.de senatuscon.Claud.

De obligationibus.

De hoc dixi. ff. de act. & oblig. pag.174

Quibus modis re contrahitur obligatio.

Obligatio quinque modis contrahitur, re, id est, interuentu rei: ut in mutuo,in debito, commodato, deposito, pignore.de quibus.ff. in propriis tit.dixi.

De uerborum obligatione.

Dixi.ff.eod.tit.pag.175

De duobus reis stipulandi,& promittendi.

Dixi.ff.eod.tit.pag.175

De stipulatione seruorum.

Dixi.ff.eod.tit.pag.176

De diuisione stipulationum.

Dixi.ff.de præto.stip.pag.177

De inutilibus stipulationibus.

De hoc C.eod.tit.dixi.

De fideiussoribus.

Dixi.ff.eod.tit.pag.176

De literarum obligatione.

De hoc.C.de nõ nume.pec.dixi.

De obligationibus quæ contrahuntur consensu.

Sex sunt obligationes iuris gentium quæ solo consensu contrahuntur:ut, Emptio, Locatio, Conductio, Societas, Mandatum. Et dicuntur cõtrahi consensu, quia neque scriptura est hic necessaria, neque præsentia exigitur, nec exigitur interuentus alicuius rei:sed sufficit hic eos, qui negotia gerunt, consentire per se, uel per nuntium, uel per epistolam.

Obligatio nes ex ɔsensu

De emptione & uenditione.

Dixi.ff.de contrah. emp.pag.60

De locatione & conductione.

Dixi ff.locati, pag.64.

De societatibus.

Dixi ff.pro socio.pag.59.

De mandatis.

Dixi ff.mandati pag.59.

De obligationibus, te.ex quasi cō/ tractu nascuntur.

Harū obligationum sunt sex: puta, Negotiorum gestorum, Tutelæ, Communi diuidundo, Familiæ erciscundæ. Item Actio ex testamento. & Condictio indebiti: de quibus in propriis locis dixi.

Per quas personas nobis obligatio acquiritur.

Per quas personas nobis acquiritur rerum dominiū supra dixit: hic dicit, qualiter per easdē personas nobis obligatio & actio quæritur.

Quibus modis tollitur obligatio.

De hoc ff.de sol.dixi. & de noua.& de acceptil.pag.177.& seq.

LIBER IIII.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

De hoc dixi.ff. de priua.delic. & de fur.pag.181.

De ui bonorum raptorum.

De hoc ff.eo.ti.pag.184. & C.eo.

De lege Aquilia.

De hoc dixi.ff.eo tit.pag.38.

De iniuriis.

Dixi ff.eo.tit.pag.185.

De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.

Ponit quatuor actiones in factum quæ omnes in genere possunt dici una, quia ex quasi maleficio ortæ: Prima est de ea quæ contra iudicem competit: de qua dixi C.si iudex litē suam fe. Item de ea, quæ pro deiecto, & effuso datur: de qua dixi.ff.de his qui deie.uel effu. Item de ea, quæ cō petit ob hoc, quod aliquid est appensum, quod si caderet, posset nocere: de qua dixi ff de his qui deie.& ef. Item de ea quæ contra caupones, stabularios, uel nautas pro amissis eorum, quarum opera utuntur: de qua dixi ff. nau. cap. stabul. & ff. furti aduersus nau.caup.stabul.pag.183.

De actionibus.

Dixi ff.de act.& oblig.pag.174.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotiū gestum esse dicitur.

De hoc dixi ff.eod.tit.pag.53.

De noxalibus actionibus.

Dixi.ff.eod.tit.pag.38.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicat.

Dixi ff.eod.tit.pag.37.

De his, per quos agere possumus.

De hoc dixi ff.de procura.pag.22.

De satisdationibus.

De hoc dixi ff.q satisd.cog.pa.18 & C.de satisdando.

De perpetuis, & temporalibus actionibus: & qui in hæredes, & ad hæredes transeunt.

De hoc aliqd ff.de act.& obl.dixi. Nam prætoriæ pœnales non durant nisi per annum, excepta actione

furti

furti manifesti, quæ tantum durat, quantum altæ ciuiles. Idem de Prætorijs rei persecutorijs: de quo. j. per glos. seq. de secunda parte rubri. dixi. C. ut actio ab hære. & contra.

De exceptionibus & replicationibus.

Dixi de hoc. ff. de except. pag. 170

De interdictis.

Dixi. ff. eod. tit. pag. 205

De pœna temere litigantium.

Pœna calũ. Plures pœnæ in specie sunt eorũ, qui temere causas suscipiũt, & litigãt. Sed tres possunt tradi in genere. scilicet Corporalis, & Pecuniaria, & Famæ. Corporalis imponitur calumniatoribus ad similitudinem, supplicii: ut. ff. de calũ. dixi, pag. 23. Item & tergiuersa. & præuarica. ut dixi. ff. ad turp. pag. 201. Infamiæ pœna imponitur lata diffinitiua sententia in actione furti, ui bo. rap. iniuriarum, de dolo, sepul. uio. expil. hæredi. & simi. j. eo. §. ex quibusdam. Pecuniaria pœna imponitur liberis & libertis uocantibus sine uenia parentes uel patronos in ius: ut dixi. ff. de in ius uoc. pag. 16. Item uicto imponitur pœna circa uiatica, & litis sumptus: ut. ff. de iudi. l. eum quem temere. & in. c. calumni. de pœn.

De officio iudicis.

Iudex debet iudicare secundũ ius scriptũ, uel ꝯsuetudinariũ: & sentẽtiã suam secundum naturam actionis propositæ ferre. Quomodo autem in qualibet actione se iudex habebit, hic tractatur. Officiũ iudicis.

De publicis iudicijs.

De hoc dixi. ff. eod. tit. pag. 198

FINIS INSTITVTIONVM.

AVTENTICORVM TITVLI.

In nomine domini nostri Iesu Christi, Liber constitutionum nouellarum Autenticorum.

Liber Autẽticorũ. QVARE hic liber uocetur Autenticorum, possumus dicere, ꝙ sic de arbitrarijs principis, de quibus non cogimur reddere rationes: ut in. l. non omnium. ff. de le. & in. c. si quando. de rescrip. Vel sicut Poetas, cæterosq́; operum conditores Auctores uocamus, & illum qui egit bellum, aut pacem facit, Auctorem pacis & belli dicimus. Virgilius in Georg. Et te maximus orbis Auctorem frugum. Maiores nostri nullam, ne priuatam quidem rem agere fœminas sine auctore uoluerunt, id est, homine in quo est ius, potestas, & dignitas. Hinc & pupillorum tutores Auctores dicimus. Institut. de auctorit. tut. &. C. de aucto. præst. Et auctores sententiæ appellamus, quorum consilium secuti sumus Hinc & Auct.

Autoratum, & Autoramentum. Seneca in lib. xij epist. Nullum sine autoramento malum est. Hinc & Autēticum dicitur ius magnæ potestatis & dignitatis, quales sunt constitutiones huius libri: quæ sicut nouiores sunt, & recentiores, ita & dignitatis & obseruātiæ maioris ut in. l. non est nouum. ff. de leg. in. c. i. de constit. lib. vi. Collationes autem uocantur a colligendo, uel a congregando: quia quælibet collatio colligit plures partes seu materias: secundum Iaco. de Bell. Vel Collationes dicuntur a confero: quia conferuntur. & simul repositæ sunt nouæ constitutiones, sicut alias dixi. ff. de colla. bon. Et sunt nouem collationes, quas iuxta ordinē uidebimus.

Coll.

COLLATIO PRIMA.

De hæredibus & falcidia: & si hæres legata soluere noluerit.

DE hæredibus non dicas instituendis, sed ab hæredi tate repellendis, nisi uotū impleant testatoris. j. eod. §. si quis autem non implens. Et illa pars rubricæ expeditur. j. eo. usq; ad. §. hinc nobis. Et falcidia, scilicet hæredi seruanda si fiat inuentarium, non alias. j. eod. §. hinc nobis. usque in fi. tit. dixi ff. de iure delib. pag. 102

Falcidia.

De non eligendo secundo nubentes mulieres: & alienatione lucri ante nuptialis donationis: & de successionibus earum, & filiis suis.

Dictum est. s. de hæredum obediētia, & successione quæ fit inobedientibus: ideo subsequenti ordine ponitur hic de successione matris. Et habet tres partes. Prima loquitur de electione prohibita. Secunda de alienatione antenup. donationis. Tertia de successione matris actiua: secunda ibi §. hoc autem. tertia ibi, §. cum igitur. Et exponitur titulus primo ita: De eo, quod secundo nubentes mulieres non eligantur in lucris primi matrimonii cum filiis primi ma. Vel melius: Mulieres secundo nubentes de eligendo non habeant potestatem. Nam mater non succedit filio in lucro antenuptialis donationis filio superstiti. Et filiorum electio in dicto lucro est matri prohibita: ut hic in prin. Et quod dicit mulieres, idem dicas in uiris secundas accipientibus uxores. j. eod. §. quia uero contra. Alienatio autem facta per matrem de lucro donationis antenuptialis ca secundo nupta est in suspenso, & ea moriente superstitibus filiis confirmatur non in totum, sed ex parte non existentium filiorum: alias si ipsa mater filiis in totum successerit, alienatio in totum confirmatur. j. eod. §. hoc autem. Et de successionibus &c. actiue legas: quasi diceret, qualiter mulieres succedant filiis. Nam mater filio in omnibus succedit, excepta antenuptiali donatione siue cō uolet ad secundas nuptias, siue non j. eod. §. cum igitur.

Mater secundo nubens.

Vt determinatus sit numerus clericorum sanctissimæ maioris ecclesiæ, & cæterarum sanctarū ecclesiarum.

Maioris ecclesiæ, intellige Constantinopolitanæ ciuitatis, & cæterarum ecclesiarum sub dicto patriarchatu constitutarum. Et est hæc lex

localis: nam in ecclesia maiori ciuitatis Cõstantinopolitanæ, & aliis sibi adiacẽtibus & subiectis, clericorũ numerus secundum facultates debet esse statutus: & debet obseruari, ne ecclesiæ ad inopiam deducantur: pœna contrafacientibus iminente. De hoc numero habes C. de sacrosanct. eccl. l. non plures.

De fideiussoribus, & mandatoribus, & sponsoribus, & solutionibus.

Hic corrigitur lex. non recte. C. de fideiuss. De hac materia dixi ff. eo. tit. pag. 96.

De monachis.

Supra tit. ij. facta est mentio de epis. & cleri. & de monachis & monasteriis, ut patet in §. illud quoq;. Inde sumpta occasione sequitur de mona. & quomodo monasterium auctoritate episcopi ædificari debeat. Monachus autem Græce, Latine dicitur singularis: unde monachum singulariter pro omni agere oportet. xvi. q i. placuit. i.

Monachus.

Quomodo oportet episcopcopos & reliquos clericos ad ordinationem deduci: & de expensis ecclesiarum & clericorũ.

Quia ex monachis quandoque episcopi fiunt: quare uidendum de episcopis: ut j. eo. §. igitur. Et quomodo ad ordinationem deduci debent, dicitur usque ad. §. & illud etiam. De reliquis autem clericis expeditur j. eod. § de deo. &c. §. sed neque. &c. §. quanta. De expensis autem j. eodem. §. sed neque effusas.

De nõ alienãdis aut pmutãdis rebus ecclesiasticis immobilibus: aut in specialem hypothecam dandis creditoribus: sed sufficere hypothecas generales.

Ista constitutio ponit quæ res ecclesiæ possit alienari aut permutari seu in hypothecã dari. De hoc extra de re. ecc. e. non alien. per totũ. & xij. q. ij. sine exceptione.

Vt iudices sine quoquo suffragio fiãt.

Omnes dignitates debent gratis conferri, nihilo suffragiorum nomine dato: alias omnia male sequuntur cum hoc ab auaritia procedat, quæ omnium malorum est mater, àntiquo iure penitus sublato: Vnde exponitur: Vt iudices, id est, præsides, uel procõsules, uel rectores prouinciarũ, sine suffragio, id est, sine aliquo dato noie suffragii: ut. j. eo. §. hæc omnia.

Iusiurandum, quod præstatur ab his qui administrationem accipiunt.

Hæc constitutio ponit diligenter & cõprehendit sacramentum quod debet facere quilibet administrator: ut j. ut iud. sine quoq̃ suffragio. § igit.

Vt ecclesia Romana gaudeat centum annorum præscriptione.

Ecclesia Romana cum ecclesiis sibi subiectis gaudet centum annorum præscriptione in contractibus, causis rebus, & omnibus actis. De hoc in c. i. di præscrip. lib. vi.

De referendariis sacri palatii.

Referendarii sunt aduocati in curia principis: dicti ex eo, quod referãt

uices hominum coram principe:ut §.quomodo opor.epi.§.non aliter. in fi.§.& j.ut lit.iur.pe. Et debet numerus referendariorum in octonario terminari.j.eo.

De incestis nuptiis, & nephariis.

De hoc dixi C.eo.tit.

COLLATIO III.

De lenonibus.

Lenones. Lenonum causa & nomen satis odibile omnibus legibus uisum est. Sunt autem Lenones qui muliebrem impudentiam & turpitudinem uenalē habent: uel qui iuuēculas decipiūt,& ad uitā miserā ducunt. Tales ex ciuitatibus, tanquam pestiferos, & communes castitatis uastatores, elici lex praecipit:& traditur hic iudicis officium circa tales.

De defensoribus ciuitatum.

De his dixi.C.eo.tit.

De mensura ordinandorū clericorū.

Docet numerum antiquum clericorum debere seruari: neq; uelle casu augeri.

De mandatis principum.

De hoc dixi.C.eo.tit.

De triente & semisse, & successionibus filiorum & nepotum naturalium:uel collationibus,aut distributionibus,necnon literarū aut numerationum, atque rerum ex quibus detinēt infici ationibus

Bonorum Olim liberis pater tenebatur relinquere quartam debitā iure naturae: quae dicitur Bonorum subsidiū: & huic quartae nullum grauamen potuit imponi C.de inoffi.test.l.omni modo.& duabus ll.seq. Haec hodie per hunc tit.redacta est ad trientem & semissem secundum numerum liberorum:ut si sint quatuor filii, & infra, debent habere trientem,id est, tertiam partem.Si sint quinque, uel ultra,debent habere medietatem eius, quod ei debebatur ab intestato:ut j. eo.§.haec nos.& in Auten nouissima C.de inoffi.test. Vnde dicit glo. in c Raynutius. de testa. Quatuor aut infra dant natis iura trientem,Semissem uero dant natis quinque uel ultra; Arbitrium sequitur substantia caetera patris.Vnde dic,De triente & semisse,de quo expeditur j.usq; ad.§. neque enim.Et de successionibus:de hoc j.eo.§.consideramus. Vel collationibus:de hoc dicitur j.eo.§.illud. Et distributionibus:de quo j. eo. §. quod saepe Necnon literarum &c.de hoc j.eo.§.studiuz.& §.illud quoq;. subsidium Quarta naturae. Triens semissis.

De filiis ante dotalia instrā natis.

Instrumenta dotalia dicuntur, siue nuptialia, in quibus continetur matrimonium inter Titium & Bertam esse contractum, & dotem datam esse. Et sine his duobus, scilicet scriptura & dote dixit Pla.non ualere matrimonium,allegans pro se,insti.de nub.§.fi.licet Accur.Inst.de hae re.ab intest.ue.dicit ualere matrimonium, per.leg.nuptias.ff.de reg.iur. & l.si uicinis.C.de nup.Sed non fieri liberos leg.timos,per tex.nostrum. Sed non est uerum de iure canonicz, per c.tanta.qui fil.sint.leg.De hoc plene per Docto. in cap. innotuit. de elect. Exponitur autem hic titulus de

filiis ante dotalia, id est, ante matrimonium natis. Et est mens huius cōstitutionis id quod noluit lex illa, cū quis. & l. nuper positas. C. de nat. lib.

De administrātibus officia in sacris appellationibus.

Iudices appellationum, & eorum officiales in causis appellationum, in quibus officium est commune, in iudicio semel examinationes facere debent, & de gestis participare.

COLLATIO IIII.

De nuptiis.

De hac materia dixi ff. de ritu nup. pag. 79.

De appellationibus. & intra quæ tempora appellari debeat.

In hoc uolumine quatuor modis tractatur de appellationibus, ut hic, & j. de his qui ingre. ad. ap. in prin. & j ut cum de appel. cog §. i. & j. de appel. col. viij. de hoc dixi ff. de app pag. 207. & in tit. quando appel. fit pag. 209.

De consulibus.

De hoc dixi ff. de offi. cōsul. pa. 12.

Vt nullus mutuans agricolæ teneat eius terram.

Hæc rubrica prohibet fœneratorem tenere terram agricolæ, scilicet facta solutione, uel dato aliquo loco solutiōis: alias sǭ ut j. cōstitutiōe pxi. §. sancimus. Et differunt inter se qa sequēs dicit, quātam usuram debeāt dare agricolæ suis creditoribus. qd hæc non dicit. Item hæc est localis, in Tracia, enim & Illyria duntaxat loquitur, ut. j. in prin. illa generalis: ut. j. tit. prox. in prin. §. sin autem. Et ideo hæc breuiter trāseunda est, secundum glo. nostram hic, & procedendum ad sequentem.

Nullum credentem agricolæ tenere illius terram: & quantam debet usuram dare.

Creditores ab agricolis exigere possunt nomine accessionis usuram quolibet anno pro quolibet modio octauam partem modii: & pro solido unam siliquam, & nō amplius. De hoc aliquid. s. tit. proximo.

De restitutionibus: & ea quæ parit in undecimo mense post moitē uiri.

Res restitutioni fideicommissi subiacentes alienari prohibentur, nisi propter causam dotis, uel donationis propter nuptias: pter quas causas alienatio permittitur, antiquo iure sublato, & omni circūuentione remota. Et durat hæc pars usque ad §. unum. Secunda pars est de muliere quæ parit in. xi. mense: de quo. j. §. unum. Nam mulier ante annum luctus pariens, si indubitatum sit sobolem non ex priori consistere matrimonio, omnibus modis priuat ante nuptiali donatione: ac incidit in eas pœnas, ac si ante tempus luctus secūdas contigisset nuptias: ut ibi. Mulier nubens ante tēpus luctus

De tabellionibus ut protocolla dimittant in chartis.

Tabellio a partibus rogatus, debet per se audire negotium, & ipsemet scribere, nec alicui delegare potest. Est autem Tabellio minor, Tabularius maior, & Magister stationis maior utroque. Sunt autem alia multa nomina, seu uocabula horum publicorum scriptorum, de quibus glo in rubrica. C. de tabul. & l. fi. Protocollum Tabellio. Tabularius Magister stationis. Protocollum.

autem dicitur à πρῶτος quod est primum: & κολλα, quod est collatio scilicet literarum. q. d. prima collatio literarum: de quo. j. eod. § illud quoq; in uerb. protocollum.

COLLATIO V.

De ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione, & solutione.

Ecclesia propter debitum fiscale regulariter rebus mobilibus non existentibus, res immobiles alienare potest, & in solutum dare, &c. Exponitur ergo de alienatione, scilicet facienda pro fiscali tantum debito. Et solutione, id est datione in solutum ipsi creditori, etiam priuato, non solum fisco: ut. j. eo. §. si uero priuatus.

De iureiurando a moriente præstito, dato propter mensuram suæ substantiæ.

Iusiurandum a moriente præstitum, in quo substantiæ suæ mensuram facit manifestam, inter suos hæredes diuidendo, ab hærede seruandũ est: poena non seruantibus imminente: creditoribus tamen nullum præiudicium generatur.

Vt præponatur nomen imperatoris documentis, & ut Latinis literis apertius tempora inscribantur.

Documēta In documentis, id est, literis publicis, debet principis nomen, & annus in principio, & indictio designari. Item consulis nomen, annus consulatus: debet etiam dies & mensis celebrati contractus apponi: & etiam annus conditæ ciuitatis, si hoc habet consuetudo: debent etiam documenta claris notis & literis scribi: de quo in. c. inter dilectos. de fi. instru. & in. c. quoniam contra. in glo. ante pe. extra de prob. de ultima parte rubr. ponitur in. §. fi.

Senicas nõ solum si fideiussores præstent, sed etiam si iusiurandum dẽt, sine periculo discedere.

Senicæ mulieres, id est, prostibulariæ, uel meretrices, nullam cautionẽ præstare debent suo hospiti, uel lenoni: neque lenones talem debent cautionem exigere: tamen etiam si fideiussores dent, uel iureiurãdo promittant de persistendo in lupanari uel prostibulo, nihilominus possunt sine periculo discedere: quia iuramentum super re illicita seruari non debet. Vel hic dicũtur Senicæ mulieres, quæ in scena, id est, loco turpi, ut pro stibulo stant: a scena, id est theatrali inumbratione, uel spectaculo circi, ubi consueuerunt tales prostare. ff. de infam. l. ij. Mulieris senicæ

Vt non fiant pignorationes pro aliis personis. Et ut sicut principum donationes non egent gestis monumentorum, sic nec a priuatis imperatoribus factæ donationes indigeant.

Nulli licitum est secundum formam pignorationes, id est, pactum uel represalias, exigere alium pro alio: de hoc de iureiuran. c. i. lib. vi. Et expone, Gestis monumentorum: id est, ut fiant coram iudice ordinario, præbẽte auctoritatem huic donationi: quia sufficit ipsius imperatoris præsentia: ut & alias. C. de testa. l. omnium:

De exhibendis & introducendis reis: & ut hi qui conueniantur post uicesimum diem præsententur iudicibus. Et de his qui iuratoriã cautionem exponunt, & ante litis contestationem absentes fiunt. Et de hypothecis quæ appellantur ex causa militiæ, quæ personæ, & quando hoc ius habent. Et de indotatis uxoribus, ut habeant quartam partem substantiæ uiri: & ipse uir in substantia uxoris, scilicet quando inops est qui relinquitur.

De exhibendis reis: a re, non a reatu. ff. de duo. re. l. i. & hæc pars expeditur usque ad. §. illud. Et ut hi qui conueni. hoc expeditur. j. eodem usque ad. §. si uero. Et de his qui iurat. hoc dicitur. j. eod. §. si uero. usque ad. §. optimum quoque. Et de hypothecis, scilicet militiarum: & hoc dicitur. j. eod. §. optimum. Reus

Constitutio, quæ ex ascriptitio & libera natos, liberos uult: non his, qui ante constitutionẽ nati sunt, sed qui post constitutionem nati sunt, prodesse. Et ut uenerabiles domos œconomi commutationes faciant. adinuicem imutabilium rerum ecclesiasticarum, decreto prius interposito: excepta hac maiore ecclesia.

Constitutio q̃ ex ascriptitio, &c. quæ est. C. de senatusconsul. claud. l. i. in fin: Nam per Claudianum erat libera, & eius filius erat seruus, ut ibidem dicitur. Non autem dicit de illa quæ est. C. de agri. & cẽ. l. ne diutius, quia ibi non est casus iste: licet alij similes sint ibi. Vel dicit de ea, quæ est. C. de agri. & cen. l. fi. Et expeditur hæc pars usq; ad. §. quia igitur. Secunda pars deinceps usq; in fin. constitutionis.

Vt de cætero, cõmutationes ecclesiasticarum rerum non ficte fiant, & in priuatam personam ad pijssimum imperatorẽ, & hoc modo alias personas legitimas transeãt res. Et hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. Et licet perpetuæ emphyteusis agi ab oratoriis in oratoria, decreto uidelicet interposito: excepta hac maiore ecclesia: ne tamen in priuatam personam transeat emphytheusis.

Ecclesia cum principe permutare potest, ut res apud principem perpetuo permaneant, ne perueniant ad priuatos. Item ecclesiæ adinuicem in perpetuam emphyteusim dare possunt, excepta maiore ecclesia Cõstantinopolitana. Et prima pars expedit usq; ad. §. illud quoq;. Et ut liceat, &c. Hoc expeditur. j. eod. §. illud.

Vt ea quæ uocentur insinuatiua, semper clericis in maiori ecclesia quidem dentur: in alijs autem ecclesiis penitus non dentur.

Insinuatiua non possunt exigi a clericis ordinatis: exceptis his qui sunt ordinati in maiori ecclesia, a quibus secundum consuetudinem accipere licet. Et dicuntur Insinuatiua, quæ ab ordinatis accipiũtur: de quo in Autenti. de sanct. episc. §. pro consuetudinibus. de quo in. c. ij. & c. cũ in Ecclesia. de uerb. signi. & j. q. ij. c. sicut episcopum. Insinuatiua.

Vt clerici qui recedunt, alijs pro eis præbeant surrogatis emolumenta: recedentes autem remeare uolentes non suscipi. Et ut si quis ædificans ecclesiam, aut aliter in eadem seruientibus ministrans emolumenta, uoluerit aliquos clericos instituere: non fortuite eos, sed probatione sanctissimi patriarche suscipiat.

Clerici continuam residentiam in proprijs Ecclesiis facere tenentur: nec debent recedere: alias alij in eorum loco cum surrogantur cum eorum emolumentis: & recedentes, & postea remeantes, suscipiendi nō sunt, nec eis emolumenta debent restitui: de hoc de cle. non resi. c. inter quatuor. §. fin. & plenius in. c. quoniam. §. fin. ut lite non cont.

Resi/dētia cleri/corū.

De his qui ingrediuntur ad appellandum: & quando per scripturam manus proprie, fiat collatio literarum: & de iureiurādo dilationis, ut & coniungat iureiurando calūniæ.

De prima parte dixit. C. de temp. appell. de quo in. c. cum sit. de appella. Et ista prima pars expeditur usque ad. §. illud autem uideamus. Et quando per scripturam, &c. De hoc in. § illud. Nam ex documentis publicis solis, & non priuatis comparatio fieri debet: ut ibi. de quo in. l. comparationes. C. de fid. instru. Et de iureiurando, &c. Hæc tertia pars expeditur. j. eod. §. fin. Nam iusiurandum generaliter in iudicio semel præstari debet, & in eo debet addi, q nullus in tota lite probationem exiget, quam non putauerit necessariam: de quo in Auten. hoc sacramentum. C. de iurecal. & in. c. literas. de resti. spol. c. præsentium. de test. & c. ultra tertiam.

Iusiu/rādū

Vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant.

Sacra mysteria prohibentur celebrari in domibus sine licentia superioris. Oratoria uero causa orationis permittitur habere, & in eis clericos conuocari: de quo in. l. conuenticulā. C. de episc. & cle. &. C. de hære. & man. l. iij.

Ora/toria

Vt defuncti seu funera eorum non iniuriētur a creditoribus: Et ut consiliarij non suscipiant cognitiones absque iudicibus.

Mortuis & moribundis, & funeribus eorum ac familiæ domui ex rebus eorum creditores iniuriam inferre prohibentur, absque iudiciali decreto: de quo in Auten. sed nec ante. C. de sepul. uio. Et Auten. item qui domus. Et hæc prima pars expedit usq; ad. §. illud. Et ut consiliarij &c. Hoc expeditur a. §. illud usque ad fin. Nam iudex ordinarius occupationibus publicis impeditus causam consiliario potest delegare sententia sibi seruata. dūmodo ter causam audiat, & sententiam proferat, & appellationem interpositam suscipiat. Iudex autem appellatus, & delegatus, delegare non potest: de quo glo. in Aut. Ad hæc. C. de iudic.

Iniu/ria mor/tuis facta.

Vt imobilia antenuptialis donationis neque hypothecæ dētur, neq omnino alienentur a uiro, neq; psentiente uxore: nisi postea satisfieri uxori possit: hæc uero etiam in dote ualere.

Res imobiles in donatione, pro

pter nuptias ꝯsistentes maritus alie/nare non poteſt, nedum ea inuita, ſed etiam uxore alienationi conſentiēte. Sed alienatione habita pro non facta in rem actio uxori competit, niſi ſe/cundo poſt biennium conſenſerit, ut uir alienans locuples fuerit, alienatio nis prohibitione in dote multo ma/gis obtinente. Et de hoc uſq; ad. §. & multo potius. & alias in Autent. ſiue a me. C. ad uell. & in. c. cum contin/gat. de iureiurā. Hæc uero etiam, &c. De hoc in. §. & multo.

De noui operis nuntiatione ma ritimi conſpectus.

Nulli liceat in hac regia ciuitate ædificare ultra terminos a iure per/miſſos, ſi pricipaliter noceat. De hoc in. l. per prouincias. Et quod ibi not. C. de edif. pri. ff. de ope. pub. l. q opus. Et quod not. Inno. in c. Piſanis de reſt. ſpo.

Vt factæ noue conſtitutiones poſt inſinuationes earum poſt duos menſes ualeant: parcitur autem non cuſtodientibus ſubtilitatem conſtitutionum ſuper teſtamen/tum in relinquendo quadrantem: aut non ſubſcribendo nomen hæ redis, aut non dicendo.

Conſtitutio noua ligat poſt duos menſes a tempore inſinuationis, ſeu publicationis: quæ inſinuatio, ſeu pu blicatio, debet fieri ſecundum formā hic datam: glo. in proœ. Decre. & in c. ij. de conſtit. & Pau. de Leaza. in proœ. Clementi.

Vt nullus fabricet oratorij domos præter uoluntatem epiſcopi. Et ut deputet prius diligentiam, & ſta/tutū, quæ in fabricādo oratorio ſufficiant. Et ut epiſcopi nō deſint ſuis eccleſiis. Et de alienatione ec/cleſiaſticarū rerū immobiliū.

Nulli licitū eſt eccleſiam, uel mo/naſterium, uel oratorium ædificare ſine epiſcopi uoluntate. De hoc in c. nemo. de cōſe. diſt. i. c. ſi quis baſilicā. & de eccle. ædi. c. i. Et de iſta prima parte uſq; ad illud quoq;. Item epiſco pus non debet per multum tempus abeſſe ab eccleſia: ut j. in. §. illud. & vii. q. i. in preſentia. & l. diſt. c. contu/maces. de cle. nō reſi. c. tuæ. Et quod in alienatione rei Eccleſiaſticæ im/mobilis decretum ſuperioris requiri tur. de hoc in. § quoniam uero. &c. & de eccle. re. immo. Fabri care noui eccle.

Vt ab illuſtribus & qui ſuper eā digni tatem ſunt, non modo ſuper pe/cuniariis cauſis, ſed etiam iniu/riarum criminaliter ꝑ procurato rem dicantur. Clariſſimis autem in pecuniariis licere per procura/torē, & per ſe litigare.

Illuſtres. & Superilluſtres in cauſis pecuniariis, & in crimine iniuriarum non ꝑ ſe ſed per procuratorem litiga rē debent: cæteris uel dignitatis in/ferioris licite conceditur, ut per ſe. uel procuratorem litem exerceāt. Et quæ ſit ratio huius conſtitutionis, colli/gitur. j. eo. uerſ. ne cogantur. Quot ſint genera magiſtratuū colligit hic gloſſ. Et quis dicatur Superilluſtris no. in. l. quoties C. ubi ſena. uel clar. Illu ſtris. Super illu ſtris.

Vt ordinariæ præfecturæ urbanæ, etiam prætorianæ duæ, & præfe/cturæ urbanæ quæ in cingulo, & q̄ in actu ſunt ſolo, non etiā ho noratæ liberēt a curiali fortuna.

Sola collatione dignitatis, & ad/

ministrationis, etiam ante administrationem susceptam, curiales liberantur a curiali fortuna: sed sola collatione honoris seu dignitatis absq; administratione non liberantur, sed remanent curiales, solum honorem ex tali collatione consecuti: hodie autem non tātum duæ, sed duodecim dignitates liberant aliquem a curiali fortuna: ut in. l. fin. C. de decu. l. x. de hoc Insti. qui. mod. ius pat. pot. §. si liusfa. & in c. indecorum. de æta. & qua.

COLLATIO VI.

Vt omnes obediant iudicibus prouinciarum, & in criminalibus, & in pecuniariis causis: & ut negotia examinentur nullo excepto per priuilegium: Nec huc conuenti deducantur ut sacra pragmatica forma exhiberi quēpiam iusserit.

In prouincia, in qua quis sortitur forum, illic est conueniendus, utraq; parte præsente, uel altera tantum: & ubiq; iustitia seruata, sententia condemnatoria uel absolutoria feratur, omni priuilegio cessāte: nisi pragmatica forma aliud statuat, uel aliud ꝑpter appellationē acciderit: his obtinentibus in omni loco & tempore.

Quibus modis naturales filii afficiātur legitimi, supra illos modos, qui superioribus constitutionibus continentur.

Hic debet esse, Legitimi efficiuntur Sed in alia cōstitutione j. quib. mo. nat. effi. est in litera, Sui: & quæ sit differentia inter hunc titulum & illum, ibi dicetur. Et exsponitur hic Supra, id est, præter. Superioribus constitutionibus, &c. C. de nat. lib. l. cū quis & duabus ll. seq. Et habet constitutio sex partes. Prima tractat de legitimatione filiorū ꝑ matrimonium. Secunda de legitimatione filiorum naturaliū per rescriptū principis. §. sed & aliud quiddam. Tertia de nuptiis præsum ptiuis i. §. illud quoq;. Quartā de nuptiis uere contractis a superillustribus & illustribus, uel in ecclesia a militibus honestis, uel negotiatoribus, uel professoribus. §. denique intantum. Quinta de nup. edilibus in §. ququis autem. Sexta de pœna contrahentium illicitas nuptias. §. si. Legitimatio filiorum

Vt hi q̄ obligatas se habere pibent res minorum, aut obligati sunt eis, ad eorū gnibernationem pœnitus non accedant: & ut curatores nullo modo suscipiant cessiones aduersus eos, quorum curationem agunt aut egerunt: hæc autem generaliter ualebunt in omni curatione, in quibus personis leges curatores præbent: Et de gubernatione pecuniarum competēeium eis, quorum negotia administrantur. Et quando eas recondi, aut mutuari oportet aut ex eis reditus comparari.

Prima pars exponitur usq; ad § quod si quis: Et ut curatores. hoc exponit j. §. quod si quis. Hæc aūt &c. de hoc j. eo. §. hæc dicimus. Et de gubernatione, dicitur j. eo. §. quoniam.

De instrumentorum cautela & fideē & primum de deposito, & de mutuo, & aliis documentis priuatæ quidem scriptis, habentibus testes, & non habentibus testes. Et

Et de instrumentis publice cōfe/ctis: & de collationibus manus propriæ scripturæ: & de exposi/tis instrumentis ab illiteratis, aut paucas literas scientibus: & de non scriptis contractibus: & de contractibus usque ad unam libram auri: & de contractibus qui in agris fiunt: & ut in docu mentis, & contractibus futuris lo cum habeat ista lex.

Stricte capitur hoc titulo Instru/mentum pro chartis tantum. Alias large, ut ff.e.l.i. Alias pro instrumen to fundi.ut ff.de fun.instr.l.quæsitū j.responso. Cautela, scilicet in facien/do. Habetur fides postquam est factū & dupliciter dicit de fide. Primo in quibus instrumentis debeatur fides priuatis & publicis: & hoc j.eo.usq; ad §.si uero moriantur. Secundo qua liter fiat ut habeatur fides, quando erat in dubium reuocatum quod fit p ꝓparationē:ut.j e.§.si uero moriant. & §.seq.usq; ad §.oportet. Et de de/posito, id est, qualiter fiat caute in/strumentum priuatum super contra ctu depositi, & mutui, & aliis contra ctibus: & hæc expediuntur.j.eo.§.si quis. & §.sed & si quis. & §.si tamen. Et de instrumentis publice confectis: hoc exponitur.j.eo.§.si instrumēta. Et de collationibus: scilicet qualiter probetur fides instrumenti: hoc ex/peditur j.eo.§ si.uero. Et sic respicit se cundum capitulum. Sequentia autē omnia utrūque respiciunt. Et de expo sitis instrumētis ab illiteratis, id est, de ꝯtractibus celebratis in scriptis ab illiteratis: qđ expedit.j. eo §.ꝯ. Et de nō scriptis: hoc expedit. eo. §. & hoc dicimus. Et de ꝯtractibus: hoc expe dit.ur.j.eo.§.ait. Et contractibus futu ris: hoc exponitur.j.eod.§. ut autem omnia.

Istru/ Cau/tela.

Hæc constitutio interpretatur prio/rem constitutionem, de his qui in grediuntur in monasterium, & de subiectis eorum, ex quo tēpore oporteat eā ualere.

Dictum est.s.in tit. de mona.§.il/lud.coll.i.quod ingrediens monaste/rium se & sua dedicat Deo ipso ingres su: uerum quia reuocabatur in dubiū, An dicta constitutio haberet locum in illis, qui ante legem illam fuerunt ingressi monasterium: ideo pro illa dubitatione ponit hunc titulum.

Vt non luxurientur contra naturā neque iurent per capillos, aut aliquid huiusmodi, neq; bla/sphement in Deum.

Peccata contra naturam, & bla/sphemiæ contra Deum, & iuramen/ta per membra Dei, per hanc legem prohibentur: contra facientes ultimis suppliciis puniuntur. de hoc. xxij.q.i. c.si quis per capillum. de prima, de ui. & hon. t.cle.c.ut clericorum. de exces. præla. clerici. & .xxxij. q. vij. flagitia. De secunda parte extra de maledicis. c.statuimus.

Vt liberti de cætero aureo non indi/geant anulo, & ut pristinis resti/tuantur natalibus. Et de celebratione dotaliū instrumentorū in libertis mulieribus facta, ex hoc ipso etiā nuptias legitimas fieri, & filios suos. si nuper, etiam ancilla fuerit, & ipsam liberam esse celebratione dotis, & nuptias legitimas, & qui ex ea processerint suos.

Dominus manumittens seruum suum, denuntiat eum ciuem Romanum. Et ius aureorum annulorum, & regenerationis, ex ipsa manumissione manumissus consequitur: patrono iure manumissionis per omnia reseruato: nisi ab eo fuerit remissum. Tunc enim ius patronatus in hoc sibi reseruatur, ut ei reuerentia debeatur. Et ex certis ingratitudinis causis licet in seruitutem reuocare. Item liberti & libertæ pro ingenuis quo ad nuptias reputatur. Et si dominus cum propria serua matrimoniuȝ interuenientibus inutilibus instrumentis contrahit: ipsa & ex ipsa nati liberi efficiuntur: de quo etiam in Autē. sed nouo iure. C. de nupt. quæ sumpta est hic ex. §. fi. De prima parte expeditur usque ad. § siquis autem. dixi ff. de iure. aur. annu. Et de celebratione, &c. In hac secunda parte duo dicuntur: unum de libera: & aliud de ancilla: & hæc expeditur j. eod. §. si quis autem.

Apud quos oportet causas dicere monachos & assisterias.

Monachi & moniales pro causis eorum coram episcopo debent conueniri, qui disponere debet an per se uel per alios debeant respondere. Et secundum legem & sacras regulas decet cognoscere & iudicare. Ciuiles autem iudices talium causarum cognitionem non habent: de hoc etiam in Auten. causa quæ fit cum monacho. C. de episc. & cleri. hinc sumpta. Hodie autē pene omnes sunt exēpti, & ideo sub papa pueniendi sunt, qui est ordinarius exēptorū. d. Auten. causa. ubi p glo. & gl. vj. q. iij. placuit. & de priuileg. c. tuarū. per Inno. eo. titu. recepimus. &. c. ex ore. & quod hodie habetur in. c. i. de priuil. lib. vi. Assisteriæ, autem uel Assistriæ, ut quidam uolunt, moniales sunt: eo ꝙ insistāt orationib⁹ & ieiuniis quotidie, quas uulgo appellamus Reclusas secunduȝ glo. hic. de quibus aliquid. C. de episc. & cler. dixi. Assisteriæ Reclusæ.

De Quæstore.

Officiū Quæstoris in inquirendis personis in urbe Constan. manentibus consistit: & inquirere quæ sint, & unde uenerint, & qua occasione, & cuius sint uitæ: ualidos & potentes operari facere, aut expellere: exceptis ualetudinariis, qui dimitti debent. de officio huius dixi ff. eod. tit.

Constitutio quæ de dignitatibus & episcopatu filium liberat a patria potestate.

Dignitas consulatus & patriciatus a patria potestate liberat sola dignitatis collatione. Et generaliter omnis alia dignitas quæ a curiali fortuna liberat, etiam a patria liberat potestate: quales enumerantur plures in l. C de decu. lib. x.

De iudicibus. Et ut nullatenus cum iureiurādo eligatur aliquis iudex, & quod permanet ei. Et ut appellationes accipiant modis omnibus iudices. Et ut in media lite factæ formæ quomodo oporteat decidi cognitionem non attentant iudices.

Quatuor partes habet rubrum: primo de iudicibus scilicet a principe delegatis in ciuitate Romana, qui sunt xij. octo minores, & quatuor maiores: ut j. eod. §. uetus. Et sedet bis Iudi Sedo

quilibet eorum in suo prætorio in basilica:ut j eod.§.sedebunt. & hæc pars expeditur.j.eo.usque ad §.quia uero.Permanet ei, scilicet unaquæq; pars pmanet,id est,stabit.Ei .s.quod iudicabit iudex. & exponaꝛ pmanet, id est, permanebit,ut sæpe fit. Alias est.Permaneat : & tunc planum est. Vel dic,hæc.Et qđ permanet ei, &c. superflua nec reperiuntur in Nouel. A3o.& hoc expeditur j.eod.§ quia uero.Et ut appellatiões accipiāt,&c. nam iudex tenetur recipere appellationem j.eo.ut nulli iudi.§. illas.& ff.de appel.re.l.sicut.& C.de app.l.iu dicibus.Nisi í casu,ut in præfec.prætō. orien cui dirigitur hæc constitutio,qui recipere non tenetur appellationem,sed supplicationem:ut in fi. §.nostros.j.eod.&.C.de preci.impe. off.l.aduersus.& nisi in casibus duobus,qui sunt.s.eod.§.audient.& aliis casibus quos dixi ff.de app.reci.& a quib.appel.non lic.& C.quorum ap pel.non reci. uide. hic glos.in §.nostros.Et ut media &c.de hoc.j.eod. omnis autem.ad fi.& j.eod.ut in me dio litis non fi.sa.formæ.

Vt clerici apud proprios episcopos primum conueniantur,& post hoc apud ciuiles iudices.

Clericus apud proprium episcopū in causis. pecuniariis conueniendus est,qui ex non scripto,& sine damno cā3 decidere d3.S3 si causa talis sit,uel alia difficultas,q̄ episcopū cognoscerē impediat,tūc ciuiles iudices cleri.causam decidere debēt. Sed si clericus de crimine criminaliter conueniatur, tūc ciuilis iudex causam intra secundi mensis spatium decidere debet. Si uero de crimine ecclesiastico conuenitur,tunc ad solum episcopum spectat decisio. De materia huius tituli habetur in.c.si quis contra clericum. de foro comp.&.c.quoniam contra. de proba. & per glo.ij.q. allegat.l.si quis in hoc genus.in fi.ij.q.i.c.si quis cum clerico. & de re iud.c. fi.li.vi.Et quatenus hic tractatur de ciuili iudice,hodie est correctu3.coll.x.de statu. contra lib.eccle.§. status & in Autē. statuimus. C.de episco. & cler. & in c.nullus iudex.de foro comp.

Cleri cus ubi litiga re h3.

De consanguineis, & uterinis fratribus.

Fratres consanguinei & uterini simul,præferuntur fratribus consanguineis tantum,& uterinis tantum. Sed si sint superstites consanguinei tantum,& fratres uterini tantum ad successionem secundum leges antiquas admittuntur. Sunt autem Consanguinei, q ex eodē patre nati sunt: quasi ex communi uirilis stipitis & feminis sanguine. Vterini aute3 sunt, qui ex eadem matre tantū nati sunt: quasi ex solo utero materno fratres. Vtrinque autem coniuncti,qui ex eodē3 patre & matre geniti sunt:ut hic dicit glo.& Institu.de leg.agn. succ.

Consangui nei fratres, Vterini, Vtrinque iūcti.

De armis.

Princeps arma publica fieri iubet, sed priuata fieri & uendi prohibet. Cultellos autem minores fieri & uendi priuatis permittit,ut hic, &.v.q. i.§.hoc aute3.&.§.hoc igitur. de hoc in.l.i. &. iij. ff. ad leg. Iul. de ui pub. De delatione autem armorum ponitur in.l.i.C. ut ar. usus lib.xi. ubi de hoc glo.Et quæ mala inducant bella & arma,ponit hic glos. ij.

De deposito:& denuntiationibus inquilinorum,& de suspendenda administratione panum.

Nulli licitum est depositum, aut petitum pretium, uel pensionem retinere, uel interdictionem alicui facere: pœna contra facientibus imminente defensi etiam petitionem, De prima parte ponitur C.de.rei uendi.l.officium .&.l.bona fides.ff.depo.& in.l.fi.C.deposi.ubi posita est Auten.hinc sumpta.

COLLATIO VII.

Quibus modis naturales efficiunt sui:& de eorum ex testamento, seu ab intestato, successione.

Hic titulus differt ab alio.§. quib.mod.na.eff.le. quia hic generalior est, ut J. Auten.ut in medio primæ coll. ibi bene se hз. Itē hic Imperator faciens suum exordium,naturalitatis, seruitutis, & libertatis ius ostendit:& docet quemadmodum legitimationes fiunt per oblationē curiæ & successores eorus actiue & passiue: de hoc Inst.de hære. ab inte.§.ij.& Inst.de nu.§.fi & l.cōi C.de nat.li.in c.p tuas.qui fi.sint leg. De eorum successione ex testamento uel ab intest. ponitur in §.discretis. usq; ad fi. & in Autenti. ex complexu.C.de incest.nup.& c.cum haberet de eo qui dux.in ma.&.c. p uenerabilem.qui fil.sint leg.

De testibus.

Quia usus testium frequens est: ideo de testibus ponit De hoc dixi ff. eo.tit.pag.77.

De immensis donationibus in filios factis.

Si parens in aliquem, uel aliquos ex filiis imēsas fecerit donationē, aliis filiis legitima portio de necessitate debet. Hoc uerum in filiis gratis: ingrati uero penitus excluduntur: de hoc in.l.donationes.C.de donā.inter uir. & uxo. l.ii.C.de inoffic.don.& in.l. donatione.C.de coll.& in Auten.un de si parēs.& in l.i.C.de inoffi.dona.

Vt sine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelam gerant minorum:neq; iusiurandum præstent, quod non uenient ad secunda uota.

De iure Digestorum mater non potuit esse tutrix, nisi imperator confirmaret:ut ff de testa.tu.l.iure nostro. Sed iure Codicis admittebatur quæ nō esset debitrix, aut creditrix pupilli ut supra, ut hi qui ob.per.ha. dummodo iuraret de non cōuolando ad secundas nuptias.C.quando mul.tu. l.ij.& l.ulti. & supra, de nupt. §.si uero tutela. Sed hoc iure matres debitrices & creditrices ad tutelam & curam filiorum admittuntur, neque iuramentum de secundis nu. non fiedis exigitur:dūmodo & senatuscon. Velkiano,& omni auxilio renuntiauerint:& omnia alia adimpleuerint, quæ alii tutores facere tenentur: de hoc in Auten.matri & auiæ.C.quando mul.tut.off. de quo glo. in c.ex parte extra,de appell. Mater tutela

Vt exactione instante dotis primæ & secundæ, uiro ad secunda uota migranti præponatur uxor prima, uel ex priori matrimonio filii & ut si uoluerit uxor, aut is qui pro ea dotem inscripsit, dare uiro quæ scripta sunt, distulerit autem uir suscipere:soluto matrimonio exigi eum ab ea etiam conscriptam antenuptialem donationem.

Si res primæ & secundæ uxoris in dotem datæ apparent, uel altera earum: illi restitui debent, & eius filiis, cuius res illæ fuerint. Alias autem rebus, non apparentibus, tunc ille in bonis mariti potior est in iure, qui prior est in tempore: de hoc usq; ad §.illud quoque:& expone. Filii scilicet præponantur. Item dote pro missa uiro ab uxore, uel ab alio pro ea oblata & consignata, mulier donationem propter nuptias ex pacto interpositam de lucro perinde lucrabatur, ac si soluisset. de hoc in §.illud. usque ad fi. & expone, Eum, scilicet uirum. de hoc etiã in Auten. dos data. C. de dona. ante nup.

De administratoribus.

Administrator si prouinciam durante administrationis tempore citra principis iussionem dereliquit, crimine læsæ maiest. punitur. Et si administratiõe finita ante quinquaginta dies recesserit, antiqs pœnis punitur. de hoc in l.i.C. ut omnes tam ciui. quam mili.

De executoribus, & his qui conueniũtur, & reconueniuntur.

Duæ sunt partes: prima habet, qđ libellus reo porrigi non debet priusquam actor cautionem legitime exponat, quod intra duos menses litẽ contestabit. alias omne damnũ reo cõuẽto restituat, hac cautione xxxvi. aureos non transcendente: de hac cautione Insti. de satisd. §. sed hodie. & in Auten. libellum. & Auten. offeratur. C. de litis cõ. q̃ est iij. q. iij. §. offerat. Itẽ cõuẽtio & recõuẽtio mox a principio corã eodẽ iudice fieri debȝ. Alias causa cõuentionis finita, reconuentio fieri poterit coram quocunq; iudice antiqua cessante calumnia: de hoc in. §. illud. j. eod. de hoc. C. de sente. Autẽ. & consequẽter. & de nup. pe. c. i. tex. & gl. extra de ord. cog. c. cum dilectus.

De æqualitate dotis, & propter nuptias donationis: & de augmento dotis, & propter nuptias donationis: & de priuilegio dotis: quia aliis præponetur priuilegiis, ut excipiantur hoc priuilegio creditores in emptione militiæ: de dote remeante ad patrem, & rursus data pro eadem filia secundo uiro: & de dotis collatione inope marito moriente.

In dote & donatione ꝓpter nup. constituenda, & augmentis earum æqualitas per omnia seruari debet De æqualitate dicitur, usq; ad. §. aliud de augmento dicitur a. §. aliud. usque ad. §. his consequens. Vbi etiã traditur, quod dotis augmentum debet uere non ficte celebrari: de quo in Auten. dos data. C. de don. ante nup. & Auten. æqualitatis. C. de pac. conuen. Item mulier priuilegiis dotalibus uti potest aduersus omnes creditores uiri, etiam si eorum pecunia res sit empta, uel refecta: exceptis creditoribus, quorum pecunia militia est empta. §. his ꝯñs j. eo de q̃ in aũt q̃ iure. C. qui po. in pig. Item dote a patre pro filia data, & i ipsius patrimonio reuersa, non licet patri cum filia secũdo nubit eam diminuere: nisi patris substantia fuerit diminuta. tunc enĩ secundum eius facultates dos erit cõstituenda. §. quia uero iam. j. eo. de quo in Auten. quamuis. C. de rei ux. act. & per Doct. & glo. C. de iure do. l. rem quam: Item si filia cũ fratribus

Dotis priuilegia.

uenit ad successionem paternam debet dotem conferre, aut tãto minus in sua portione recipere, uiro existente locuplete. Viro autem ad inopiam

Viri ino/pia. deducto, si mulieri potest imputari, cum uir male inchoauerit uti substãtia, tunc dotem conferre debet, uel tã eo aut minus accipere. Alias si mulieri nihil imputari poterit, cur dotem non exegerit, solam actionem, licet inanem, debet conferre.j. eo.§. illud quoque usque ad fi. de hoc in Auté. quod locũ. C. de col. & C. de bo. q̃ lib. l. cũ non solũ. in gl. magna; no. in. l. ij. § si in patris. ff. solu. mat.

De duobus reis promittendi.

De hoc dixi. ff. & C. & Insti. eo. tit.

De tempore non solutæ pecuniæ super dote.

Exceptio non numeratæ dotis olim toto tempore matrimonii, & eo soluto intra annum competebat: hodie uero si matrimonium intra biennium durat, prædicta competit exceptio & etiam eo soluto competit intra annum. Matrimonio uero soluto ultra biennium infra decennium dicta exceptio uiro & hæredibus eius competit. Sed matrimonio post decennium soluto, si uir est maior, nullum habet remedium. Si uero est minor, tunc ei restitutio datur usq; ad xxi. annos a tempore nuptiarum, hæredi autem eius maiori datur annus. Sed si minor maiori uel minori successerit, quinquẽnium ei datur. j. De hac exceptione non numeratæ dotis dicitur in l. in contractibus. in fi. C. de nõ nu. pec. & in. l. præses. C. de epi. audi. & in l. quod de sua. C. de do. cau. non numerata.

Neque uirum quod ex dote est, neq; mulierem ex sponsalitia largitate lucrum proprium habere, sed seruare dominium suis filiis: uel si ad secundas nuptias non ueniat usu solo in lucro consistente. Et ut ex repudio transigentes nuptias lucrentur, aut dotem, aut ante nuptias donationem, & ipsis similiter dominium seruare filiis usum, habentem personam cogendam filios alere. Si uero bona gratia soluantur nuptiæ, & uideantur occasione damni detineri quædam & hac arte perimenda, quæ detinentur aliis seruentur.

Matrimonio soluto morte, diuortio, uel bona gratia, lucrum dotis uel donationis p̃pter nup. debet seruari liberis illius matrimonii quo ad proprietatem usufructu solo a lucrante retento: & idem quod ab altero coniugum quæritur retinetur. Siue coniuges ad secũda uota transierint, siue non. de hoc in. l. generaliter. §. fi. & l. hac edictali. §. fi. & l. si quis priori. C. de secũ. nup. & .ã. de non eli. secundo nub. §. gregoria. & de nup §. soluto. & melius in Auten. uxorem. quæ hinc sumitur, posita. C. de secun. nup. & in Autent. si tantum. quæ sumitur ex. §. fi. j. ut fra. fil. quæ corrigit dictam Autenti. uxorem.

De appellationibus.

Differt hic t it. & ĩ. de appel. & ille de his qui ingrediuntur ad app. quia primus de app. tractat de principio appellationis. Secũdus, scilicet, de his qui ingre. tractat de fine: hic autem

Incidentes

Incidenter positus fuit, non ex proposito, sed ex quæstione tali facta ut in principio huius constitutionis, qua dicitur, quod si pendente causa appellationis cōpromittatur in arbitros, tempus quod ibi fuit, non nocet exercitio quod fieri habet intra annum uel biennium. ṡ. de his qui ingre. ad app. §. i. de hoc in Autē. si tamen. C. de tēp. app. & in. l. fi. §. illud. & in Auten. ei qui. eo: ti. C.

De testamentis imperfectis a parentibus in filios factis: & de diuisione rerū a filiis corā parente: & de eius facultatibus facta ex subscripta.

Testamentum inscriptis imperfectum inter liberos ualet, si pater literas sciens propria manu claris literis & indubitatis per consequentiam non signa scripserit liberorum nomina, & numerum unciarum, & signa rerum. Et cum ea legata, fideicommissa, & libertas relinqui potuerūt. quod testamentum: primum conditum a testatorē nō tollet, nisi testator expresse declaret coram semptem testibus, illud testamentum non ualere & secundum testamentum faciat perfectum uel non scriptam perfectam uoluntatem. de hoc a princ. usque ad §. quia uero. ubi tractatur, quod diuisiones bonorū liberis a parentibus factæ ualent, dummodo ipsorum filiorum subscriptiones interuenerint uel ipsius parentis subscriptione inter filios interueniente. de hoc ṡ. de trien. & . se. §. & quod sæpe. posita C. fam. erc. Auten. si modo.

De restitutione fideicommissi.

Differunt hic tit. & ṡ. de resti. & ea quæ pa. & illum ĵ. de resti. fidei. no. fac. qa in isto fit restitutio in morte restituentis: item eorum quæ super sunt. In superiori autem fit statim, uel prout uoluit testator. Item oium excepta quarta, ut colligitur ĵ. eo. §. nobis. in prin. Inferior autem de resti. fidei. no. dict. de quodam testamēto & codicillo in quo singularia fuerunt relicta legata, & per fideicom. fuit rogatus qui habuit rogatus, ut nō alienet. Non principaliter de restituendo, sed si alienet, ut ad aliquem perueniat. ut in rubrica patet.

De prilegiis dotis mulieribus hæreticis non præstandis.

Hæretici appellantur, qui nō sunt membrum ecclesiæ sanctæ catholicæ, & qui sanctam communionem, in sancta & catholica ecclesia a sacerdotibus non recipiunt. Et priuilegia catholica tantummodo conceduntur non hæreticis, nisi fuerint reuersi ad fidē. de hoc C. de hære. l. iii. & C. de Iudæ. l. fi. Inn. c. ex literis. de puik.

De nauticis usuris.

Hanc legem quidam non habent & ego dixi de hac materia. de naut. fœn. pag. 75.

Hæc constitutio innouat constitutionem quæ prescriptionem centū annorum uenerabilibus locis declarat.

Hæc constitutio, scilicet quæ est supra. ut eccle. Rom. secūdum Ioan. ut legitur in Nouel. nam dicit illam generaliter loqui in omnibus ecclesiis: & ideo generaliter corrigit. Sed Accur. hic super rubro intelligit eam tantum de Roma eccle. & aliis ei supp ositis: unde dicas hic fieri mentionem de ea q̄ est C. de sacrosanct. eccl.

l.fin.Superior autem in eccle.Ro.&c. remanet in firmitate sua:& hoc proba iure Canonico,extra de præscrip. uigilanti.

De litigiosis, & decima parte litis ab actore cautela præstanda.

Iste titulus habet tres partes: Primo ponit de litigio.de quo dixi ff. eod.Secundo ponit, & consulit reo contra actorem in præstatione cautionis de lite prosequenda, & finienda, in decima parte quantitatis in libello comprehensæ, si apparuerit iniuste litem mouisse.in §.ad excludendas.Tertio consulit reo contra actorem in actione seu lite prosequenda, & sententia obtinenda, etiã lite non contest.in §.omnem uero.

Vt neq; miles neq; fœderatus obseruetur domui priuatæ,aut possessioni alicuius.

Nemo milites seu fœderatos in propria domo uel possessione retinere debet,uel occultare,ut propriis uti litatibus obediãt.Sed intra xxx.dies ab huiusmodi legis insinuatione eos expellere debet:ut.j.eod.per totum.

Vt diuinæ iussiones.subscriptiones habeant gloriosissimi Quæstoris.

Diuina iussio debet gloriosissimi q̃storis subscriptionem habere,qua cõtineatur,inter quos,& ad quem iudicem,& per quam fuerit directa personam. Et dicitur Iussio, id est, priuilegium in quo aliquid iubet,uel cõcedit in fauorem.In commissionibus causarum forte est aliquid obseruandum secundum glo.hic:quis autem dicatur Quæstor ponit hic glo. & di.ff.de off.quæstor.& erat.Quæstor qui hodie dicitur Cancellarius ut no. gl.C.de diuer.resc.l.fina.ubi de materia hu(ius) tituli.& Spec.de rescrip. exhi.§.an igitur.uer.item quod non est ibi subscriptio.

Iussio

Quæstor.

Cãcellarius

In medio litis nõ fieri sacras formas, aut sacras iussiones:sed secundum antiquas leges generales lites decidi.

Iudices sacras constitutiones, in medio litis impetratas non debent seruare:sed s(ecundu)m leges gñales examinare,& iudicare. Fallit in quatuor casibus,in quibus licet lite pendente a principe sacras iussiones impetrare, quæ debent inscriptis fieri,j.eo.§. de hoc in c.j.ut lit.pend.

Vt cum de appellatione cognoscitur secũdum illas leges debeat iudicari: quæ tempore latæ sententiæ obtinebant: non secundum eas, quæ postea promulgatæ sunt:& de aliis capitulis.

Prima pars clara est, & expeditur usque ad §.sed hoc.Et de aliis capitulis,&c.quæ sunt quatuor: nã quinq; partes habet hæc constitutio, licet multa incidenter alia dicat.Primum capitulũ tractat de renuntiationibus allegationum, & dilationum §.sed hoc.Secunda ponit causas legitimas exhæredationis in §.aliud.usq; ad §. hæc autem.Tertia pars ponit quod hæredes,affines,propinqui,& coniũcti defuncti, & eius fideiussores non debent molestari occasione debiti defuncti.in §.hæc autem.Et sumitur in de Autē.s3 nec ante. q̃ poni supet l.fi. C de sepul.uio. Quarta ponit de eo, qui constituit uel spopondit pro alio obligato,in §.ad hæc.usque ad fin.&

exinde sumitur Auten. si quando C. de consti. pecu. ubi de hoc.

Vt liceat matri & auiæ, & aliis parentibus, post legitimam partem liberis derelictam, quomodo uoluerint residuam facultatem suã disponere: & alia capitula plura.

Prima pars expeditur usque ad §. ad hoc autem, & illud. Et sumitur hinc Auten. excipit C. de bonis quæ. lib. Et alia capitula, &c. hæc expediũtur ab inde per totum. Ex §. ad hoc. sumitur Auten. item si quis C. de na. lib. Ex §. quia uero. sumitur Auten. maximis C. de nup. De materia §. quid uero. ponitur in Auten. prætere a C. unde uir & uxor. In §. quia uero. tractatur ex quibus causis permittitur celebrari diuortiũ, usq; ad finem.

COLLATIO IX.

De hæreditatibus ab intestato uenientibus: & de agnatorum iure sublato.

Agnati, & cognati pcurrunt.

HIc incipit collatio nona: licet quidam habeant in ꝯstitutione superiori principium huius collationis. Et erat usq; ad tempus huius legis inter descendẽtes differentia, ut emancipati de iure ciuili non succederent, licet iure prætorio sic: ut Insti. de hære. ab intest. §. emancipati. Item qui erant nepotes ex filiabus succedebant cum diminutione: ut C. de col. l. illam. Licet hoc etiam ante hanc legem sit correctum ꝫ de trien. & se. §. neque. Ex transuersali autem cognati iure ciuili non admittũtur: sed nec iure prætorio, nisi post agnatos: ut patet Insti. de suc. cog. in prin. omnes ergo prædictæ differentiæ, & aliæ, si quæ sunt, hac constitutione tolluntur. Et hodie hoc modo succeditur: Res intestati recipit gradus inferiorum: Qui si defuerint, subit hinc gradus anteriorum: Cum patre succedant fratres ab utroq; parente: Nec tamen hos comitatur auus patre deficiente Fratres ex uno, fratres remouent ab utroq;: Illorum soboli bona deferimus patruo: Post fratres sobolemq; suam, quo quenq; priorẽ Noueris esse gradu, de iure scias, potiorem.

Vt sponsalitia largitas specialis sit cõtractus & de diuersis capitulis nuptiis proprie.

Sponsalitia

Sponsalitia largitas dicitur hic improprie, id est, donatio: propriæ enĩ diceretur quod donaret sponsus spõsæ: sed hoc fit ad recompensationem dotis, ut hic subiicit & ꝫ. ꝺ æqua. do. §. i. De hoc in Auten. eo decursum C. de do. ante. nupt. Et dicitur specialis contractus, quia per se contractus est, uel quia habet in se aliquid speciale: nam cum aliæ donationes exigãt insinuationem, si fiane ultra quingentos sol. Institu. de do. §. aliæ. & hæc eadẽ etiam olim exigebat C. de do. ante nup. l. fi. §. similiq; modo. nisi esset minor fœmina C. de do. ante nup. l. minoribus, tamen hæc hodie non exigit, & sic aliis non connumeratur id, est, non assimilatur in hoc. Item nec in hoc: quia illa est simplex ob causam digestis de don. l. in donationibus simplicibus. Sunt & alia capitula plura, de quibus hæc constitutio tractat quæ nõ curo prosequi: quia istud esset legere constitutionem.

De alienatione, & emphytheusi, & locatione, & hypothecis, & aliis diuersis contractibus in uniuersis locis rerum sacrarum.

De hoc dixi s.de non alie. Et de eccle.re.immo non alie.de hoc per Doct.in l.sancimus.C. de sacrosan. eccl.& in toto titu.extra de re.eccl. non alie.

Vt iudices non expectent sacras iussiones, sed q̃ uident eis decernãt.

Rela/tionẽ facere prin/cipi.

Iudices ut exonerent se, & ratione odii euitandi relationem ad principẽ facere prohibentur, sed ipsi per se debent secundum iustitiam pronuntiare. Et si fuerint duo, uel plures iudices, & discordent, omnes suam debent ferre sentẽtiam. de hoc in l.Pomponius scribit.§.iiij.ff.de re iudi.& in l.tũc aũt.& l.duo ex tribus. eo.tit.& in l.item si unus.§ item si plures.ff. de arb.& C.quan prouo.non est nec l.cum magistratus. De quo de re iudi.c.fin.& . ii.q.vi.§.diffinitiua.uers. Item plures.

Vt litigantes iurent in exordio litis, quia neq; promiserint dare iudicibus, neque dabunt: & de sportulis: & ut quæ iubentur referendarii cõpleant, & non misceãt semetipsos causæ, & per se exequantur.

Ex hoc principio sumitur Auten. principalis posita super l.ij.C.de iur. calũ.quæ addit certam formam præstationis iuramenti de calumnia. Et expeditur hæc pars usq; ad §.& hoc quoque ubi incipit secunda pars, quæ tractat de sportulis: de quibus dixi C.de spor.& de his habetur Institu. de act.§.tripli. Tertia pars tractat de referendariis, & quod sit eorum officium: de his dixi.s.de refenda.sa.pal col.ii.

De ecclesiasticis titulis, & priuilegiis.

Titulus dicit dignitas: unde Ouidius, Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris. Item titulus, id.est, scriptura quædã.C.de his qui poss. l.i. Itẽ titulus appellat ecclesia. lxxx. di.c.ii. lxx.di.epis. Et dicit titulus can õ.l.dist.si quis diaconus. Itẽ dicit tractatus. ff. de postu.l.i. Itẽ dicitur actio titulus C.fam. ercisc. non est ambiguum. Item titulus, id est, subscriptio, quæ sic uulgo appellatur. Itẽ titulus, id est, priuilegium. & sic accipitur hic. Et quod subiicit, Priuilegiis expositiue exponitur Et, pro id est. De hoc per gloss.in c.fin. de offic. archipres. Et confirmat hic princeps sanctas regulas in sanctis quatuor conciliis expositas, & præcipit pro legibus obseruari, sedes ordinat, & omnia priuilegia ecclesiis & uenerabilibus locis indulta confirmat. De hoc in c.i.de iur.cal.& in.l. ij C. de episc.& cle. & in Auten. ibi posita. Titulus.

Vt fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrũ, ascendẽtibus etiam extantibus. Et ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione non lædantur: non insinuãs autem uir, uel si competat nuptiale lucrum eo non fruatur. Et rursus ut mulieres non secundo nubentes dominæ sint partis sponsalitiæ largitatis, quantum pars facit unius filii. Et ut similes sint pœnæ utriusq; sexus, dum sine causa rationabili repudiũ mittat.

Quatuor habet partes, in quibus

quatur corriguntur leges. Prima expeditur usque ad §. illud. & corrigit l. 3. de hære. ab intest. §. si autem defunctus. in fine. §. Secūda pars est, Vt mulieres, &c. in §. illud usque ad. §. quia uero mulieres. & corrigit l. 3. ut spon. lar: in principi. & sumitur hic Autent. eo decursum. C. de dona tio. propter nup. Tertia pars est, Et rursus, &c. in §. quia uero mulieres. & corrigit. l. 3. neque uirum, quod ex dote, §. præterea. ubi non distinguebat. Quarta pars ē, Et ut similes, &c. in §. fin. & corrigit l. 3. ut lic. ma. & auiæ. §. quia uero legem.

De restitutione fideicommissi nomine familiæ, quod usque ad quartum gradū locum habet: & quod familiæ nomine nurus etiam continetur.

Huius tituli sensum accipe ex rubrica: & ponit tantū de uno testamēto, in quo multa sunt disposita: & de qdā codicillo. de hoc dixi s. de restit. fideicom.

Vt nulli iudicum liceat habere loci seruatorem, nisi certis in causis diuina concesserit iussio.

Regulariter nulli licet loci seruatores uel similes per prouincias mittere. Fallit si diuina iussio emanauerit ex causis incertis: de quibus j. eod. Serua tor loci.

Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogantur ab episcopis hoc agere: & quando in suspicionem habuerit iudices, pariter audiat causam, & ciuitatis episcopus. Et de cautela alia quā omnino oporteat episcopū agere.

Episcopi debent iudices ad iustitiam faciendam compellere, aut per se, aut per literas ad principem directas. Et iudice existētes suspecto: adiū gi sibi debet episcopus. Litigator autem principem adiēs priusquā adeat iudicem, uel episcopum est puniendus: de hoc i l. apertissimi. C. de iudi. & in c. cum speciali de appell. & c. si quis contra. de fo. comp. Item episcopus de iniustitia iudicis, & læsione subditorum iudicare debet. & læso damnum facere emendari. Item in ciuitatibus in quibus sunt iudices subditi. adire debent defensorem, qui inter eos debet iudicare. de hoc s. de offi. quæst. §. si uero forsan. & extra de off. or. irrefragabili. & viij. q. iij. cū scimus. Magnus priuilegius episcoporū, & præeminētia.

De usuris nauticis.

De hoc habuimus s. unum similē titulum: & dixi c. eod. & tractatur in Autent. ad hæc C. de usur. Sed iure canonum etiam in nautica pecunia est prohibita usura: ut in c. nauiganti. in princ. de usur. Nautica pecunia.

De interdictis collegiis hæreticorū.

Alias est, de collectis hæreticorū & redit in idem: quia dicuntur collecti, cum collegia faciunt: quod hic prohibetur: dixi C. de hæret. Collecti.

De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.

Mulier rapta substantiam raptoris lucratur, nisi nupserit raptori: quo casu ad suos parentes deuoluitur, si tali matrimonio non consenserint alias ad fiscum debet pertinere. de hoc etiā in l raptores. C. de rap. uir. & C. de episco. & cleri. l. raptores de hoc per Dy. in regula. scienti. lib. vi. de hac man. in c. fin. de rap. & ibi nor. Rapta mulier.

De collatoribus, & aliis capitulis.

Dispositiones, & denuntiationes collationū per singulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent, quomodo tributa soluenda, & qua mensura: & exemplum earum debet fieri parentibus.j.§.hæc. Et dicuntur Collatores, qui publica uel fiscalia tributa, quæ Collationes uocantur, soluunt. Et qui ista talia colligit, dicitur exactor tributorum, uel collector. Itē executores in prouincias missi exactiones inchoare non debent, nisi prius corā prouinciæ præside mandatum insinuauerint: hoc & in priuatis negotiis seruando. Et excusatores, seu exactores, nullam in causis priuatis executionem committere debēt. Item exactores iustis ponderibus, & mensuris uti debent. De hoc usque ad.§.iubemus. Sunt & alia capitula sub hoc tit. comprehensa.

Collatores.

Exactor.

De sanctissimis episcopis & Deo amabilibus, & reuerendissimis præsbyteris, & clericis, & monachis.

De sanctissimis episcopis: de hoc j.eo.usq; ad.§.clericos. Reuerendissimis presbyteris: de hoc.j.eo.§.clericos.usq; ad.§.iubemus. Monachis: de hoc dicitur.j.eo.§.iubemus.usq; in finem.

FINIS AVTENTICORVM.

CODICIS DIVI IVSTINIANI SACRATISSImi Imperatoris repetitæ prælectionis.

LIBER X.

HI TRES libri Codicis, qui sequuntur, ab aliis nouem ideo separati sunt, & seorsum positi, quia tractāt de iure publico, & nunquam leguntur in scholis: ideoq; eorum materia rarior, & non immerito ab alijs segreganda, ne grauarentur rudes iuris tyrones, & studiosi: ut dicit glo. Insti. de iust. & iur. §.fi.

De iure fisci.

Supra libro nono incœpit tractare imperator de iure publico, quod est circa crimina: nunc de iure publico circa bona a fisco quærenda. Vel sm Azo. in summa huius tit. traditum est in præcedentibus de iuribus priuatorum: nunc uidendum est de iure fisci. Et dicitur Fiscus ipsa imperialis, uel imperii camera: non dico patrimonii imperatoris, C. de q̄dri. præscri. l. bn̄ a Zenone. in pri. Quid tamē specialitatis hʒ fiscus: hoc cæsaris & augustæ ratione solet habere. ff. eo. l. fiscus §. fi. Et dicit' quasi fixus, id est, firmus: quia semper est diues, & soluēdo. ff. de fun. do. l. ij. Vel dicit' fiscus, id est saccus, de quo in glo. in. l. prouinciis. §. fiscus. j. de numera. & actu. li. xi. Et differt hic tit. ab illo, de

Fiscus

priui.fis. q̃a hic de speciali iure & cõi, quod h3 fiscus,dicit, de cõi.j.l.i.ij.& iij.de speciali dicit in.l.prohibitũ.Alibi autẽ de cõi tãtum. Itẽ hic titulus est generalis ad omnes sequentes.

De conueniendis fisci debitoribus.

Debitor debitoris nõ potest ꝯueniri a fisco, nisi principali discusso. Differẽtia3 autẽ in ꝯueniendo debitorẽ inter fiscũ & priuatũ gloss tangit hic,& melius in.l.i.§. quando fis. uel priua.

De fide instrumentorum, & iure hastæ fiscalis,& de adiectionibus.

De instrumẽto facto uel omisso in ꝯtractu fiscali dicit.j.l.i.&.iij.Et de iure hastæ,&c.id est,uẽditione quæ fit Hasta fiscalis. subhastatione quãdo fit a fisco,id est, uẽditio, q̃ facile ꝓuelli nõ d3:ut.§. de remiss.pig.l.si hypothecas.Et ꝙ adiectionibus subiicit,dic ut.j.l.si tẽpora.

De uenditione rerum fiscalium cum priuatis communium.

Ratione ptis fiscus põt uẽdere totũ: de h.§.de cõ.ter.l.al.& i.l.res.§.i. ff.de iu. fis.q̃ ẽ notabilis ad hãc mã3.

Ne fiscus re3 quam uendidit euincat.

Rubrica continet summariũ eius, quod dicitur in nigro.

De his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam accipiunt.

Qui auru3 fiscale mutuo sumpsit sine principis licentia, & qui dederit pœna tenebitur:de qua.j.l.ij.

Pœnis fiscalibus creditores præferri.

Licet in ꝯtractibus fiscus præfert aliis creditoribus:quia ad debitorẽ ꝑuenit pecunia:sed si est creditor fisci ex delicto. certe aliis eius creditoribus ex cõtractu fiscus nõ præfert, ut hic dicit.

De fiscalibus usuris.

Ex mora pœnæ non accedũt usuræ de h̃ de magi.cõue.l.fi. &.ff.de usu.l. cũ qdã.§.fiscus.& de iu.fis.l.si fiscus.

De sentẽtiis aduersus fiscũ latis retractandis.

Si sentẽtia lata est ꝯtra fiscũ,põt reuocare intra triẽniũ,si nõ interuenerit præuaricatio,uel fraus.Si uero hoc interuenerit, etiam post triennium: de quo hic est bona & subtilis glos.

De bonis uacãtibus,& incorporatiõe

Bona uacãtia dicunt hæreditatis iacentis,q̃ nondũ est adita,quia nullo modo h3 hæredẽ:de q̃ j.eo.l.uacãtia. Talia bona uacãtia spectant ad fiscũ, nõ ad ciuitates etiã priuilegiũ hñtes: & si occupauerũt ab eis auferunt j.l.i. de hoc.ff.de iure fis.l.i. Sunt tñ q̃da3 ꝑsonæ,q̃ præferunt fisco,q̃s ponit.j. l.i.§. legitimo.Et si res fisco deferat, primo d3 solẽniter examinari p procuratorẽ cæsaris:Secũdo incorporari cum autoritate procuratoris fisci: de quo in.l.si quando.ubi gl.&.l.fi.j.eo.

De delatoribus.

Dixit de bonis uacãtibus, nũc de eorũdẽ bonoꝝ delatoribus.Et not ꝙ Deferre dicit multis modis.Primo,id est,qui aliqd affert:unde dicit,hæreditas defert:ut.§.de carb.edic.l.ii.Itẽ accusat de q̃lib3 crimine:ut.C.ad le.iul. repe.l.iubemus.Itẽ bonoꝝ nũciator. ff.de diuer.& tẽp.l intra.& ita hic.Itẽ deferre.s.honorẽ:ut.§.de epi.& cle.l. presbyter. Hic aũt ponit ꝓ delatore bonoꝝ iniusto,uel iusto Et est iniustus rõne ꝑsona ũ etiã si ꝓb3:ut.j.l.fi. Itẽ ꝓhibent aliqui deferre pp honorẽ,ut clarissimi.Item ueterani. Item milites propter honorem stipendio

Deferre.

Iniustus delator.

rum. Item propter sexum, ut mulieres. Item propter damnationem, ut qui fustibus caesi sunt, & in opus publicum damnati sunt. Item in metallum damnati sunt. Et differt hic titulus ab illo. j. de his qui se defer. quia ibi se, hic alios deferunt.

De petitis bonorum sublatis constitutio gregoriana.

Fisca/lia bona. Quidam tex. habent Bonorum: & tunc dic, de petitis, id est, petitionibus. Alias deest, & tunc pone Petitis materialiter: uel subaudi rebus, siue bonis. Et tractatur hic quomodo bona quae deferuntur in fiscum nemo potest sibi impetrare: & ꝙ concessio facta ad petitionem alterius, non ualet. Secus si fieret motu proprio principis. j. l. i.

De his qui se deferunt.

Dixit. s. de delatoribus, quando alius defert alium: hic quando seipsum. Nam qui grauatus est de restituendo non capaci, si se deferat, lucratur tertiam: uxor uero defuncti non capax se deferens lucratur dimidiam j. eod. l. i. & in. l. edicto. §. cum autem ff. de iur. fis.

Si liberalitatis imperialis socius sine haerede decesserit.

Inter socios imperialis libertatis factae etiam inter uiuos est locus iuri accrescendi, etiam post dominium utrique quaesitum. Et dicitur Socius liberalitatis imperialis cui communiter aliquid ab imperatore donatum est. Nam si talis sine haerede relicto decesserit, ad consortem potius solatium, q̃ ad personam aliam pars decedentis perueniat. j. l. una.

Soci⁹ imperialis liberal.

De thesauris.

Inter caetera iura fiscalia est & thesaurus: ideo de hoc. Nam quaerere thesaurum proprio loco oibus licet. In alieno uero suo noie minime l3. Et si thesaurus inuentus fuerit a fortuna, inter inuentorem & dominum diuiditur. de hoc dicitur Institut. de re. diui. §. thesauros. & in. l. e. iij. §. si in locis ff. de iur. fis. & quid sit, ponitur ff. de acqui. rer. domi. l. nunquam. & ff. ad exhib. l. thesauros.

De annonis & tributis.

De alio iure fiscali dicit. & dic, de annonis & tributis, id est, de tributo, quod praestatur pro annona militii, uel equorum. Vel dic, annona in speciebus, tributa in pecuniis. Nam datur annona in speciebus, tributum in auro, & argento, & aere. Et dicitur Tributum quicquid tribuitur, sed specialiter quod principi datur. Et est sciendum, ꝙ tributum aliud est capitis: ff. de cens. l. fi. aliud agrorum. j. eo. l. i. & utrunque Italicis & quibusdam aliis remittitur. ff. de cens. l. i. & s. de episc. & cleri. de his. Et secũdum tributũ capitis est pro mare integer aureus, ꝑ foemina medius aureus. ar. de cens. l. fi. & j. eo. l. fi. Nomine praedii praestatur quantitas frumenti uigesima in partibus non remotis j. de suscep. l. modios. pro singulis libris argenti quinque praestantur aurei j. de pretio quod thes. infer. l. i. Et differt hic tit. ab illo. s. de anno. & trib. quia ibi de his quae pro salarijs dabantur officialibus, hic fisco. Item ab inferiori proximo, ut ibi nota.

Tributum.

De indictionibus.

Dixit supra tit. proximo de dupli/

ci munere pātrimonij, ut no.in l. indictiones §.tit.i. Nunc prosequitur de altero, scilicet de indictionibus, id est, eo quod personis pro patrimonio imponitur: dicta Indictio, quia indicebatur prouincijs per singula lustra, auri primo, argenti secundo, eris tertio lustro: ut in Auten. de colla. in prin. & in fin. & ex ea fit connumeratio indictionis, quae fit hodie in instrumentis: de qua per glos. in. c. inter dilectos: de fi. instru. Et uocatur hoc tributum indictum. j. l. i. quia ultra ordinarium canonem qui rebus imponitur ei praestatur per singula lustra. Et ponit hic glos. qualiter fit connumeratio annoruȝ domini per diuersas sectas: dic ut in ea.

Indictio.

De superindicto.

Differt a proximo tit. quia ibi propter fertilitatem, uel propter aliam publicam utilitatem, uel necessitateȝ: hic quando aliqua praedia erant deserta: ut in Autenti. de colla. §. si uero aliquando. Ab hoc excusatur ecclesia: ut. §. de sacrosanc. eccle. l. placet. & l. silētiarii. Et in sacris militās: ut. j. de silen. l. i. & de apocrysariis. l. iiij. & j. de excu. mu. l. maximarum. & de canone sac. lar. l. si praeceperit. Sȝ secundū Pla. Superindictum dicit, quod propter fertilitatem inducitur, uel necessitatem pub. extraordinarie non per lustra: Indictio autem uel in dictū quod per lustra: ut. §. tit. proxi. de hoc Bal. in. l. fi. C. fine cen. & re.

Superindictuȝ.

De exactoribus tributorum.

Dixit quae tributa praestāda sunt, & a quibus: nūc qualiter, & per quas exiguntur, qui dicebantur Ducenarii, quia ducentos exigebāt: uel quia ipsi tot erant numero: uel Centenarii, siue Sexagenarij: quod exponeitur §. habetur: & alia nomina prout diuersificātur officia j. de apo. pub. l. penul. & §. de iure fis. l. prohibitum. & l. sup creādis. & publicam. ff. ui bono. rapt. l. ij. § publicanus. & Opinatores: ut j. eo. l. missi. & in prouinciis pertinet ad rectorem prouinciae tributa exigere. l. in fiscalibus. j. eod.

Ducenarij.

De superexactoribus.

Superexactores dicuntur, qui ultra q̄ debetur nomine tributi exigunt: & tales tenentur in duplum, & propter consuetudinem capitaliter puniuntur. j. l. i. & debet restitui protinus ei, a quo exactum est: de quo in l. si bene. ff. de usur. & in l. fi. ff. quod met. causa.

De capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa.

Qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, eorum res distrahantur post duos menses a die captionis. ff. de re iudi. l. debitoribus. Item seruatur solennitas, de qua §. de fi. instrumen. & iure hastae fi. l. i.

De apochis publicis, & descriptionibus curialium, & contributionibus ciuilibus.

Apocha soluenti datur antipocha suscipienti, ut dicit glo & §. de fide instru. l. plures. & §. qui po. in pig. l. pe. Et tractatur hic qualiter debet fieri apocha de recepto a thesaurariis, uel susceptoribus, & descriptoribus, scilicet bonorum quae uocatur Extimum: quas faciunt principes cogentibus diuersis negotiis. unde & illud: Exiit edictum a Caesare Augusto ue

describeretur &c. Et illa debet fieri per singulos ordines, id est, per omnes homines, magnos & paruos. j. l. i: omnes enim soluere debent: ut. §. de anno. & trib. l. in fraudẽ. Et de contributionibus, id est, tributorum solutionibus, quas faciunt tributarii curiati: ad quod. §. de suscep. l. susceptores præsentibus.

cõtri/butio

De canone largitionalium titulorum.

Istam rubricam expone: id est, de regulari præstatione tributorũ, quæ fiebat per scripturas: Largitiones enim ea dicuntur, quæ prouinciales fisco largiuntur, & dependunt. Et dicuntur Tituli: quia specialibus titulis, id est, literis breuibus, uel chartis leguntur: ut. §. de conuen. fis. de. l. fi. &c. §. de anno. & tri. l. iij.

Largitiões. Tituli

Ne operæ a collatoribus exigantur.

Collatores, id est, prouinciales qui tributa præstant, ad operas aliquas non tenentur: nam nec balnea præsidibus succedere sunt cõpellendi. §. ne tribu. laua. præst. l. i. nec bestias eorum cõmodar. j. ut rus. ad mil. off. l. ii. &c. quod prosequere ut hic in glo.

De immunitate nemini concedenda.

Si officialis alicuius profiteatur immunitatem, scribendo aliquem immunem sua auctoritate, illius supplicium flamma est. j. l. i. nec prodest immunitas talis: ut. j. de cens. l. i. &. § de ann. & tri. l. in fraudem &. j. de agri. & cens. l. immunitati.

De conditis in publicis horreis.

Omnia quæ in horreis condita sunt, id est, reposita, debent prius & ante omnia expendi, uel dando militibus, uel uendendo: & antiqua consumi, quam aliquid tangatur de fructibus nouis: nec frumentum nouum prius uendi, nisi antea uendatur uetus. Itẽ species in horreis publicis depositas nullus debet in suam utilitatem conuertere.

Ut nemini liceat in emptione specierum se excusare: & de munere)(scytomæ.

)(Vide hic Alciatũ: qui legit Sitonia

Quãdo urgente necessitate famis uel guerrarum, comparationes frumenti uel ordei, aliarumque specierum prouinciis indicuntur, nullius possidentium excusatio etiam priuilegiata auditur. Item si Respublica habet granum, uel aliud ad uendendũ, omnes debent emere: nec aliquis excusat licet ei necessarium non sit. De secunda parte istius rubricæ nil habetur in nigro: sed in l. ii. ff. de uac. mun. & de admi. re. ad ciui. perti. l. fi. §. itẽ respon derunt Scytomas. Ubi gl. dicit, quia Scytoma est munus publicum: unde Scytomæ, qui id munus gerunt: & forte sunt Scutarii: scytos enim pellis uel corium dicitur: unde Scuticæ & Scuta: quia non sine pellibus sunt secũdũ Fest. quod ex eo coniici licet: quia tex. in. d. l. fi. §. item rescripserit, dicit Scytomas qui non segniter officio suo functi sunt, immunes esse debere. & in. l. ii. ff. de ua. mu. ait: Sextũdecimum ætatis annum agentem ad munus scytomæ uocari nõ opus.

De collatione donatorũ, uel releuatorum, aut translatorum, seu adæratorum.

Si tributarius non potest uti fundo prout in censum descripsit: quia castinate pro parte periit, uel uites ari

Rele/uata præ/dia. Dona ta, Adæ/rata. dæ sunt:ille qui præest cēsui releuati ut.ff.de cen.l.forma. Ante tempora ergo Antiochi quædam erāt releua/ta prædia, aliqua erant donata, ut ni/hil solueret:aliqua adærata, ut aliqd æris soluerent:aliqua translata in alium. Vnde Antiochus fecit, quòd omnia talia soluerent certum quid pro præterito & futuro:quod & Va/lentinus hic confirmat:ut dicit gl.i.

De collatione æris.

Aeris colla/tio. Pro ære potest solui aurum tanti ualoris:intellige quando Resp ex hoc non læditur:ut not.ff.de solu.l.Pau/lus. Collatores ergo qui in uno lustro æs soluebant, possunt dare aliquid pro ære, scilicet aurum:quod licet ca rius sit, tamen facilius dant:Institu. de act §.huic. Vnde statuitur, ut pro xx.libris æris soluant unum solidu3: id est unum aureum. Institu. de pœ. te.liti §.fi.

De discussoribus.

Discus sor. Multis modis dicitur Discussor. Primo, qui inquirit publicos debito/res, & redigit in scriptis: ut hoc titu. l.ij. Secundo, qui statuit rerum pre/tia, ne uendantur nimis.s̄ de inde.l. nullus. Tertio, qui inquirit, & exami nat faculeates aliquorum pro impo nenda collecta.j.de censib.l.per æqua tores & ita potest intelligi.l.i. huius tituli: & de eius officio loquitur. s̄. de tut.& cura.illu.l.i. Quarto dici/tur, qui desertis agris quærunt colo/nos, & inquirunt an sint idonei:ut.j. l.fin. Item est operis discussor.s̄.de di Cōcus sor. uersis iudi.l. sancimus. Alias dicitur Concussor, qui terret homines præ/textu publici officii: dixi. ff. de con/cuss.

De decurionibus, & filiis eorum: & qui decuriones habentur, & qui/bus modis a fortuna cu/riæ liberentur.

Decurio a decem dicitur. ff. de uerb.sig.l. pupillus.§. decuriones.ut dixi.ff.eod.titu. & differunt a curia/libus: quia Curialis genus, Decurio species:ut d.l.pupillus. licet Py.dicit non esse inter eos differentiam, arg. s̄.de incest. nup.l.cum ancillis. &.s̄. de episco.& cler.l. si quis presbyter. Item not. quia decurio habet hono/rem & onus. Honor, quia non tor/quetur, etiam finito decurionatu. & de quæst.l. nihil. Item datus curiæ decurionum naturalis fit legitimus: ut.s̄.de na.lib.l.quoniam. De onere constat. Quibus modis autem libe rentur ab eo onere uel fortuna ponit l.fin. & hodie consiliarii ciuiratum dicuntur Decuriones: ut dicit glo.su/per rubro hic, quam not. Decu rio.

Si seruus aut libertus ad decu/rionatum aspirauerit.

Libertus qui non habet ius anulo/rum aureorum, nec est restitutus na talibus, Decurio factus, cum pœna remoueatur a curia j.l.i. Item si ser/uus scienter patitur se ad decuriona/tum uocari, remouebitur tantum.j. lege secunda.

De prædiis curialium sine decre to non alienandis.

Decuriones non possunt uen/dere bona immobilia sine decre/to iudicis:alias non ualet uenditio. & emptor perdit pretium, & resti/tuit rem cum fructibus.j.l.i. & hoc ideo, ut Respu.diuites curatores ha/beat, quales sunt decuriones.j.lege se cunda.

Quando & quibus quarta pars debeatur ex bonis decurionum:& de modo distributionis eorum

De prima parte rubricae tractatur in lege prima & secunda:& dic, Quando & quibus.s.qsi es haeres, nō curialis, uel qsi curialis, sed non in totū. Et quibus debetur, scilicet curialibus. j.l.ij.in prin. De secunda parte tractatur in.l.fi. & aliqd in.l.ij.scilicet qualiter distribuatur, id est, diuidatur inter curiam & haeredes, dic ut ibi.

Decurionū bona.

De imponenda lucratiua descriptione.

Olim curialis non poterat uendere, sed donare sic.l.fi.ō tit. ij. & quando donabat, fuit imposita una gabella, ꝙ ille qui percipiebat ex donatione, uel alio titulo lucratiuo, deberet soluere quatuor siliquas:& ista est descriptio quae imponitur titulis lucratiuis. Hoc praemisso, Imperator dicit, ꝙ ista descriptio imponitur possessionibus tantum, nō hominibus, id est, mancipiis si alienent, nec aliis rebus mobilibus. Item non habet locum in contractibus qui fiunt inter ascendentes & descendentes: in aliis autem sic. Et est differentia inter hūc titulum, & supra proximum: quia in superiori tit. quarta totius rei datur curiae, hic quatuor solidi tantum. Item illa quarta de omnibus rebus, hic de noualibus tantum: ut in prin. huius. Item de titulo successionis tantum, hic, de quolibet etiam inter uiuos. Per quae apparet, ꝙ quandoque utraque descriptio concurrit, scilicet quādo succeditur curiali ab extraneo.

De praebendo salario.

Rubrica interpretatur se ipsam: melius tamen dixisset, de non praebendo: ut patet.j.l.una. uel quia praestat consentiente principe. de hoc ff.de decre.ab or.l.ambitiosa.

Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem, & ad curiā:& locus in quo in rure habitant publicatur. j.l.i.

De municipibus & originariis.

Municeps est genus, Originarius est species: ut not.glo.in l.ciues.j.ti .pxi. Est ergo municeps proprie qui subit munera, siue ibi natus sit, siue non, sed hodie etiam qui non subeunt, ff.ad muni.l.i. Et dicitur Originarius ab origine patris, non sua.j.eodem.l.filios.& ff. e. assumptio §.i.uel secundū Azo.sua etiam: ut j.eo.l.origine.

Municeps.

Originari'.

De incolis, & ubi qu's domicilium habere uidetur. Et de his qui studiorum causa in alia ciuitate degunt.

Superiori titulo de originariis, id est, de his qui contrahunt municipatum origine, principaliter dixit: ut patet per omnes leges illius tituli. Nunc generaliter qualiter isto uel aliis modis. Est autem Incola, qui in aliquo loco habitat: dictus incola, id est, ualde colens prouinciam, in quam se cōtulit, utpote cum propter eam aliam reliquit: de quo multa, uide per glos. in.l.ciues.j.eo. ubi ponitur differētia inter Municipem, Incolam, & Ciuem. De secunda parte habes in. l.ij. & per Bart. in.l.lex Cornelia. §. domum.ff. de iniur.

Incola.

De muneribus & honoribus nō continuandis inter patrem & filiū: & de interuallis.

Continuatio honorum & munerum impeditur inter patrē & filium. Sed neque propterea excusantur perpetuo: ideo dicit de interuallis. de hoc in.c. ad extirpanda de fil. presby.

De muneribus patrimoniorum.

Mun⁹ Munus tribus modis dicitur: uno donum: secundo onus, ut hoc tit. tertio officium. sic š. tit. proxi. de uerb. sig. l. munus tribus. & l. inter donū. & l. munus proprie. & l. pupillus. §. munus. Item munus aliud personale, & aliud mistū. Personale est, quod fit cum solicitudine personæ: Patrimoniale dispendio rerum: Mistum ex utroque prodit ff. eo. l. i. & l. fin in prin. & §. patrimoniorū. & §. mista. dixi aliquid ff. de mun. & hon. & ui de hic glos. super rubro.

Quemadmodum ciuilia munera inducuntur.

Ciuilia munera dicuntur omnia (ut š. tit. i. l. i.) in quibus inspicitur ꝑsona eius, qui imponit munus, uel indicit, ꝙ habeat illud officium: ut š. de iur. fis. super creandis. & de decur. l. ij. Secundo inspicitur quod est j. l. fi. Tertio persona eius, cui indicitur: Quarto origo natalium: Quinto facultates: Sexto consuetudo, ff. de mu. & hon. l. honor. §. de honoribus Persona, ut sit habilis uel non excusetur. Origo, ut honores ingenuorum non deferātur liberto. š. ad. leg. Iul. uis. l. i. Facultas, ut sit sufficiens muneri adiūcto. Item septimo, ut potiores eligantur ff. de decu. l. honores. Et octauo quod dicitur j. l. ii. Nono, quod dicitur. j. l. i. Decimo. quod. j. l. pen. In personalibus hæc considerantur: sed in patrimonialibus non omnia.

Mune ra ci.

De his qui sponte munera subeunt.

Dixit de cogendis: nunc de spontaneis. Et dicas ꝙ immunis sponte decurionatum suscipiens, omnia munera decurioni iniungenda subire cogitur, nisi pacto iuuetur: ut. j. eo. l. i. Sed aliud munus suscipiens in alijs non præiudicat: ut. j. l. ij.

De his qui a principe uacationem acceperunt.

Titulus est clarus.

De uacatione publici muneris.

Dictum est š. quod a solo principe cōcedat uacatio: hic quæritur, nunquid concessa aliquid operetur. Et dic Munus aliud Publicum, quod in administranda Repub. sine tit. dignitatis subimus. ff. de mun. & hon. l. honor. §. i. Aliud priuatum quod etiam Publicum est quo ad quid: ut Instit. de excus. tut. in prin. Et dicitur, ꝙ uacatio simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria. Et dicunt Ordinaria, quæ imponuntur lege, senatusconsulto, & constitutione principis. Alia dicuntur Extraordinaria, de quibus. j. de mul. & in q̄ loco. l. ij.

De decretis decurionum super immunitate quibusdam cōcedenda.

Sicut decretum super multis alijs imponitur, ut super alienatione prædiorum curialium. & super eligendo syndico uel actore. ff. quod cuiusque uni. l. nulli. uel alio officiali. š. de decur. l. ij. Item super salariis medicorum,

& magistrorum liberalium artium, ff.eo.l.iii.Item super bannis & statutis.ff.eo.l.fin.Ita & super immunitate concedenda, ut hic.

De excusationibus munerum.

Quib9 casibus excusat a mun. Casus ponit, propter quos quis excusatur. Et est. Excusatio alicuius iustæ causæ allegatio, propter quam artari non debet ad subeũda munera. ff.de uac.mu.l.i.i.responso. Et distingue, quia excusatio aliqua Temporalis & Personalis: ut s. de uac.mu.l. his qui.& l.honoribus.§.i.Alia perpetua ff.de uac.mu.l.pen.in prin.Itẽ alia Plena, cum a muneribus tantum personalibus excusatur, non autem ab honoribus. Plenior, cum etiam ab honoribus non a principalibus. ff.de ua.mu.l.ii.§.qui patrimoniorũ. & l.pen.§.duo. Plenissima, quando a quibusdam patrimonialibus excusatur.ff.eo.l.his honoribus §.angarias.& de mune.& hono.l.fin.§ pen. Sed ab omnibus aliquem excusari nõ meminit Py.se legisse, cũ etiam Imperator, & Augusta quædã talia habeant: ut j.de quib.mun.l.ii.& s.ut in emp.spe l.i.sed eligitur.ff de im. imu.l.semp.§.l3 & j.de priui.eor.qui in sa.pa.l.iii.& j.de profes.l.medicos.

Quibus muneribus uel præstationibus nemini liceat se excusare.

Hic titulus differt ab eo s.de immu.ne.conced.quia ibi specialiter de immunitate tributoru3:uel ibi ostẽdit, in quibus casibus specialiter immunitas concedẽda sit: hic autem generaliter, in quibus non potest aliqua excusatio opitulari.

Qui ætate uel ꝓfessiõe se exucusant.

Quidã habẽt hic, Qui ætate, &c. alii, qui professione.& j.in l.manifesti.habetur, qui ætate.S3 certe professio sola non excusat:sed ætas sola. Nam studentes habent immunitatẽ a muneribus personalibus usque ad xxv.ann.j.l.i.& liberantur a personalibus muneribus: non autem patrimonialibus.j.l.ii.

Qui morbo se excusant.

Hic perpetuo, uel ad tempus excusat, prout temporalis, uel perpetuus. ff.de excu.tu.l.nõ solum §.fin.& ff. de uac.mun.l.pe.

De his qui numero liberorũ, uel paupertate, excusationem meruerunt.

Hic tit.& superiores nõ superfluũt ad titu.V.libri Codicis:quia ibi quo ad tutelã solũ, hic q̃ ad munera De prima parte rubricæ loquunt oẽs aliæ leges, præter.l.cũ facultates & l.eos. quæ tractant de secunda parte.

De professoribus & medicis.

Professores dicuntur doctores qui profitentur & docent scientiam, siue Romæ sint siue in patria, hñt excusationem.ff.de uac.mun.l.eos.qui. Nisi doctores legum qui tantum Romæ docentes excusantur, ff. de excusat.tuto.l. sed & reprobari.§.fin. Poetæ autem nulla immunitatis prærogatiua iuuantur, j. l. iii. nec Geometri. j. l. oratione.nec etiam qui primas literas docent.ff.de uac. mun.l.ii.§.fin. Poeta

De athletis.

Athletæ dicuntur, qui sine merce de uirtutis gratia pugnabant, ff.de infa.l.athletas in sacris certaminibus.& j.l.i.& fiebat approbante principe. ad quod ff. de polli.l.Græca, quæ incipit, Honoris gratia. Consue-

tudo erat, & adhuc est, quod quando fiebant torneamenta, uel hastiludia, & similia: quod ei, qui se melius habebat, imponebatur signum uictoriæ aliquod super caput: ut dicit hic glos. Et si quis fuerit ter coronatus iuste, non prece, debet habere immunitatem. Hinc est, quod scholaris ter examinat: de q in l. magistros. §. ti. pxi. & Doc. in c. ppofuisti. de pbat.

De his qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt.

Quomodo milites sacramento teneantur, dixi aliquid ff. de test. mili. & de re mili. & no. ff de infa. l. ii. §. milites. Et de missionibus eorundem honesta, causaria, & ignominiosa alibi dixi: & habetur ff. de re. mili. l. milites. §. missionum.

Quibus muneribus excusantur hi, qui post impletam militiam, uel aduocationem, per prouincias suis commodis uacantes cõmorantur. Et de priuilegiis eorum. Et de conductoribus uectigaliũ fisci.

De primis partibus rubricæ nigrum non tractat, sed tantummodo de conductoribus uectigalium, & sic ultima parte De prima parte tractat quædam constitutio Græca.

De libertinis.

Dixi ff. de sta. ho. sed hic tractatur de obsequio ciuitati debito. Sed s. de lib. & eorum liber. dicitur de obsequio debito patrono. & sic non superfluit hic tit.

De infamibus.

Hic tit. differt a tit. s. de infa. quia ibi de causis infamiæ: hic de iure infamium: & sic non superfluit. De hoc dixi ff. qui. et caus. infa. irrog.

De reis postulatis.

Pendente processu criminali non potest quis ad honores uocari. facit ff. de mun. & hon. l. reus delatus 1 & in c. fin. de accu.

De his qui in exilium dati, uel ab ordine moti sunt.

Quia missi in exilium infames fiunt, sicut & dãnati sunt: ideo de his. Et est triplex exilium, ut dixi ff. de interd. & releg. l. exilium.

De filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur.

Qualiter filius obligetur honoris reddita ratione: & pater pro eo teneatur, qui consentit decurionatui filii existentis in potestate. Secus si erat emancipatus.

De periculo successorum parentis.

Onus dignitatis quæsitæ filio per patrem transit ad hæredem. facit ff. de mun. & hono. l. si filium. §. idem scripsit. de quo ff. de coll. bon. l. i. §. sed nec castrense. & ibi per Bart.

De mulieribus, & in quo loco munera sexui congruentia, uel honores cognoscant.

Mulier in loco domicilii mariti subit munera personalia: patrimonialia uero in loco in q est pñmoniũ de hoc j. de digni. l. mulieres. & i l. filii. §. uidua. ff. ad mun.

De legationibus.

Legatio est psonale munus: ut ff. de mu. & hon. l. i. §. i. & l. fi. §. leg. & dicit Legatus: q a ciuitate uel principe mitti ad principẽ, uel ad aliũ: ut hoc tit. Alias Legatus dicit pcõsul. ff. de off. pcõ. l. obseruãdũ. §. i. & l. fi. Alias Legatus.

Legatus Ecclesiæ ad papã.ut Autent. de sanct.epis.§.si uero episcopus.coll. ix.& in l.diem.ff.de off.asses.Nobiliũ autem dicuntur Nuncii,uel Missi: ut hic gloss.rubri.

De excusationibus artificium.

Differt a tit.s̃.de profes.& med. quia ibi de literalibus artificibus: hic de his, qui tantum operatione manuum excusantur docentes,non discentes.ut no.j.l.i.& scripti in breuibus cuiusq; ciuitatis,non autem oẽs: ut j.l.i.in prin.

De priorib⁹ ad munera nominãdis.

Qui excusant dixit:nũc qui subire debeãt.Vel,dixit de excusatis quibusdã nũc de aliis quando alius est prior.

Si propter inimicitias creatio facta fuerit.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias facit aliquem,si uult,posse appellare: de hoc Institu.de excu. tut.§.item propter fam.s̃.de decre. decur.l.fin.

De sumptuum recuperatione.

Electus qui habet excusationẽ recuperat sumptus quos facit in lite ab eo qui eo qui eum nominauit.facit ff.de uac.mun.l.i.§.sed si calũ.& .ff. decur.l.ii.

Si post creationem qui decesserit.

Onus subeundi munera non trãsit ad hæredes mortuo patre.

De tabularis,scribis,logographis, & censualibus.

Qui scribunt prædictos nominatos ad honores,& munera, & tributa soluta,sunt Tabularii.qui faciẽdis publicis instrumentis præsunt in singulis ciuitatibus:hi quoque nominã tur,Librarii,ut hic, & ff.de reg.iur.l. librarius.& Tabelliones.ut in Autẽt. de tabu.& Catholiciani: & sic potest accipi.s̃.de bo.pro scrip.l.si quis. §. fi.licet alio modo ibi exponãt. Alias scribæ dicuntur quia circa principẽ, uel alias magnos iudices actis gestisq; conficiendis deputati sunt. hi quocunque modo uocantur Scriptores, Notarii, Libellenses, Memoriales, Pragmaticales: Epistolares: Exceptores.C.de ap.l.præcipim⁹.&.l. i offerẽdis Logographi sunt q̃ publicis rõnibus describendis deputati sunt:& dicuntur a γραφὸς quod est scriptura,& λογὸς ratio,quia rationes publicas scribunt:hi quoque Numerarii appellantur j tit.i.l.duobus. plerũq; tamen unum pro altero ponitur. Item Censuales, qui scribunt sensum: ut hic,& l.quicunque. Sunt & alii, ut j.eo.l.fin.& C.qui po.in pig.

Tabularii. Librarii. Tabelliões. Catholiciani. Scribæ. Logographi. Cẽsuales.

De susceptoribus, & præpositis,& arcariis.

Differt a tit.s̃.de exac.tribu.quia illi app.inuitis,hi a sponte soluentibus:Vel, alius est exactor immediatus a collatore alius suceptor,qui suscipit ab exactore.ut hic, q per quoddam medium dicitur a collatore suscipere,j.l.diu.& l.medios.Et sunt Præpositi,qui præsunt susceptorib⁹, qui accipentes ponebant in arca, uel horreo publico j.eo.l.ii.sub custodia Arcarii, qui arcæ claues tenebat: de quibus j.l.duos.& l.fi.non ut diu teneret j.l.diu.sed.q̃ diu habeant,quod cõpetenter mittatur.agr.ff.de admi. tu.ita Auten.de quo uide gl.j.eo.l.i.

Exactor. Præpositi. Arcarii.

De ponderatoribus,& auri illatione.

Ponderatoribus auri, id est, qui ponderibus

ponderibus publicis præsunt, quos Græci Sygostatas appellant, ut j.l.ii. creditur & statur in his quæ impro/ bant uel approbant. Auri autem illa/ tio, dicitur aurum illud, quod infert a collatoribus, ut lancibus uel libra/ mētis librarum appendatur.

De auri publici persecutoribus.

Perse/ cuto/ res auri. Susceptoribus non licet pecuniam acceptam sine licentia in massam re/ digere: & habita licentia non debent hoc retardare: tales dicuntur persecu tores auri, id est, decoctores.

De his, quæ ex publica collatione illa ta sunt, non ursurpandis.

Differt ab illo §.de his qui ex publi ca.acquir. quia ibi de accipiente, hic de dante. Nam pecuniam publicam non potest quis dare mutuo, uel alio titulo, uel in suam utilitatem aliter conuertere.

De auro coronario.

Aurum coronariū, dicitur, quod confertur ad coronationes principū: ut ea quæ in templo pendentia a Ti to & Vespasiano sublata sunt. Vel dic quod dabatur athletis: & hoc præ/ stant Iudæi ex consuetudine §.de Iu/ dæ.l.Iudæorū.& facit §.de statuis.l. in nostræ.&.l.fin.

De irenarchis.

Irenarchæ sunt, qui corrigendis moribus præficiuntur: unde est per/ sonale munus. ff.de mun.l.fin §.ire/ narchæ. maxime in sedandis discor/ diis. ut j.l.i.§.& in comprendendis latronibus. ut §.de cust. reo.l. diuus. & dicuntur quasi arcentes iram: quia iræ sumendæ in turbatores publicæ quietis & pacis gerant monarchiam, secundum gloss. hic.

De argenti pretio quod in the/ sauris infertur.

Pro argenti summa, quam quis inferre ærario uel thesauris tenetur, pōt aurū inferre: ita quod ꝓ singulis libris argēti quinꝗ; flore nos inferat.

LIBER. XI.

De nauiculariis, seu naucleris publicas species transportantibus. Et de tollenda lustralis auri persecutione.

NAuicularii tribus modis dicū tur, primo facientes naues. Secundo pro his, qui maiorē partem suæ substantiæ posuerunt in mercantia nauium. Tertio pro his, qui ducunt naues. Ne ergo rubri/ cæ possit esse dubitatio, apponit de naucleris, ut intelligat solum de du/ centibus naues. Natura enim dictio nis Siue est, ut licet uerba disiungat, sensum tamen coniungit, ut duo pro eodem ponantur, ut ibi, Alexander si ue Paris. ut no. in simili in l. penul. de in litē iurā. Sunt aūt Naucleri q anno narias spēs a susceptorib[9] uel præpo sitis accipere in prouinciis & Romā uel ad castra, ubi erant milites, defer/ re debebant: & sic dicuntur seruire an nonæ urbis: ut j.l.iii.& ff.de iur.im/ mun.l.semper.§.negotiatores. Et ta/ les portātes res publicas hñt plenā se curitatē i eūdo & redeūdo. j.l.i. De lu stralis autem auri persecutione nihil habemus in nigro. Siue.

De prædiis, & omnibus rebus nauiculariorum.

Hoc intelliges ut §.titu.proxi in

rubro.& omnes res eorum sunt huic oneri subiectæ, quocunque etiam res ierint, quasi quadam fraude.j.l.i.& ij.ideo de his.

De nauibus non excusandis.

Naues quæ sub nomine & titulo alieno excusant, publicant.j.l.i.& ij. & in l.iubemus.C.de sacrosanc.eccl.

Ne quid oneribus publicis imponatur.

Qui cogit nautam ad suscipiendum aliquid ultra onus, tenetur ad emendationem damni quod inde sequitur,& criminaliter punitur.j.l.i.

De naufragiis.

Quia quandoq; per onus priuatū cōtingit naufragium, ut ĝ.tit.i.ideo de hoc.& dicitur Naufragiū,quasi nauis fractura,a naue & frango,q̄a plerū que nauis frangitur dum naufragiū committitur.Et quia lex huius titu. de consuetudine non obseruabatur, ideo Fridericus fecit Autent.nauigia. C.de furt. Naufragiū.

De metallariis & metallis, & pro curatoribus metallorum.

Naufragium contingit sæpe per pondus metalli: ideo de his.Vel, dixit de transuectione & naufragio:nūc qui ea transmittāt. Et quia metalla pretiosiora sunt,de metallariis q̄ ea inferāt,& pcuratorib⁹ q ea exigūt,atq; custodiunt,deq; ipsis metallis uideamus.Et de procuratoribus dicit j.l. cum procuratores.In aliis legibus dicit de metallariis, & metallis.Et sunt Metallarii homines liberi,licet sint ascripti ad illud munus,ut inde discedere nō possint,j.l.fi.

De murilegulis,& gynæciariis,& procuratoribus Gynæcii, & de monetariis,& bastagariis.

Supra tit proxi.in l.per annos:dixit de Aurilegulis:nunc de Murilegulis Et sunt qui legunt, id est,colligūt murices,id est,pisces ex quorū sanguine tingebat sacra purpura.j.eo.l.si qs noui.Sic Conchylegulí qui legunt conchylia: ut j.l.fi.& omnes erant serui palatii. Item Gynæciarii, qui pānos texunt & conficiunt, inserendo sericum, & aurum : & sic faciunt auratas paragaudas,ut dicit hic glo. j.l.iij.& v.Vnde Gynæcium locus est,ubi hæc fiunt:ut j.tit.i.l.i.Sunt & Monetarii : ut .j.l i.& Baphii . j .leg. ij.Lintearii j.l.si quis. Item sunt pro curatores Gynæcii.j.l.pe. Item Bastagarii.j.l.quod ad præsens.hi omnes erāt serui & artifices palatii principis: nec inde poterāt eximi, nisi certo modo.j.l.si quis. Teren.in Phor. Vbi in Gynæcium ire occipio. Muri legu. Conchyleguli. Genæciarii Monetarii. Lintea rii. Bastagarii.

De uestibus olobaris,. & auratis: & de tinctione sacri muricis.

Dixit de officialibus pannorū,nūc de ipsis pannis:& est Olobarus,uestis quæ tota deaurata est,ab olon,quod est totū,& baros aurum. Et differt a sequente,scilicet auratis:quia de optimo auro,quod in uulgari foliatum, in legibus obrizatum dicitur,ut j.de uete.nu. po.l. fi. sed ibi de quolibet auro : uel hic tota erat uestis, aurea de optimo. ibi deaurata similiter in totum. Est & alia uestis, quæ aurum habet tantum in paragaudis, id est, brostis:ut j.l.i.De tinctione dicit l.iij.& iiij. Olobarus Foliatum. Paragaudi

De fabricensibus.

Est tēpus belli,& pacis , in proce.

pulchritudo. Insti. uestium tẽpore pace is ut s. tit. i pulchritudo armorũ tẽpore belli ut hic. Fabricẽses ergo sunt q publica arma faciũt in publicis fabricis, & nõ alias Et dãt primicerio quo reponat in publicis armamẽtis ut i Autẽ. de ar. Et dicit hic Faber stricte, alias ponitur pro omni ferri percussore: ut ff. ad leg. rho. de iac. l. i. §. j. Alias etiam pro tignario. ff. de u. sig. l. ferri § fi. Sed in Auten. eo. dicuntur Fabrifici & Armificatores, q hic dicunt Fabricenses. Et no. q priuato non licet facere, uẽdere, emere, uel trãsferre arma, sed habẽt cultellos paruos ut in Auten eo. dixi. & multo magis fustes & lapides licet & hæc arma dicantur: ut ff. de uerbo. sign. l. armorũ. de his glos. in c. si iudex laicus. de sententia excom. lib. vi.

Fabricẽs.

De ueteris numismatis potestate.

Dixit de fabricatione armorum: nunc de fabricatione monetæ: & dic quod Numisma, & Aureus & Solidus auri, idem est: ut hic s. de spor. l. ij. & i Euãgelio, Cuius est imago, &c. Cuius pondus erat tale, ut lxxii. facerent libram auri: ut s. de suscep. l. quotics. hoc numisma, siue moneta, tantum fiebat olim de auro: ut j. l. si & effigies principis erat. j. l. i. & usufructus ueluti gãmarũ poterat legari in eis. ff de usufruc. l. numismatũ. & qui hanc falsant puniuntur. ut j. l. fin. Hodie uero cũ concessione principis fit a regibus & ciuitatibus etiam de ære non tamẽ priuato. s. de fab. l. ii.

Aurĩ pondus.

Nulli licere in frænis, & in æquestribus sellis, & i baltheis, margaritas & smaragdos, & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.

Satis clarus est: & dicuntur Equestres sellæ ab equo: In baltheis, id est, cingulis, & uidetur hic poni pro cingulo equi uel pectorali, quæ quasi cinguntur De palatinis artificibus ponitur in §. nulli. usq; ad fi. ubi loquit de facientibus istas species sic ornatas.

Equestris sel.

De classicis

Quidã habent in rubrica, de classibus, id est nauibus paratis ad bellum ut sunt galeæ. Alii etiam habent classicis, id est, hoibus ascriptis ad classes ducendas. & hæc plus placet Bar. quia iste liber principaliter tractat de hominibus conditionatis, ascriptis alicui muneri.

Classici.

De curialibus urbis Romæ.

Decuriones a muneribus excusantur: ut s. de suscep. l. fin. & maxime urbis Romæ decuriones & differt a tit. de Decur. quia hic speciale.

De priuilegiis corporatorum urbis Romæ.

Corporatus dicitur, qui in corpore aliquo scribitur proprie sicut quod libet membrum hominis corporatũ dicitur: & ciuis factus uel incola. Et sunt priuilegiati ut plebei a tributo capitis excusentur. j. de. ca. ciui. cen. l. i. & facit j. de alex. prin. l. i.

Corporatus.

De pistoribus.

Pistores dicuntur mancipia facientia panem palatii: sic j. de frum. urb. const. l. i. Hi subsunt comiti horreorum, ut hic dicit: & in omni tempore de eis ius dicitur: ut s. de fer. l. publicas. & conueniuntur secundum P. sub comite rerũ priuatarum, id est, procuratore Cæsaris: ut s. ubi cau. fis. l. si quis. & l. dominicis.

Pistores.

De suariis, & susceptoribus uini, & cæteris corporatis.

Suarii dicuntur Porcarii, qui custodiũt porcos ciuiũ in pascuis. ut j.l.i. De susceptoribus autem uini nihil in nigro dicitur: sed de eis dicitur š. de suscep.l.modios.

De collegiatis, & chartopatris, & numulariis.

Col/legia/ti. Dixit specialiter de quibusdam collegiatis nunc generaliter. Et dicuntur a collegio, ut priuilegiati a priuilegio & idem dicuntur Chartopatri, quod eorum nomina scribuntur in charta uel matricula patriæ, quasi in patriæ charta descripti. j. numerũ. sed si qui sunt supra numerũ, nõ gaudent priuilegio. j. §. quod autem. Vel dicuntur Chartopatri id est, qui gaudent in patriam secundum Græcos. Dicitur enĩ apud Græcos. patra, apud Latinos patria. Vel dic tertio ut in fin. huius legis.

De studiis liberalibus urbis Romæ & Constantinopolitanæ.

His duabus ciuitatibus tantum legitimũ fit studium, non alias, nisi ex priuilegio: ut in proœ. ff. §. hæc autem tria. Hodie imperiũ est scissum, & studium multis locis fit, maxime Bononiæ, quæ legalibus studiis obtinet monarchiã: de hoc in cle. i. de mag. Bononia.

De honoratorum uehiculis.

Honorati erant quidam, qui habebant priuilegia, ut intrarent secreta rium principis, & aliorum iudicum, & sedendi in consultationibus. j. de offi. di. iudi. l. ii. & iii. Vel ponitur pro his, qui habent dignitatem, siue administrationem: de quibus in Auten. ut ord. præf. quod in idem reincidit. Et his licet uti uehiculis dignitatis, id est, carrucis, si uolunt. j. l. i.

De priuilegiis urbis Constantinopolitanæ.

Vrbs Constantinopolis ipsius ueteris Romæ prærogatiua gaudet: ista appellatur noua Roma, ut š. de sanc. eccl. l. omnium. Est ergo mater legũ. ut in Autent. ut ro. eccl. in princi. Itẽ eius ꝯsuetudinẽ sequitur. š. de re. iur. en. l. i. §. fi. & Insti. de satisda. §. fi. Itẽ mater fidei erit ecclesia illius ciuitatis. š. de sac. san. eccl. l. fi. Sed tẽpestate nr̃a diis indignãtib⁹, aduersoq; astro incuriaque principũ catholicorũ in manus miserum perfidissimi Turcæ cum dedecore & deterrimo Christianæ Reipub. interitu ac pernicie deducta: dii bene uertant. Cõstãtinopolis.

De metropoli Beryto.

Berytus & Tyrus ciuitates in prouincia Phœnicis, & Syriæ š. qui ætate. l. i. quarũ una erat ante metropolitana, nunc fit & alia. Et dicitur Metropolis matricia ciuitas: nam componitur ex μήτηρ quod est mater: & πόλις ciuitas. Et inde Metropolites is dicitur, qui ei ciuitati sacerdotio præest, quem canones Metropolitanum appellant. Metropolis

De canone frumẽtario urbis Romæ.

Certus canon, id est, mensura in frumento singulis annis mittebatur Romam, š. de sacrosanc. eccl. l. placet. Et appellatione Frumẽti omnia quæ ad uictum sunt necessaria accipiuntur. š. de suscept. l. modios. & j. l. ii. in pri. Et in publicis horreis Romæ imponebat. š. de cõdi. l. pub. hor. l. i. & ii. Frumentum.

De frumentario urbis Constantinopolitanae.

Cum qua prouidentia deferatur frumentum, dixit s. titulo j. nunc qualiter delatum expendatur. Quod enim in una urbe dicitur, & in alia intellige, s. de priui. urb. constan. quinimo idem in horreis publicis aliarum ciuitatum. s. de codi. in pub. hor. l. ij.

De annonis ciuilibus.

Annonae ciuiles id est, salaria, non dantur pro titulis dignitatis, puta qua doctor, sed pro meritis, ut qui bene legit, & satisfacit illi officio, ad quod praepositus est.

De mendicantibus ualidis.

Quia mendicantes reficiuntur publicis annonis, de quibus est dictum: & debet hoc fieri scilicet uere mendicantibus, non fictitie: ideo de mendicantibus ualidis, id est, robustis, quos Spanaldos uel Galiotas uulgus appellat, secundum glos. hic: qui mendicare non debent, ne miseris, &c, uere debilibus panem auferant: ut hic, & in Auth. de quaesto. & v. q. v. non ois. & lxxx. dist. c. i. & gl. sup Matt Iustius feceris, si inime petentem correxeris, quam si ei dederis.

Spanaldi Galiotae.

De nautis Tyberinis.

Nauis Tyberina dicitur, quae nauigat in flumine Romano, conuehendo Romam, uel extrahendo ad castra.

De frumento Alexandrino.

Primo confirmat salarium, quod praefectus orientis statuerat quibusdam officialibus praepositis ad congregandum frumentum in ciuitatem Alexandrinam, & ad tuendam substantiam nauicul ariorum, quae erat obnoxia Reipublicae. Secundo prohibet ad aliud officium uocari decuriones. De hac ciuitate Alexandrina dic ut dixi ff. de offi. iuri. Alexan. pag. 15.

De Alexandriae primatibus.

Alexandria dicta ab Alexandro magno, cui plurimum fauetur in iure, puta in alimentis: ut s. tit. i. Item & habet iurisdictionem, ut s. de offi. iuri. Alexan. Item eius primates, id est, decuriones, habent immunitatem purgandi fluminis Nili, ut hic.

De iure Reipublicae.

Quomodo accipiatur Respublica ponit glos. in corpore, de haere. & fal. in princi. dixi. s. de iure fis. pag. 213.

De administratore rerum publicarum.

Parum esset ciuitatem habere iura, nisi essent qui ea administrent: ut ff. de orig. iur. l. ii §. post origine. Et hi per eliguntur decuriones quoscunque per magistratus, uel per ipsos magistratus eligunt decu. l. ii. & ut s. de sucept. & arc. l. exactores. & ff. ad munic. l. Lucius. Et sic, alius est Magistratus, qui iurisdictionem exercet, alius Administrator, qui temporalia gerit: ut hic & ff. eod per totum.

Da uendendis rebus ciuitatis.

Administratores, de quibus tit. prox. uendunt res ciuitatis. Et talis uenditio pura & perfecta non debet a Repub. reuocari, licet per alium maius pretium offeratur. j. l. i.

De debitoribus ciuitatum.

Debitores ciuitatum non possunt in eis habere honorem, nisi prius debita soluant: de quibus infra.

De periculo nominatorum.

Nominatores,id est,electores offi cialium publicorum, non tenentur pro electis,licet fideiussores non rece perint,si tempore depositæ admini/ strationis soluendo fuerint.Sed si nõ fuerint,conueniuntur nominatores, tamen post excussos reos:quod dic ut.ff.de administr.rer.ad ciui. ptinẽ. l.prior.§.fin.

De periculo eorum,qui pro ma gistratibus interuenerunt.

Sicut nominatores tenentur offi/ cialium electorum, ut s̃.tit.proximo: ita & fideiussores ut hic.De hoc dixi. ff.de fideiuss.& nominato.tuto.

Quo quisque ordine conueniatur.

Ad/ mini stra/ tores. Administratores ciuitatis tenen/ tur insolidum omnes,licet simul ad ministratio sit concessa. Secus si por tionibus diuisis:primo tamen gerẽs. secundo non gerens cõuenitur:quasi uno mortuo, alii in a dministrando culpam commiserint:pro tali culpa hæredes mortui nõ tenentur.De hoc dixi .de magi.co ue.

Si quis liber inuitus actum Rei publicæ gerere cogatur.

Libera persona iuuit a actum Rei/ pub. administrare non cogitur. Et dic, Actum, scilicet seruilem, quem serui tantum ciuitatis faciebant. ff. Actus de neg.gest. l. cum actum. Procura/ tio uero & officia Reipubli. liberis tantum conueniunt: ut. s̃. de tab. l. generali. &. s̃. si seri aut liber. l.i. & ii. Alias dic Actum, id est, tabu/ lariam, ad quam serui publici,id est, notarii tantum coguntur: ut.s̃. de ser.Reipub. ma.l.fi.facit s̃.de oper.li/ ber.l.qui manumittitur.

Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere.

Si unus ex pluribus officialibus ele ctus expensas totius muneris suppor tauerit,pro rata eas repetet a collega.

De his qui ex officio,quod admi nistrauerunt,conueniunt.

Reipu.debitor si reperitur minus idoneus, administrator tenetur ad sortem,quam ei mutuauit:nõ autẽ ad usuras tenetur.

De solutionibus,& liberationi/ bus debitorum ciuitatis.

Apochæ a seruis publicis de solu/ to confectæ,ita demum debitoribus soluentibus prosunt, si a curatore Reipu.sunt subscriptæ, aut pecunia soluta in utilitatem publicam est cõ uersa,& non aliter:& si dolo serui pu blici debitor soluerit pecuniam cura tori, nec in utilitatem publicam est conuersa:tenetur curator de peculio eius serui,& debitor remanet obliga/ tus.

De spectaculis,& scenis,& lenonibus.

Hic Imperator permittit quibus/ busdam, qui Gymnici appellantur, celebrare spectacula:maxime cum ip si ueiint ea facere suis expensis: & dic de spectaculis & scenis reseruandis, ut hic.l.i.& de lenonibus poliendis, ut.j̃.l.fi.Et sunt Spectacula quæ fiebãt Spe/ in scena.s.in loco ubi ludebant. Tra/ ctacu/ gœdi & Comœdi:ut i Autẽ.de psul. la. vl'Scena ẽ loc⁹ &c.ut ff de isa.l.ii.§.fi. Scena

De expensis publicorum ludorum.

Expensæ magnæ exiguntur in prædictis spectaculis, & ludis: ut.ff. de polli.l.septitia.de quibus hic.

De aquæductu.

Aquæduct⁹. Sicut ludus ita aquæductus populum delectant. De Constantinopolitanis & Romæ etiam ueteris aquæductibus dicit publicis: & sic differt ab illo quod dicitur.ff.de ser.rus.præ. l.i.§.aquæductus. Dic ergo, q quidam homines præficiuntur ad custodiam, quibus datur priuilegium.j.eo. decet nimus.& his per quorum fines trahitur:ut.l.i.& certa pecunia ad hoc deputatur, ut j.ad reparationem. &.l. hac.l.nec ex eo extrahitur aqua.j.l.ii. &.l decernimus.in fin.nisi per locum priuatum.j.l.fi.& ueteri consuetudine.j.l.usum & tunc non ex quolibet loco.j.e.l.eos. Sed in casu fallit, ubi priuilegium nihil operatur:ut.j. e.l. omnes. Sed quando trahit gratis habet.j.eo.tit.ad reputationem.

De gladiatoribus.

Gladiatores. Gladiatores erant, qui publica spectacula edebant, & præsertim cruenta, quibus cruor ex dimicatione gladiorum eliciebatur:ut in torneamentis,& pugna bestiarum, tales hic reprobantur:non alia spectacula, de quibus ff.de spect.l.i.

De uenatione ferarum.

Leones capere cuilibet permittitur.Item quando feræ bestiæ capiuntur,& conducuntur per aliquam ciuitatem, uel comitatum, non debent ibidem morari ultra septem dies.

De maiuma.

Maiuma ludus est qui fiebat in Maio:& sic a madio: uel sub lætitia. Vel maiuma Græce, Latinæ ingressus,scilicet æstatis dicitur, secundum glos.quando herbæ frondesq; uirentes lætificant prouinciales.In Bononia fiunt reginæ,& Basilicæ.

Vt armorum usus inscio principe interdictus sit.

Nulli tribuatur copia deferendorum armorum:de hoc in Auten. de arm.& in c.clerici arma.de ui.& hoc.

De agricolis,& censitis, & colonis.

Agricultura. Omnium rerũ,ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius:ut Tul. Off.nullaq; res utilior fructibus aridis, qui sic colonorum labore proueniunt:ideo de Agricolis in genere,& Censitis Colonis in speciali.Nam Agricola generaliter omnis colens agrum dicitur: de quibus omnibus dicit hic.Et sunt octo genera colonorum: Ascriptitii, Censiti Perpetui coloni, Conditionales coloni, Inquilini, Originarii, Simplices coloni:de quibus omnibus uide glo.hic super rubro.

De capitatione ciuium censibus eximenda.

Ciues Romani habitantes in urbe effugiũt onus capitationis:& est Capitatio tributum, quod pro capite præstabatur.

In quibus causis coloni capite censiti dominos accusare possunt.

Coloni capite cẽsiti q sunt, dic ut j.l.ii.& dic q accusant dñm quando ultra debitũ exigit:ut.l.i. Itẽ in publica actiõe ꝓsequit suã ul' suoꝝ iniuriã: ut.j.l.ii.in fi.Dicunt aũt Capite cẽsiti, q ꝑ singulis capitib⁹ cẽsũ præstant.

De colonis Palæstinis.

Coloni Palæstini nõ pñt a terra recedere,sicut alii:& eoꝝ dñis dat plena potestas reuocãdi domũ.Putabãt.n.

Pale / stina. hi se plus priuilegiatos, eo quod in Palestina, quæ est prouincia Hierosolymitana, natus esset Christus, secundum glo.

De colonis Thracensibus.

Thraces. Thracenses capitationis non præstant tributa, sed tributa terræ: non tamen possunt a terra discedere: & occultans uel retinens colonum Thracensem, id est, ex Thracia, ipsum restituit dño cum peculio & cum agnatione. & punitur in duabus libris auri.

De colonis Illyricianis.

Illyria. Illyriciani dicuntur, qui ex Illyria, id est, Sclauonia sunt: & tales a terra separari non possunt: contra facientes reuocantur, & reuocati submittuntur in uinculis.

De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur.

Nunc de prædiis ex quibus census percipitur. Et dicit quod ager relinquitur ob sterilitatem, & quandoque datur a peræquatore uel censitore nouo possessori: ut. j. de. fun. pa. l. si quis a prætoribus. Aliquando traditur a principe. j. eo. l. fi. Et quando steriles, id est, quando steriles fundi suscepti cum fertilibus compensantur. j. l. v. Imponuntur, id est, adiunguntur.

De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & pascuis, & limitaneis, & castellorum.

Limitrophi. Quidam habent Limitrophis, a trophos descriptio & limite, id est, descriptis ad usum militum, qui milites imperium custodiunt: ut. j. l. i. & fi. & in quibus cessat alluuio: ut. ff. de re. do. l. in agris. Alias est limitosis. hæc siue de nostris, siue de deuictis fundis etiā. Itē in limine imperii nullus debet esse castelli detentor, nisi is solus, cui per principem detentio est commissa. j. l. ii.

De pascuis publicis & priuatis.

Prouidit fundis limitum, nunc pascuis: & tractatur hic de conducentibus prata publica: & de deuastātibus ponit. l. ii.

De fundis patrimonialibus, & saltuēsibus, & emphyteuticis, & conductoribus eorum.

Tam de propriis, quam de fiscalibus dicit: cum omnes sint principis quasi proprii, ar. j. eo. l. i. secundum quosdā. Sed alii de patrimonialibus tantum dicunt. Et quidam ex his nō possunt lucrari, ut constituti per Mesopotamiam. Nec mirum, quia sunt militibus assignati. j. e. l. omnes. & l. nulli. Et saltuensibus de his dicit. l. fin. Et emphyteuticis: ad quam emphyteusim non permittitur accedere, nisi dato fideiussore: etiam si desertum accipitur. j. eod. quicunque. & §. de omni ag. deser. l. iij. Et conductoribus, scilicet personis quibus specialc ius cōceditur, tam pro eis, quam contra eas. j. eo. l. iij. Et nota quod si perpetuo accipiunt, domini sunt, & ideo donāt. j. l. i. nec imperator pōt eis auferre. j. de loca. fun. ci. l. fi. Nota.

De mancipiis & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorū.

Manumissio facta de mancipio fundi patrimonialis a dño, rescindit per procuratores Cæsaris & emptor fundi patrimonialis tenetur stare colono: quem si expulerit, possessione priuatur. j. l. ij. & iii.

De fugitiuis colonis patrimoniali/bus & emphyteuticis,& saltuēsib⁹.

Tales coloni quocunq; se trāstulerint, reuocantur ad pristinam cultu ram agrorum.

De collatione fundorum patrimonialium,& emphyteuticorum.

Ad quas collationes teneātur isti fundi,hic tractatur. Tenentur enim ad ea obsequia,ad quæ alii.j.l.i.

De fundus rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus.

De rei priuatæ, scilicet fiscalis,fundis dicit, quæ res propriæ & priuatæ principis dicuntur:ut ff. ne quid in loco pub.l.ii.§.item hoc.& qui tales comparauerunt propria firmitate possessionis ad posteros suos sine quacunq; retractione perpetui domi nii durabilitate dimittunt.l.i. de ulti ma parte rubricæ ponit.l.nemo.

De fundis & saltibus rei dominicæ.

Si quis oues, uel equorum greges, fundis aut saltibus rei dominicæ immittit,fisco illico uendicentur.j.l.i.

De agricolis & mācipiis dominicis, uel fiscalib⁹ publicæ uel priuatæ rei.

Coloni originales rei priuatæ imperialis,quæ eadem est quæ & fiscalis,ar.j.de offi.co. re.pri. in rubri.ad aliquos honores uel munera ciuitatis non deuocentur:j.l.ii.

De prædiis tamiacis,& de his qui ex colonis dominicis,aliisq; liberæ conditionis, procreantur.

Quidam dicunt debere scribi,De prædiis dominicis,non tamiacis:& probant hoc ex eo quod subiicit, Et de his:qui,&c. Et uolunt in lege prima dicere Dominico, uel dominicæ: non tamiacæ. & in ulti. Fundos Dominici iuris, non tamiaci,secundum P.Sed melius est secundum Io.dicere.Tamiacis,scilicet prædiis,in quibus sunt cellulæ.Vnde Tamiacus,id est,cellerarius, uel cellularius.Tami enim Græce, Latine dicitur cellarium. Vel aliter:Prædia empta erant, ut canonem redderent inter cellulas,secundum Io. Et eorum coloni dicuntur Tamiaci, id est,dominici coloni:quia dicta prædia erant imperatoris. Tamias dispensator dicitur thesaurorū domus, œconom⁹.

De diuersis prædiis,urbanis & rusticis,templorū & ciuitatum, & omni reditu ciuili.

Aedificans in loco publico,soluere debet debitam pensionem pro ædificio,si expediat Reipu.alias ipsum solum cum ædificio uendicatur.j.l.i. Et tertia pars canonis,quæ redigitur ex fundis, & locis Reipu.sufficit ad restaurationem murorum.j.l.ij.

De locatione prædiorum ciuilium, uel fiscalium,siue templorum,siue rei dominicæ,uel priuatæ.

Prædia principis quæ in perpetuum locantur, sunt locanda diuitibus, uel aliis cum fideiussione idonea præstita : & officialis prædicta negligens, debet de suo resarcire omne decrementum.j.l.i. Et a colonis perpetuis fundorum publicorum nō auferuntur fundi, licet alius meliorem conditionem offerat. j. leg. iiij. de quo supra de fundo re. pri.l.i.j.l.fin.

De cōductoribus, & procuratoribus, siue actoribus prædiorum fiscaliū, & domus Augustæ.

Conductores fundorum domus fiscalis, & alii homines dictæ domus cum agere uolunt, uel experiri, debēt ordinario iure: & nulli aliorū patrocinium præstare debent, uel executionis ministerium, ut hic. Et dicit, Domus augustæ adiectiue. nam de suis hominibus. non uxoris. & eius res uiri dicuntur. s. de pact. l. hac generali.

Quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet.

Palatini milites prohibentur a locatione fundorum principis, ut hic.

De collatione fundorum fiscalium, uel rei priuatæ, uel dominicæ, uel ciuitatum, uel templorum.

Præses prouīciæ, & sui officiales, possunt exigere conductores dominicos: & etiam impedire fauorem curialibus Cæsaris uolentibus facere dictam exactionem. Et omnia prædia, ex quacunque causa ad fiscum pertinentia, a transuectione publicarū speciērum non hñt immunitatē. j. l. fi.

De priuilegiis domus augustæ, uel rei priuatæ: & quarum collationum excusationum habeant.

Ad extraordinaria munera, uel superindicta, etiam fiscalis possessor non cogitur. j. l. i nullus autem alius a superindicto excusatur, excepta principis possessione. j. l. fi.

De grege dominico.

Subtrahens equum a grege dominico, id est, principis, ipsum restituit: & in una libra auri punitur. Subtrahens de grege priuati, punitur in media libra: a qua pœna releuatur, si eū obtulerit sponte. j. l. i.

De palatiis, & domibus dominicis.

Aedes principi consecratæ, id est, inclyta palatia ab omni priuatorum usu, & communi habitatione excipiūtur. Priuatorum dixi: quia iudices in eis reddūt ius: ut. s. de off. rec. prouin. l. nullus. & facit. s. de ope. pub. l. quicunque. & de Iudæ. l. in synagoga.

De cupressis ex loco Daphnes uel Perseidis per Aegyptum non excidendis, uel uendendis.

Ementes, uel uendentes arbores cupressi in locis hic nominatis, puniuntur. j. l. i. Perseis nomē loci ē in Aegypto, ubi crescit cupressus: sicut Daphne. Et est ratio, quia continet aggeres tenentes aquam Nili, quæ opportunis temporibus inundat agros, cum in Aegypto non pluit: ut. s. de Nili ag. l. j. Perseis Daphnes

LIBER XII.

De dignitatibus.

Quia ius publicum, de quo supra dixit, non potest expediri, nisi per existentes in dignitate: ut. ff. de orig. iu. l. ii. §. post originem. ideo de dignitatibus dicit, scilicet, qui ad eas admittantur, & reiiciantur: & quæ priuilegia ex his comparant, & quanto tempore durent. Est autem Dignitas qualitas, uel præeminentia quæ inhæret personæ. Et quæ sit differentia inter Dignitatem personarum, & Officium, not. in. c. de multa. de præb. & hoc per Barto. Dignitas.

De prætoribus,& honore præturæ: & collatione glebæ,& claui, & follis,& septem solidorũ functione

De prima parte loquitur.l.i.Et collatione,scilicet sublata.Et erant quædam speciales functiones,quas hic remouet:scilicet Collatio glebæ,uel follis,uel claui, uel septem solidorum. Talis enim actio perpetuo conquiescat.j.l.ii.

De consulibus, & non spargendis ab his pecuniis:& de præfectis, & magistratibus militum, & patriciis.

Missilia. Olim consules creati per urbem spargebant pecuniam, quæ appellabantur Missilia.Insti. de re.d. §. hoc amplius. & hoc in signum lætitiæ: quia qui ad honores eligunt, largius expendunt.quod hic prohibetur.j.l. ii.ne cupidus lucri populus eos sequatur,sed eorum merita.Sed etiam hoc hodie corrigitur, & in uoluntate eorum ponitur spargere uel non, præter aurum, quod soli principi conceditur:in Auten.de consul.§. spargere coll.iiii.

De præfectis prætorio, siue urbi, & magistris militum in dignitatibus exæquandis.

Omnes istos dicit esse pares gradu, licet habent dignitates distinctas: & ille præfertur,qui primo fuit electus in dignitate.

De præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubiculariis,& priuilegiis eorum.

Custodiẽtes cubiculum principis uel augustæ,eandem dignitatem habent,quam præfectus urbi,& præfectus prætorio,& magistri militum. Et hac dignitate deposita,nulla inter est distinctio reseruata,nisi reuerentia temporis.j.l.i. poterunt tamen etiã deposita dignitate,cum uadunt extra urbem uti cingulo suæ dignitatis.j. l.fi.ubi uide de cingulo.

De quæstoribus, & magistris officiorum, & comitibus sacrarum largitionum,& priuatæ.

Officia istorũ sunt s̃. de offi.q̃sto. cum tribus seq.tit.

De primicerio,& secundicerio, & notariis.

Primicerius est is,qui primus scriptus est in matricula notariorum, & qui primum locũ obtinet: Secundicerius,qui secundum:ad quod.j.de dome.l.ulti. Et notariis: id est cæteris postea scriptis. Alii dicũt, Et, pro, id est. Nam idem est secundicerius, quod primicerius,secundum eos.Vel dicitur primicerius, quia primo portabat cereum in aliquo festo: & erat in dignitate,quia spectabilis.j.l. pxi. Alibi capitur pro eo qui primus est in choro,uel in cãtu,absente archiepiscopo.extra eo.tit.i.

Vt dignitatum ordo seruetur.

Vsurpans scienter honorem sibi indebitum,crimine sacrilegii punitur, l.i.& habens dignitatem cum administratione præfertur habẽtibus eandem sine administratione.j.l.ii.

De magistris scriniorum.

Magistri scriniorum dicuntur magistri notariorum actorum magnæ curiæ:quia imperiali etiam quodam modo assidere uidentur maiestati: etiam dignitate finita una cum eorũ filiis a grauamine priuato & publico sunt immunes.concor. sunt in glo.

De comitibus conſiſtorianis.

Comites cõſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in principis conſiſtorio: & proconſulibus adæquantur.j.l l.i & ſunt ſpectabiles.ut in Auten. de app. & intra quæ temp §.illud.

De comitibus & tribunis ſcholariu[3]

Præpoſiti ſcholarium, id eſt illorum qui ſunt per principem ad aliquod officium deputati, principem adorare poſſunt, id eſt, ſalutare. Inter quos etiam Palatini numerantur, ſi eis fuerit data primi ordinis comitiua cum adminiſtratione: depoſito officio, ſi non aſpirauerint ad maiorem dignitatem, pares ſunt comitibus Aegypti & dioeceſis Ponticæ. Alii uero milites ſoluta militia numerãtur inter eos qui fuerunt prouinciarum duces.

Palatini.

De comitibus rei militaris.

Miſſus ob ſuam probitatem ad partes tranſmarinas cuſtodiendas illis dignitatis inſignibus adornatur, quibus proconſul.

De comitibus, & archiatris.

Ar/chiatri. Archiatri, id eſt, militãtes inermi militia intra palatiũ principis, ſi primi gradus militiam obtinuerunt eaz dignitatem adipiſcuntur, quam duces & uicarii principis, qui nil iaz adminiſtrauerunt, & etiaz comites primi ordinis: & dicuntur archiatri, id eſt, ſummi medici ſecunduz glo. hic: ab archia, id eſt principatu.

De comitibus qui prouincias regũt.

Comites qui gubernauerunt prouinciam, depoſito officio, priuilegio dignitatis uicariæ funguntur.j.l.i. & talis eſt ſpectabilis, ut in Autent. de app. §.illud. ſed quidaz ſunt illuſtres: ut.j.de ero.mili.anno.l prouincialiũ.

De profeſſoribus qui in urbe Cõſtantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam.

Grãmatici & Sophiſtæ & Iuriſperiti qui per.xx. annos ſcientiam docuerint in Conſtantinopolitana ciuitate per illius ciuitatis cœtum in arte docendi æſtimandi ſunt digni ea dignitate qua funguntur uicarii principis.j.l.i.Sed Vicarius æquiparatur comiti & duci: ergo ſunt comites & duces: ut.ſ.de comit. & archi.l.i.

De ſilentiariis, & decurionibus eorũ.

Decurio & Silẽtiarius a tyronum equorumq; præſtatione habetur immunis: nec præſtare cogit collectas extraordinarias quæ neceſſario imponuntur. Et dicuntur Silentiarii ſenatores, eo quia ſilenda & occulta cõſilia eis cõmunicantur. Et dicuntur Conſiliarii, ut.ff.de mi.l.uerum.§. ex facto. Et ſunt excuſati a munerib[9].j. l.decurionibus deſcriptis. Sed nõ niſi tres Decuriones, &.xxx. Senatores, ita demum ſi per.xiij. continuos annos peregerint inculpatum officium eorum ĩmunitatez hanc habent, ut ibi.

Silentiarii.

De domeſticis, & protectoribus.

Domeſtici ſunt ſerui, & liberti, & ſimiles ſecundum quoſdam: ut.ſ.de his qui ad ecc.confu.§.ſane.quod nõ placet Accur. quia ingenui ſeruiunt principi: ut.ſ. de præpo. ſacri cub.l. iubemus §.hoc non ſolum. Quare dic, De domeſticis, ut ſunt Templarii, & quidam fratres ad papam: ut.j. l.ſi. Protector uero eſt, qui ſtat arma/

tus coram principe qui Stipatores di cuntur. Vnde Obelrius, & Belisarius fuerūt domestici & protectores Iustiniani: & tam primi, q̄ secundi erant plures:ut Virgil. Magna stipante caterua. Et habebat præpositos, qui Primicerii dicuntur.j.l.ii.

De præpositis laborum.

Quidam habent in tex & rubr. Laborum:nec dicūt cui labori sint præpositi:alii, Labiorum, a labi s:ꝙ forte corrigebant eos, qui male loquebantur de principe: & tunc melius staret labragorum, id est, præsumptuose loquentium. uel dicit hoc laborum, Signum bellicum ex auro & lapidibus pretiosis, quod fecit fieri Constantinus inter alia signa bellica, ſm Hug.& secundū hoc ponitur pro genitiuo plurali sincopato, ut Ceum pro deorum: & Vicarium, pro uicariorum j.tit.proxi.l.fi. & deriuatur a labor,uel a labros,id est,abundans: qui ergo talibus signis defendēdis præponebat, dicebat præpositus labo.

Labo rum.

De proximis sacrorū scriniorū,cæterisq; qui in sacris scriniis militāt.

Quidam habēt præpositis:quod idē est. Dicūtur autem Proximi, quia magis se principi proximant, q̄ alii qui sub eis sunt, qui sunt plures.j.eo. hac parte. Et not ꝙ tria sunt scrinia seu cameræ, de quibus.j.dicitur:una epistolarum,quæ principi, uel ab eo mittebantur, ut fit Bononiæ. Secunda libellorū puentionalium, & cognitionum.j.eo.l.ult. Tertia dispositionum,id est,registrorū.j. de agenti in re.l.iiii.& tales hodie dicūtur Scribæ, & Cancellarii:& sunt hi, ſm Pla.quibus arcana pricipis cōmittunt.j.eo.

Proxi mi.

proximos. Et est dignitas quæ dicit Prox.matus.j eo.l. si quis.Item alii, qui dicuntur Meloproximi.j.eod.peculiarii.Sunt & alii multi gradus militantium in sacris scriniis,de quibus j.eod.unicuique.

De agentibus in rebus.

Ad euidentiā præmitte,ꝙ Agētes in rebus sunt illi,de quibus fit mētio per glo.j.de curiosis l.fin. Et sunt hi, quibus elationū cura mandatur, ut ibi.Et erāt plures diuersi per diuersos numeros:ut j.l.iij.& quilibet numerus habebat præpositum:ut s.de offi. ma.off.l.i.& dicebantur principes:ut j.tit.j.secūdū glo hic. Vel dic melius secundum Bar. ꝙ Principes agentes in rebus,de quibus.j.titu.ii.sunt illi, qui palmam laborum emeriti per lapsum.xxv.ann.per principem,postea quieti traditi sunt.j.tit.ii.l.i.&.iiij:

Agen tes in rebus

De præpositis agētibus in rebus.

De hoc.s.tit.proxi.

De principibus argentibus in rebus.

De hoc supra,tit.ii.

De curiosis & stationariis.

Dictum est in genere de Agētibus in rebus,& eorum principibus.Nunc de duabus speciebus.Prima de curiosis,quorum officiū erat,nuntiare crimina,& remittere criminosos.j.eo. l.fi.Secunda de quibusdā qui præerāt quibusdā euectionibꝰ,ut in tribus.ll. sed tales dicuntur Curiosi,forte quia disceptauerunt de his,quæ nō multū sic expediunt, & plura sapere q̄ oportet uoluerunt.c.i.de remi.lib vi.uel quia maiores curas exhibere uolebant, q̄ res exigeret.iiij.dist. deniq; de cō.dil. v.quinque.hi & Stationarii dicti,qui

Curio si.

Statio narii.

forte stabant certo loco, unde auscultarent crimina, & criminosos deferrent, qui & Irenarchæ dicti, ff. de custo. re. l. dinus. ab iron, quod est cauillator, & archos princeps quasi princeps cauillationis & delationis.

Irenarchæ.

De palatinis sacrarum largitionum, & rerum priuatarum.

Palatini primicerii, & tres scriniorum primicerii, & tribuni prætoriani militari dignitate funguntur, & nulla potest eis iniungi necessitas, publica uel priuata, j. l. pe. & dicunt Palatini, qui alias Vicarii: quia quodam modo gerunt uices principis, ue dicit gloss. j. l. i. Et pseuerunt per prouincias transmittei: anno tamen lapso cingulo id est, dignitate liberantur, j. l. placuit. & idem est de palatinis principis, quod de his, j. l. fin.

Palatini.

De stratoribus.

Stratorium, id est, stabulum. Vnde in Genesi, Rachel hoc uidens posuit idola patris in stratorio camelli, & sedit super ipsum. Vnde Stratores dicuntur, qui præsunt stabulis, seu equis stantibus, in stabulis.

Stratores

De castrensianis, & ministerianis

In libro Im. est, de castrẽsiariis, & ministeriariis, qui forte præerant castris principis ordinandis uel metandis: & erant plures, & eligebantur de communi j. ti. proxi. qui etiam a ministerio Ministeriani dicti sunt: hi tamen Castrensianis, tanquam præpositis suberant, & seruiebant.

Castrensiani. Ministeriani.

De decanis.

Decanus, id est, decem uirorum societas secundũ Hug. uel qui præest decẽ: unde Decanissa, id est, uxor decani. Et quatuor ex decanis, q primũ locũ in ordine tenuerunt per biennium, ad primiceriatus officium assumuntur: & alii in locum eorum debent surrogari elapso biennio.

De mensoribus.

Mensores dicti sunt, qui mensurabãt mœnia iuxta castrũ, uel silia, ut dicit gl. in rub. s. tit. ij. uel colũnaꝝ, uel hostiꝝ. Vel dic, Mensores frumentarios ut ff. de excus. tut. l. mensores. & ff. de iur. immu. l. fi. ut illos qui metabantur hospitia militum: ut j. de met. l i.

De priuilegiis eorum, qui in sacro palatio militant.

Intellige in quocunque officio: ut j. l. i. ubi dicitur quod palatini a cunctis muneribus sordidis sunt immunes, ipsi & eorũ filii, & nepotes: ut ibi.

De priuilegiis scholarium.

Schola est, in quibus tyrones militiam addiscunt uel est societas militũ: ut j. l. fi. Et magister militum non potest suos scholares senatores uerberare, uel degradare: sed istud spectat ad officiũ magistri officiorũ. j. l. i.

De castrensi omnium palatinorum peculio.

Id est est, de militibus palatii, qui principem sequuntur: ut & s. tit. superiori. Sed hic circa peculium. Et tales hntes aliquod priuilegiũ, qcũq; quæ fuerunt in officio morantes, ex donis principis, aut eorum industria, principe sciente, retinent tanquam castrense peculium.

De equestri dignitate.

Equites Romani sunt, qui Romæ

custodiunt: nam & illi habentur pro absentibus Reipub. causa: ut ff ex quib. cau. ma. l. milites. & dic, quod erant aliqui præsidentes aliis: non enim simplex militia est dignitas: ut j. ti. ii. l. fi. in prin. Et hi secundum gradum post clarissimatus, id est, consulatus, dignitatem habent: ut hic. Clarissimatus.

De perfectissimatus dignitate.

Dignitas erat forte ei qui erat perfectissimus miles ad hoc non assumebatur aliquis seruilis conditionis. aut fisco, aut curiæ obnoxius, uel pistores, uel in aliquo negotio consistentes, uel qui honorem quasi uenalem prætio redimere cogitabat. sed sola probitate, sic s. de episc. & cler. l. si quenquam. Perfectissi.

Qui militare possunt, uel non. Et de seruis ad militiæ dignitatem aspirantibus. Et ut nemo duplici militia, uel dignitate & militia, simul utatur.

De armata militia loquitur: & de hac prima parte loquitur j. eod. l. i. ii. iij. & iiij. Et de seruis: de hoc j. eod. l. penul. & ulti. Et ut nemo: de hoc j. eod. l. eis.

Negotiatores'ne militent.

Qui præsunt ergasterio, id ē negotiationi, militare prohibentur: non nobilitatis defectu, nam & libertus militat ff. de testa. mil. l. si duob^o. Sed quasi ex uili officio nō debēt assumi. s. de dig. l. neq;. & de perfect. dig. l. i. Ergasteriū

De re militari.

Miles captus ab hostibus, dum est ibi, stipendium uel salarium habere non debet. j. l. i. Et implentes stipendia militiæ. xx. an. per cohortes, munera sordida nō coguntur subire. j. l. ij.

De castrensi peculio militum, & præfecti annonæ.

Filius in potestate militans, ob eā causam accipiens dono a patre, matre, uel aliis propinquis, uel amicis & quæ ei militiæ occasione sunt quæsita, in castrensi peculio numerātur. Et not. quod res empta ex castrē si peculio dicitur esse castrensis: ut hic De ultima parte rubri. nihil dicitur in tex. ut sæpe supra. Castrēses.

De erogatione militaris annonæ.

Erogatio dicitur distributio, id est quid & unde habeāt milites stipēdia.

De excoctione, & translatione militaris annonæ.

Ab excoctione panis militibus præstandis nulla domus, etiam principis, excusatur. Et si procurator eius, cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipse, & dominus eius si fuerit cōscius j. l. ij. Exactores autem. id, est, distributores, qui militibus annonam a prouincialibus exactam soluunt, a prouincialibus non petant panis excoctionem, nisi fuerit inter eos consuetudo contraria. j. l. i. Exactores

De militari ueste.

Canonem uestium militarium a Calend. Septembris usq; ad Calendas Aprilis Respublica soluet. j. l. i.

De metatis & epidimeticis.

Metati dicuntur milites in terminis castrorū, quæ castra uallo undiq; circundabant unde in Bibliis, Castra metati sunt filii Israel. & sic ponitur s. de episco. & cleri. l. omnia. Sed Epidimetici dicuntur, qui supra milites sunt constituti, metientes siue dimetientes militibus hospitia: ab epi, quod est supra & metis, id est, Epidimetici.

metatis, id est, de his qui supra milites dimetiuntur, id est, diuersis diuersa assignant hospitia.

De Salgamo hospitibus non præstando.

Comites, tribuni, uel præpositi, militum nomine, salgami gratia, id est, culcitras, lignum, uel oleum a suis hospitibus non extorqueant. Et dicitur Salgamum culcitra, qua milites dormiebant, quod & Sagulum dicebatur, & ex pilis caprinis fiebat. Iuuenalis: Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.

Salgamu3. Sagulum.

De commeatu.

Commeatus dicitur alimentum, quod a militibus, uel aliunde tempore expeditionis in castris existentibus a finitimis regionibus & locis pro cibando exercitum adducitur. Et milites a castris & signis pro commeatu discedere non debent nisi usque ad xxx. ut s. de ero. mil. anno. l. iubemus per han. §. ut autem.

De tyronibus.

Tyro Tyro est nouus miles, qui adhuc non est scriptus inter fortissimos milites: ut. ff. de testa. mili. l. ex eo. & tyrones in scholis loco semper posteriore ponuntur, j. l. fi.

De litorum & itinerum custodia.

Satis clarus est.

De desertoribus, & occultatoribus.

Desertores Occultatores. Desertores milites dicuntur, qui militiam tempore belli deserentes a signis abierint: ut dixi ff. de re. mil. pag. 215. Occultatores autem dicuntur priuati homines, qui desertores recipiunt.

De ueteranis.

De hoc dixi s. Et gaudent priuilegiis hic descriptis.

De filiis officialium militarium qui in bello moriuntur.

Officia militaria multa sunt, & uaria, ut ex superioribus tit. patet: horum morientium filii in parentum militiam uocentur j l. i. & s. de tab. l. fi.

De oblatione uotorum.

Felix annus uotis communibus aperitur, id est, ex uoluntate donari principibus: & hic dicit, quomodo una libra auri obrizati, id est puri dari debet. & sic de melioribus rebus dare debet, qui donat.

De numerariis, & actuariis, & chartulariis, & adiutoribus, siue scriniariis: & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumq; iudicum, tam militarium, quam ciuilium.

Numerarii, seruientes rectoribus in diuersis obsequiis, tormentis & carceribus puniuntur j. l. i. & sunt Numerarii qui hodie Tabellarii appellantur: qui & Actuarii, eo quod acta publica scribunt: & Chartularii: a chartis & Scriniarii, siue Exceptores dicunt.

Numerarii. Actuarii. Chartularii. Scriniarii Exceptores.

De cursu publico, & angariis, & perangariis.

Cursus quandoq; ponitur pro officio currendi, quandoq; pro loco per quem curritur, secundum Hu. ut j. l. ii. erant enim quidam officiales, qui præerant officio, ut facerent conduci militibus annonam & arma in plaustris quæ ducebantur cum equis, uel in ipsis equis j. eo. l. cursu3. & s. de Fabri. l. fi. §. quoties. Angaria autem sunt obsequia, in operibus personarum,

Perangaria

Peran garia. Perangaria autem in quibus utrunq; uertitur, scilicet opera personarum, & rerum impendia: ut dicit glo. in l. neminem. C. de episco. & cleri. & glo. in c. nō minus. de immu. eccl. & glos. in l. j. ȧ. quemad. ciuili. mun. lib. x.

De tractatoriis & statiuis.

Tra/ ctato/ res. Tra/ ctato riæ. Tractores erant uiri, qui tractabāt & contrectabant animalia publica, & equos sacro usui deputatos. uel fortè Tractatoriæ dicuntur literæ datæ pro licentia uehēdi animalia: ut ȧ. tit. i. l. cursum. in fi. Vel ut liceret ad tra/ ctandum uel apprehēdendū crimino sos impetrare: ut ȧ. de deser. l. i. §. i.

De apparitoribus præfectorum prætorio, & priuilegiis eorum.

Appa rito/ res. Corni cula/ rii. Apparitores præfectorum dicebātur, qui & Corniculari, qui cornua sonabant quando milites, ibant ad bellum, secundum Hug. de quibus j̄. l. iij. & ȧ. de offi. diuer. iud. l. sciant.

De apparitoribus præfecti urbis.

Qui administrauerunt multa of/ ficia in prouincia, officio finito prin/ cipis purpuram non adorant. Item apparitor sedis urbanæ de concussione pistorum conuictus punitur.

De apparitoribus magistrorum militum, & priuilegiis eorum.

Qui in officiis magistrorum equitum & peditum militarunt, quales sunt numerarii & similes: ut j̄. cod. l. numerarios, militaris sunt ordinis, & gaudent priuilegiis hic insertis.

De apparitoribus ꝓcō sulis & legati.

Procousul. uel Legatus, non debēt esse curialis uel ascriptus alicui corpori: & si ascriptus est, debet restitui ei. Et apparitores legatorum debent esse quadraginta.

De apparitoribus comitis orientis.

In officio comitis orientis non amplius quam sexcentos apparito/ res esse oportet.

De cohortalibus, principibus, cornicularriis, ac primitilariis.

Cohortales dicti sunt, qui officio curiæ erāt coartati & astricti. Et principibus. cor. dic ut ȧ. tit. iij. l. numera/ rios. in fi. Co/ horta lis.

De apparitoribus præfecti annonæ.

Apparitores præfecti annonæ sunt compulsores, qui exactionem canonis annonarii faciunt.

De diuersis officiis, & apparitoribus iudicū, & approbatoribus eorū.

Diuersis officiales, Apparitores, & Limitanei castrorum conueniuntur sub officiorum magistro: non tamē per hoc derogatur iurisdictioni ma/ gistri militum Thraciæ, uel Illyrici, qui ex consuetudine contra eos iuris/ dictionē habēt, j̄. l. uiros.

De executoribus. & exactoribus.

Ne apparitores, uel palatini execu/ tores per prouinciam uagando infe/ rant prouincialibus molestiam: ideo periculum gestorum per eos spectat ad illos quorū sunt apparitores, uel exactores, j̄. l. i. Exactor est compul/ sor: & exactor intra annum debet ostendere quod exegerit. j̄. l. ii. Exa/ ctor.

De lucris aduocatorum, & concussione officiorum, siue apparitorum.

De lucris, scilicet prauis. ut j̄. l. i. & ii. De licito dic: ut. ȧ. de suff. l. una. De

concussione, id est, depredatione deuictus pœnam subeat legibus competentem, ĵ.l.fi.

De primipilo.

Primipilarii, dicuntur primi administratores & sic accipit.ṡ.de cohor. l.si solita, &.l.ordinariorum. &.ṡ.de epi. & cle.l. officiales Alias pro his, qui primum pilum, id est, telum uel hastam ferunt:& secundum Hu. potest accipi utroque modo.

Publicæ lætitiæ, uel consulum nunciatores, uel insinuatores constitutionum, & aliarum sacrarum uel iudicialium literarum ex descriptione, uel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.

Letitiæ, scilicet nũtiatores, & dic. ꝙ quãdo principi aliquod felix. nunciabant factam, ut quia consul eligebatur princeps etiam mittebat eis aliquam cõstitutionem, & nuntius dabat & scribebat se dedisse: Immodicum, id est, magnum: parum tamen licet accipere ab his, quibus talem licentiam portant, secundum gl. hic.

FINIS.

CONSVETVDINES FEVDORVM.

QVIA de feudis tractaturi sumus, uidẽdum Primo, an hic liber sit approbatus:& procedit hæc quæstio in constitutionibus non editis ab Imperatore. Et ꝙ sic, patet: quia illæ constitutiones allegantur per glo. utriusq; iuris, legũtur in scholis publicis, & continent in se rationem: & lex est, quicquid in ratione consistit.ĵ.de ꝯsuetu. ponit Io. And. in.c.ij.eo.tit. faciunt no. per Barto. in l.i.ff.si cer.pet.

COLLATIO X.

De his qui feudum dare possunt, & qui non:& qualiter, acquiratur, & retineatur.

Feudum quid EST autem Feudum beneficium secularium, no.in.c. in præsentia, de proba. feudum autem dare possunt archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, præpositus, si antiquitus consuetudo eorum feudum dare fuerit. Marchio, Comes similiter feudum dare possunt, qui proprie regni, uel regum capitanei dicuntur. Sunt & alii qui ab istis feudum accipiunt, qui proprie regis, uel regni Valuasores dicũtur: sed hodie Capitanei dicuntur, seu appellantur, qui & ipsi feuda dare possunt. Ipsi uero qui ab eis accipiunt feudum, minores ualuasores dicuntur. Valuasores. Et quidem antiquissimo tempore, domini quando uoluerunt, poterant rem in feudum à se datam auferre: Capitanei. postea uero conuentum est, ut post annum tantum firmitatem haberent: deinde statutum est, ut usque ad uitam fidelis perduceretur: postea tamen sic progressus est ut ad alios deueniret: in quos scilicet dominus hoc uellet beneficium confirmare.

De feudo guardiæ & castaldiæ.

Castaldus, siue actor dicitur cui res domini cõmittitur gubernanda. C. de sacrosan. eccl. l. iubemus. circa pri. qui & Guardianus dicitur, id est, custos: ut alias dicitur Oeconomus, cui gubernanda res ecclesiastica mandatur. Villicus autem dicitur, qui fructibus percipiendis præponitur: ut. ff. de insti. l. sed cu3 uillico. Et licet alias feudum hodie sit perpetuum: in hoc tamen feudo siue castaldia, quod datur pro mercede alicuius rei, post annum potest auferri, etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus datum sit: ut. j.

Castal dus. Guardian⁹ Oeconom⁹ Villicus.

Qui successores feudũ dare teneanť.

Si persona ecclesiastica facit inuestituram de feudo quod ab alio detinet antequam sibi appropríetur, non tenetur successor eius: etsi pure aliquẽ inuestierit, exinanitur feudum. si autem sub conditione fecit inuestiturã, & econuerso præcedente uasallo, inuestituram recusare non ualet. Secus est in p̃sona priuati, quia tũc utriusq; successor obligatur. j. si de feud. p̃tro/ tur. fu. c. moribus.

Si de inuestitura feudi controuersia fuerit.

Quidam habent hoc glosatum: Vacat hoc. c. propter inferius. c. de contro. feu. apud pares cur. ter. c. si inter dominum. Nouæ inuestituræ interesse debent pares, si tamen dominus pares habeat: si autem nõ habet, tũc sufficient extranei: j. qui test. sint nec. ad proban. no. inuesti.

Quibus modis feudum amittatur.

Si dominus prælium campestre habuerit, & uasallus tum morantem in ipso prælio dimisit non mortuũ, nec ad mortem uulneratum, feudum amittere debet. Item si uasallus cucurbitauerit dominum, id est, cum uxore eius concubuit, uel concumbere se exercuerit, aut cu3 ea turpiter lusrit: uel si cum filia, aut nepte ex filio, aut cum sorore domini concubuerit, iure feudum amittere censetur. Similiter si dominum assalierit, uel castrũ domini, sciens dominum uel dominam ibi esse, uel cum inimicis domini amicitias copulauerit, uel alias cõtra dominum se habuerit, amissione feudi mulctabitur, & feudum ad dominum reuertitur.

Cucurbitare

Episcopũ, uel abbatẽ, uel abbatissam, uel dominum plebis feudum dare non posse.

Clerici res ipsius ecclesiæ in feudu3 dare non possunt de nouo: sed alias quas datas inuenerunt tempore sui ingressus non prohibentur: & hoc est quod hic dicitur, quæ uidelicet ei subiectæ sunt &c.

De natura feudi.

Natura feudi hæc est, ut si quis princeps inuestierit capitaneos suos de aliq̃ feudo, nõ põt eos deuestire sine culpa sic. j. de feu. sine cul. nõ am. c. i. & ti. q̃ tpe mil. inuest. pet. deb. c. iij.

De successione feudi.

Si quis decesserit filiis & filiabus superstitibus, succedunt tantum filii æqualiter, uľ nepotes ex filio loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, uel ualente.

Qui successores teneantur.

Si qs inuestit⁹ fuerit de aliq̃ feudo post mortẽ eius, uel si quis fuerit inuestitus sub ꝯditione aliq̃, uel tẽpore

de quo nullus erat inuestitus: siue praemoriatur tenens feudum, siue inuestitor, siue inuestitus: inuestitor & inuestitoris haeredes teneantur inuestito, uel haeredi eius, ueniente tempore uel conditione.

De contentione inter dominum, & fidelem de inuestitura feudi.

Si contentio fuerit inter dominū & fidele3 de inuestitura feudi, p pares curiae dirimatur. istud plenius no. j. quid sit inuesti. c. i. §. i. & j. si de inue. inter. do. & uas.

De pignori dato feudo quid iuris sit.

Si quis uoluerit dicere, de pignore sibi dato se inuestitum esse, non credatur suo iuramēto. § testibus idoneis partibus domus.

De ɔtentione inter me & dominū de portiōe feudi fratris mei defuncti.

Si cōtentio fuerit inter me & dominum de portione, id est dimidietate feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse: ille uero minime: siue possideo per me, siue per alium, dabit mihi iusiurādum, scilicet patrē meū inuestitū fuisse &c.

De alienatione feudi.

Si clientulus uoluerit partem sui feudi, alienare, id est, medium sine domini uoluntate, poterit hoc facere: sed totū alienare non pōt: alias feudū amittet, & nō ualebit quod factū est.

De feudo marchiae, uel comitatus, uel ducatus.

De marchia, uel ducatu, uel comitatu, uel aliqua regali dignitate, si quis inuestitus fuerit per beneficium ab Imperatore ille tantū debēt habere: haeres enim nō succedit ullo modo, nisi ab Imperatore p inuestiturā acquisierit.

An maritus succedat uxori in beneficio.

Si foemina habens beneficium & maritum, moriatur, nullo modo succedit in beneficio maritus, nisi specialiter inuestitus fuerit: & si ipsa foemina filios dimiserit, licet de iure in beneficiū matris succedere: nō deberēt, qsi non fuit dictum. uel inuestiti fuerint: qa 83 usq3 regni ad beneficiū uocantur paternum, & nō maternum: sed secundum aequitatem dicamus filios debere succedere.

De feudis datis minoribus ualuasoribus, quid iuris sit.

Si minores ualuasores beneficium tollere uoluerint minimis ualuasoribus &c. istud totum correctum est s. de natura feu. in fi.

Quibus modis feudū amittatur.

De hoc dixi s. in tit. simili.

Apud quem, uel quos, controuersia feudi diffiniatur.

Dixi s. de inuesti. feu.

Constitutiones feudi domini Lotharii Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana cōdidit, obseruandas.

Loquitur de feudis militum.

De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficio fratris succedit.

Frater non succedat fratri in beneficio sed dominus habeat, nisi per inuestituram a domino ordinatum fuerit: uel ubi beneficium de communibus bonis fuerit emptū. uel utriusq3 nomine, domino sciēte, si insimul steterint: uel in hostē regis acquisierint.

De feudo sine culpa non amittendo.

Satis clarus est: de hoc dixi §. de na tu. feu.

Quo tempore miles inuestituram petere debeat.

Nemo miles ultra annum & mensem uadat, ut inuestituram beneficii sui a filio uel successore domini sui petat: nisi iusta causa interueniente, quare non petierit.

De contentione inter dominum & uasallum de inuestitura feudi.

De hoc §. si de inuestitu. inter dominum & uasal. controuer. fu.

Quemadmodum feudum ad filiam pertineat.

Filia non habet beneficium patris, nisi a domino redemerit.

Quibus modis feudum constitui potest.

Feudum sine inuestitura nullo modo potest constitui: etiam si domino iubente quis alicuius rei nomine feudi possessionem nanciscit, & teneat.

Si de inuestitura inter dominum & uasallum lis oriatur.

De hoc §. hic tamen traditur forma noua.

De feudo dato in uicem legis commissoriæ reprobando.

Feudum non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est: & ideo non potest feudum acquiri secundũ pactũ legis commissoriæ occasione pignoris.

De usu Mediolanẽsiũ secundũ quosdã.

Non utitur hoc usu.

De feudi cognitione.

Consuetudo in feudis uincit leges. Et feudum non potest cõstitui, nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus. (Cõsuetudo feudi.)

Quid sit inuestitura feudi.

Inuestitura proprie dicitur possessio: abusiue autem modo dicitur inuestitura, quando hasta uel aliud quodlibet corporeum porrigatur a domino, se inuestituram facere dicenti: & debet fieri, saltem ab eo qui habet uasallos corã duobus ex illis solẽniter. (Inuestitura.)

Per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur.

Inuestitura aut fit de ueteri beneficio, & potest etiam a minore fieri. Noui autem inuestitura feudi, non ab alio recte fit, nisi ab eo qui legitime suorum bonorum administrationẽ habet. Sed etiam res cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casibus.

Quid præcedere debeat, an inuestitura, uel fidelitas.

Inuestitura debet præcedere fidelitatem, id est, iusiurandũ quod a uasallo præstari debet domino: de quo ĩ.

Qualiter iurare debeat uasallus domino fidelitatem.

Hic ponitur forma, quæ & xxii. q. v. de forma habetur.

De forma fidelitatis.

Ecce alia forma.

De noua forma fidelitatis.

Istud capitulum in paucis consuetudinibus inuenitur: quia nouiter est inuentum, ut in principio ipsius.

De inuestitura de re aliena facta.

Qui alienæ rei sciens inuestitura3 accipit, nisi pacto speciali sibi prospexerit, de euictione agere non poterit. Ignorans uero recte aget, ut aliquid eiusdem bonitatis seu quantitatis ei præstetur.

Qualiter olim poterat feudum alienari.

Olim uasallus domino inscio, uel Inuito, feudi partem uēdere poterat, retenta uidelicet alia parte: hic autem ponitur optima consuetudo noua.

Quis dicatur marchio, comes, capitaneus uel ualuasor.

Dux. Marchio. Qui a principe de ducatu aliquo inuestitus, est Dux uocatur. qui uero de marchia, Marchio. Dicitur autem Marchia, quia marchia ut plurimum iuxta mare sit sita, a mari & archia, id est, principatus maris. Qui uero de aliquo comitatu fuerit inuestitus, Comes appellatur. Qui a principe, uel aliqua potestate de plebe aliqua, uel plebis parte est inuestitus, Capitaneus appellatur, qui propter Valuasores maiores olim uocabantur: qui uero a capitaneis antiquitus beneficiu3 tenent, Valuasores minores dicūtur. Qui autem a ualuasoribus feudum quod a capitaneis habebatur, similiter acceperint, Valuasini, id est, Minimi ualuasores appellantur. Soldata autem est præstatio quædam annua, & gratuita, quæ à neutra parte trāsit in hæredem.

Comes. Capitane⁹. Valuasores. Valuasini. Soldata.

De successione fratrum, uel de gradibus succedentium in feudum.

Ad lineas ex transuerso non porrigitur nisi antiquū feudum, & descendentibus deficiētibus: ut hic, & suprà de succ. feu. &. §. de nat. feu.

De fratribus de nouo beneficio inuestitis.

Portio fraterni feudi, etiam simul inuestiti, altero defuncto non pertinet ad fratrem, etia3 simul inuestitū, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura.

De inuestitura, quam Titius accepit a Sempronio,

Hic est parua dubitatio.

De uasallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, ut filii inuestirentur.

Feudum quamuis refutatum sit, nihilominus est paternum, nisi ad hoc refutaretur, quasi de nouo ipsos bene inuestiret: intellige tamen consentiētibus his ad quos per successionem est peruenturum: ut. j. de eo qui fin. fec. agn.

De inuestitura in maritum facta.

Cum uterque domini feudatarius uasallum se asserit: licet unus de nouo, alius de ueteri contendat: nō ipse dominus iudex est, s3 ordinarius, uel arbiter litigium terminabit.

De controuersia feudi apud pares terminanda.

De hoc dixi. §. si de contro. feu.

De eo qui sibi, uel hæredibus suis masculis, uel fœminis, inuestitura3 accepit

Nota in hoc titulo potissime, quantum sit potior masculorum, quàm fœminarum conditio. Nam masculus excludit germanam suam,

De duobus fratribus a capita-
neo inuestitis.

Vnusquisq; sibi suisq; hæredibus uidetur prospexisse: sic.ff de prob. si pactum:

An remoueri debeant testes qui
pares esse desierint.

Dic, q sufficit tempore inuestituræ pares fuisse, etiam si postea pares esse desinant.

De controuersia inter episco-
pum & uasallum.

Quicquid inter hos siue de inuestitura, siue de fidelitate, siue de principali causa agendum est, per suam curiã est expediendum.

De uasallo milite qui arma bel-
lica deposuit.

Qui desiit esse miles seculi, & factus est miles Christi, beneficiũ amittit, cum non possit facere officium, ergo nec beneficiũ ad eum pertinebit.

De milite uasallo qui contumax est.

Si miles ad tertiam uocationem domini non uenerit, hoc ipso feudum amittit.

In quibus causis amittatur feudum.

De hoc supra in simili titulo dixi.

Quæ fuit prima causa bene-
ficii amittendi.

Hac rubrica raro utimur, quia sub superiori continetur.

Si de feudo uasallus ab aliquo inter-
pellatus fuerit, & dominus eius
defendere noluerit.

Si uasallus, cum de feudo interpellabatur, auctorem suum, id est dominum, ut eum defenderet, uocauit, & hoc probare possit: si in eo iudicio uasallus fuerit uictus, dominus sibi imputet.

Si de feudo contentio sit inter do-
minũ & cognatos uasalli.

Multa specialia continet hic tit.

De pace tenenda, & eius
uiolatoribus.

Qui pacem iuratam frangit, & quinque solidos furatur, suspenditur.

Hic finitur lex: Deinde consuetu
dines regni incipiunt.

Multa capitula continet.

De filiis natis ex matrimonio
ad morganicã contracto.

Morganica dicitur donatio factã uxori in recompensam uirginitatis prima nocte amissæ.

De feudo fœminæ.

Fœmineum feudũ sine pacto speciali deficientibus filiis masculis ad filias pertinebit.

Si uasallus feudo priuetur,
cui deferatur.

Dic ut in tit.

Qui testes necessarii sunt ad nouam
institutionem probandum.

Semper pares curiæ sunt necessarii ad probandum institutionem feudi.

De consuetudine feudi.

Dic ut in eod.

De lege Conradi.

Hæc lex continet, quòd si inter capitaneos controuersia fuerit, corãm rege finiri debere. Lex Cõradi.

De clerico qui inuestituram facit.

Clericus faciens inuestituram de suis bonis, eius successor omnino cogitur eam adimplere.

An mutus, uel aliter imperfectus, feudum teneat.

Dic, quod tales non possunt retinere, quia ipsum deseruire non possunt: sicut dicimus in clerico, & foemina, & similibus.

An ille, qui interfecit fratrem domini sui, feudū amittit.

Dic quod non.

De uasallo, qui contra constitutionem Lotharii regis beneficium alienauit.

Si totum alienauit, perdit totum: si partem, perdet eam, & ad dominum reuertatur.

De alienatione paterni feudi.

Alienatio paterni feudi non ualet sine domini uoluntate.

De capitulis Conradi.

Hæc sunt capitula quæ sequuntur.

De controuersia inter masculum & foeminam de beneficio.

Creditur masculo cum suo iuramento dicente feudum esse masculinum.

De controuersia inter dominum & emptorem feudi.

Dic ut in eod.

De controuersia inter uasallum, & alium de beneficio.

Dic ut in eod.

Quid iuris sit si uasallus post alienationem feudum recuperet.

Hic traditur hoc ius.

An agnatus, uel filius defuncti possit retinere feudum, repudiata hæreditate.

Si paternū fuerit, poterit: alias nō.

An apud iudicem, uel curiam domini q̄stio feudi debeat terminari.

De hoc. ā.

Qualiter dominus proprietate feudi priuetur.

Si dominus apertam feloniā contra uasallum fecerit, dominus proprietate feudi priuatur: sicut uasallus feudum amitteret hoc casu.

De feudo non habente propriam feudi naturam.

Dic, ut in eod.

De eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno.

Finem facere, est refutare feudum. Finem facere

De natura successionis feudi.

De hoc. ā.

De prohibita feudi alienatione per Lotharium.

De hoc. ā.

De capitaneo qui curiam uēdidit, an intelligatur beneficiū uendidisse.

Dic quod sic.

De pace tenenda inter subditos, & iuramento firmanda, & iudicanda: & poena iudicibus apposita, qui eam iudicare, & iustitiam facere neglexerint.

Dic ut in eod.

De allodiis.

Allodium dicitur, quod est proprium, Allodium

non tamen excludit superioritatem principis. Et est res libera, de qua tamen præstatur tributum:

De prohibita feudi alienatione per Fridericum.

Dic ut §. sæpe diximus

Quæ sint Regaliæ.

Regalis. Regaliæ sunt ius exigēdi angarias, & perāgarias, quas hæc constitutio exprimit quales sint.

Quot testes sint necessarii ad probandum feudi ingratitudinem.

Dic ꝙ quinque.

De notis feudorum.

Licet quidam habeant, De uotis feudorum, tamen potius puto fore notas siue notulas super feudis factas.

FINIS.

EXTRAVAGANTES: SIVE,

COLLATIO XI.

Quomodo in læsæ maiestatis crimine procedatur.

HAnc constitutionem dominus Bartolus solenniter commentauit.

Qui sint rebelles.

Hoc titulo satis exprimitur.

Finis omnium titulorum legalium.

DECRETALIVM TITVLI.

OPERAE pretium est post titulorum legalium pro nostra uirili factam interpretationem, aliqualem saltem perfunctoriam iuris canonici diuinarum, puta decretalium Gregorianæ compilationis, rubricarumq; earundem facere expositionem: saltem illarum quas præcedens nostra minus contigit explanatio. Pro cuius quidem uberiori euidentia sciendum, Differre inter se Constitutionem, Decretum, & Decretalem Epistolam. Nam constitutio ecclesiastica uariis nominibus nūcupatur: quandoq; enim appellatur Canon, quandoq; Decretū, quandoq; Decretalis Epistola, quandoque Dogma, quandoq; Sanctio, quandoq; Mandatum, quandoq; Interdictum. De quibus glo. iii. dist. summa. Decre- Decretalis.

talis autem epistola proprie est constitutio, quam papa edidit cũ cõsilio cardinalium, uel sine, ad alicuius consultationem. Decretum uero quando ad nullius consultationem. Constitutio autem quandoq; ponitur specifice, & est proprie quod princeps statuit: ut in c. constitutio. dist. ij.

Epistola. Decretum. Cõstitutio.

Procemiũ huius libri primo praemittit salutationẽ cum nomine scribentis: ibi, Gregorius, &c. & quibus scribit: ibi Dilectis, &c. & benedictionem: ibi, Salutem, &c. Secundo ponit exordium, ibi: Rex pacificus: in quo concludit finale intentum iuris generalis: ponens finem uiatoris, id est, hominis ad quem a deo dispositus est, allegans causam deuiationis ab hoc fine: ibi, Sed effrenata, &c. Concludẽs, legem necessariam ut ad debitum finem uiator deducatur. Et ostendit tres uirtutes, & proprietates legis: ibi ideoq; lex proditur, &c. Secunda pars ponit euentum circa constitutiones Ecclesiasticas correctioni submittendas: & ponit materiam, & causam impulsiuam huius compilationis, cũ causa adiutiua, siue auxiliatrice: ibi, Per dilectum. Addens formalem causam: ibi, Resecatis, &c.

De summa trinitate & fide catholica.

Glo. continuat & declarat, dixi C. eod. tit. pag. 226.

De constitutionibus.

Dic si ã. in prin. huius. & ff. de pſti. prin. pag. 9.

De rescriptis.

Rescriptum est illud, quod ab Apostolico uel a principe rescribit ad consultationem, relationem, seu imitationem alterius, uel alicui indulgendo, secundum Hosti. in sum. eod. tit. dixi aliquid ff. de diuer. & temp. praescrip. pag. 71. & C. si contra ius uel uti. pub pag. 237.

Rescriptum.

De consuetudine.

Consuetudo secundum Isido. est quoddam ius moribus utẽtium approbatum. quod pro lege suscipitur. cum deficit lex. i. dist. ꝯsuetudo. dixi ff. de leg. pag. 9. & C. quae sit lon. cõs. pag. 315.

Cõsuetudo

De postulatione praelatorum.

Postulatio est petitio gratiae a superiore facta: ita dicit gl. in c. uno. eo. tit. lib. vi. Vel est quaedam gratiae petitio a superiore facta de promouendo aliquem ad praelationem, ad quã de iure communi propter defectum aliquem, uel impedimentum eligi seu promoueri non poterat. Ex quo infertur differentia inter electionem, & postulationem: quia postulatio innititur gratiae, c. penul. j. eod. Electio uero innititur iuri: de hoc etiã tit. seq.

Postulatio.

De electione, & electi potestate.

Electio est alterius personae ad praelationẽ, uel fraternam societatẽ Canonice facta uocatio: & licet olim iura promiscue his uocabulis uterentur, ut in §. his omnibus. lxi. dist. & lxiij. dist. literas. Hodie tamen est maxima differentia inter postulationem, & electionem, ut dixi ã. lib. proxi. Vnde ille qui de iure potest eligi, non debet postulari: de quo in c. uno. de postu. lib. vj in glo. iiij. & per Inno. in c. i. ã. tit. proxi. Et quia in tractatu electionis potest dubitari de potestate electi: ideo ne exigeret, rubrica specialis hic annectitur.

De translatione episcopi, uel electi.

Qui alligati aliis ecclesiis postulandi sunt s. de postu. præla. c. bonæ. & c. si. Et oportet tales offerri ad ecclesias, ad quas postulantur: ideo de hoc dicit. Est autem Translatio, quædã mutatio sedium, uel ecclesiarum, auctoritate superioris facta. De hoc vii. q. i. per totum. & xxi. q. ij. per totum.

De auctoritate & usu pallii.

Assumpti ad ecclesias per modos s. tribus proximis titulis positos, licite possunt uti pallio, si hoc habeat dignitas, ad quã qs assumitur. Est autem Pallium insigne ornamentum archiepiscopi, de corpore beati Petri assumptum: de hoc c. dist. per totum & xxv. q. ij. in galliarum Et quod dixi de episcopo, intellige quod ex priuilegio speciali ei possit competere pallium: ut patet in c. cum in iuuentute. j. de præsumpt. Regulariter autem archiescopis & superioribus: puta primatibus, & patriarchis competit. xx. distinct. cleros.

De renunciatione.

Renunciatio est resignatio iuris sibi competẽtis ex postulatione, electione, uel translatione: de hoc vii. q. i. & ij. & repetitur in Sexto, & Clementinis.

De supplenda negligentia prælatorũ.

Quia sæpe in prælaturis, de quibus s. res perfunctorie aguntur, xl. distin. ante omnia. & quod negligitur supplendum est, quod omittitur restaurandum: ideo, &c. secundũ Goff. De materia lxxxiiii. distin. & lxxxvj. & ij. q. vii. negligere. ix. q. iij cum scimus. & repetitur in Sexto, & Clemẽ.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Quia ordinationes clericorum certis temporibus, & cum scrutinio fieri debent: ideo de hoc. De prima parte rubricæ lxxv. & lxxvij. dist. per totum. De secũda xxv. dist in. usque ad lxxxi. & ab lxxxj. usque ad xcj. & repetitur in Sexto. Translatio

De scrutinio in ordine faciendo.

Quia ordinandi examinãdi sunt: ideo, &c. Et est duplex scrutiniũ Vnũ habẽt ante ordinationẽ, cuius forma habet xxiij. dist. qñ episcopus. Secũdũ qñ fit post determinationem: de hoc hic, & xxiij. dist. episcopus. & c. seq. xxiiij. dist. per totũ li. quæ in aliquo. Scrutinium duplex.

De ordinatis ab episcopo, qui episcopatui renunciauit, uel excõicato.

De prima parte nõ habet in Decre. sed inducit. i. q. i. uentũ. & q. vij. Daibertũ. De secũda ix. q. i. p totũ, de schis. c. i. & ij. & j. c. ij. Quid autẽ de ipsis excõcatis ordinatis, habet de senten. excom. cũ illorum. Et de ordinatis, a simoniaco, de simo. per tuas. & alias. criminoso. ix. q. j. in summa.

De ætate, & qualitatate, & ordine præficiendorum.

Aliqui habẽt in rubrica, De ætate & qualitate ordinandorũ: ſm Ioan. And sed ſm eum illud, Ordinandorũ nõ debet esse: qa dictũ est s. in tit. de tẽpor. ord. Nã hic solũ tractat de ordinandis ratione dignitatis tantum & nõ aliter. De materia rubricæ quo ad primã partẽ lxxv. dist etiã lxxviii. dist. per totũ. De secũda xxxviij. dist. p totum. de parte tertia lx. dist. per totum, repetitur in Sex. & Clement.

De sacra unctione.

Ex ordinandis & præficiendis alii qui inunguntur, de quibus hic. de hac materia. xcv. dist. per totum. de com dist. v. in prin. De unctione chrisma tis uide de consue. quanto. De episco pali, de off. or. cp sedem. De consecra tione ecclesiæ uel altaris. c. cum sis. De extrema unctione, de uerb. signifi. quæsiu it. & in Clemen. i. de pri. De un ctione imperatoris, de iureiuran. in clementi. Romani

Vn ctio.

De sacramentis non iterandis.

Quia quædam sunt sacramenta quæ non iterantur, ut est baptismus, confirmatio, & sunt per iterationem fiat iniuria sacramẽto prius collato: & qualiter dicatur sacramento fieri iniuria uide glo. de apo. c. ii. de con. dist. i. ostenditur. de materia. lxviii. dist. quod ergo. cum se. i. q. vii. saluber rimũ. in fi. de cõ. dist. iiij. qui bis. &. c. se. Et solet hic tractari per Doct. quid sit sacramentũ, & unde dicatur, quæ, & quot sint: quæ sint reiterabilia, & quæ non: quæ uoluntaria, & quæ ne cessaria: & quomodo inuicem se ex cedant: ad quid fuerint instituta: & de ipsorum proprietatibus, uide per totum, hic super rubro.

Sacra mẽta. nõ rei teran tur.

De filijs presbyterorum ordi nandis, uel non.

Ordinandi uariis ex causis impe diuntur: inter quas est uitium origi nis, de quo hic. Et licet intituletur de filiis presbyter. tamen dicitur in ni gro, de omnibus illegitimis, sine di spensatione non ordinandis ad ordi nes sacros, & ad alios: ut in. c. literas. j. e. & in. c. nimis. De materia. lvi. dist. per totum: & repetitur in Sexto.

Illegi timi.

De seruis non ordinandis, & eo rum manumissione.

De impedimento conditionis per sonæ, puta seruilis loquitur: quæ an te plenam manumissionem ordinari nõ debent, ut. j. c. i. de materia. lx. dis. per totũ: ad hoc. xij. q. ij. liberti. usq; ad ca. aurum.

Serui.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, uel non.

Ratiocinia secundum Goff. sunt rationes, & rationum redditiones, quibus est quis obligatus ex admini stratione Reip. talis ordinari non de bet, nisi deposito onere, & reddita ra tione. de hoc. lvi. dist. per totum.

Ratio cinia.

De corpore uitiatis.

De impedimento corporis, & de fectu membrorum loquitur. de hoc lv. dist. per totum.

De bigamis non ordinandis.

Inter cæteras irregularitates biga mia non modica reputatur. Et est bi gamus stricte & uere, qui duas uxo res habuit: a bis, & gamos, quod est mulier. Large autem uel ficte, seu in terpretatiue etiam is bigamus dicit, qui cum una corrupta contraxit. Et ratio, quare bigamus nõ ordinatur, est quadruplex: uide hic per Doct. su per rubro. De materia habetur. xxvi. distin. &. xxiiij. distin. §. quid ergo. usque ad fi. &. lxxxii. distin. quisquis &. xxviij. q. ulti. per totum. & reperi tur in Sexto.

Biga mus.

De clericis peregrinis.

Quia inter eos, qui ab ordinibus prohibentur, arctantur & peregrini, de quibus hic: & qui dicantur Peregri ni, & quare non admittant indistin

Pere grini.

&c,& quæ sit differentia inter hunc tit.& titu. de peregrinãtibus. ponit Hostien.sum.eod.tit.de materia habetur. lxxi.ii. &.iij. dist. per totum.&. xcvlij.distin.per totum.&.ix.q.ij.de cle.non resi.fraternitati.

De officio Archidiaconi.

Archidiaconus. De dignitatum officiis post tractatum ordinandorum dicere incipit, inter quas Archidiaconus maior est, quia primus post episcopum,& oculus episcopi:ideo de hoc.Et quæ pertineant ad officiũ Archidiaconi,ponitur in nigro:& dicitur Archidiaconus,quasi princeps,uel primus diaconorum.de materia ponitur.xxv.dis. perlectis. lxxxiiij.distin. honoratus. xciiij.distin.c.si uero.

De officio Archipresbyteri.

Archipresbyter. Post Archidiaconũ Archipresbyter facit gradum,& est proximior,& sub archidiacono:ideo de hoc.Et dicitur archipresbyter, quia supra principales presbyteros:eius enim officiũ principaliter est, habere curam super presbyteros & ad officium eius spectat,principaliter missam dicere loco episcopi, j. eod.l.i. de materia. xxv. distin.perlectis.

De officio Primicerii.

De hoc dixi.C.eod.lib.xii.

De officio Sacristæ.

Sacrista. Sacrista,id est,thesaurarius,ad cuius curam spectat custodia uasorum ecclesiæ,& uestimentorum,& thesauri:& quæ ad luminaria lampadum spectant,siue in cera,siue in oleo.Et dicitur Sacrista,quasi sacris rebus præfectus, uel asistens: de materia.xxv. distin.perlectis in fi.

De officio Custodis.

Custos est quasi minister sacristæ: & omnes hi sunt sub archidiacono, debet enim custodire quæcũque sibi custodienda committuntur:& significabit horas cum tintinnabulis iubente archidiacono: & pallia, & linteamina altaris, & cuncta utẽsilia dabuntur ei: & habebit solicitudinem in accendẽdo lampades, & lucernas, & extinguendo ne supra modum luceant:de materia.xxv.dist.perlectis.

De officio Vicarii.

Vicarius. Supradicti seruiunt ecclesiæ nomine proprio:nunc de his qui nomine alieno: & tractatur communiter in isto tit.de Vicario, qui deseruit in diuinis:excepto.c. penul. ubi tractatur de Vicario iurisdictionis: & de hoc secundo ponitur in Sexto: de primo in Clemen.& de materia.xvi. q.vij. noua.xciij.distin.c. fin.xciij.dist.c.i.

De officio,& potestate Iudicis delegati.

Delegatus est secundũ Specul.eod. tit.in princi.qui ex commissione alterius alicuius causæ iudicialem cognitionem consequitur:de hoc dixi ff. de off.eius cui mãd.est iuris.pa.i § Et dicit Ioan.And.ꝙ officium respicit id,quod delegatur:potestas concernit id, quod potest per delegationem delegatus exercere:licet alias ista duo sæpe ponãtur æquiuoce,ut no. gl.super rub.ff.de iuris.om.iud.repetitur in Sexto.

De officio Legati.

Legati. Legatorum officiũ simile est Delegati,cum uterque gerat uices superioris.Et quidam sunt Legati nuntii, &

non iudices:ut isti, quos sæpe papa mittit pro aliqua ambasiata, uel ad aliquod nudum ministerium exercẽdum.de his j.distin.ius gentium.& xcvij.distin.per totum. Quidã sunt Legati iudices, quos papa facit ordinarios in certa prouincia:de istis tractatur hic. Et tales sunt triplices, quidã De latere, ut sunt Cardinales. Alii Nati, ut archiepiscopus. Cantuarien. & Eboracen. Tertii Missi. & isti sunt omnes alii, præter supradictos. de his uide quod not.j.eo.c.penul.dixi aliquid ff.de offi.procon.& leg. repetitur hic tit.in Sexto & Clemen.

De officio ordinarii.

Legatus ordinarius est specialis. Nunc ponit de ordinario generali & in genere de officio cuiuslibet ordinarii dicit:repetitur in Sexto.

De officio iudicis.

Ad officium iudicis, etiam delegati, spectat prouidere aduocatum parti, quæ non habet, & poterit dare domesticum.j.c.i.

De maioritate & obedientia.

Inter ministros & iudices, de quibus supra, quidam sunt maiores, alii minores. Aliter enim ecclesia uniuersalis, uel status uniuersi consistere nõ posset:ut est pulcher text. in c.ad hæc lxxxix.dist.ideo hic de maioritate, & eius intuitu obedientia impẽdenda: quia melius est obedire, quam sacrificare.j.c.illud.

De treuga, & pace.[1]

Ad iudicem spectat discordantes ad pacem reducere.xc.dis.per tot.qa quolibet iudex subditos suos ecclesiasticos & seculares ad pacem firmandam potest compellere.xc.dist.si quis contristatus.& c.placuit.& ibi no.gl.& in c.nouit.de iudi.de quo per Bar.in l.congruit.ff.de offi.præs. Est autem Treuga, quasi quædam pax ad tempus facta. Pax autem est uinculum amicitiæ & concordiæ.d.c.nouit. Treuga. Pax.

De pactis.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.20.

De transactionibus.

Dixi satis de hoc ff.eo.ti.pag.20

De postulando.

Dixi ff.eo.tit pag.21

De procuratoribus.

De hoc dixi ff.eo.pag.22.Et differentiam inter procuratorem, Syndicum, seu Oeconomũ, & Actorem, uide glo.in c.si quis erga.ij.q.vij.& qđ no.in.c.petitio.j.eod.

De Syndico.

Sicut procurator gerit negotia domini, ita Syndicus negotia uniuersitatis:ut in l.i.ff.de ꝓcur.iuncta.l.i.ff. quod cuiusq; uniuer. uide gl.ii.q.vij. ꝙs erga. Et dicit Syndicus, quasi singulorum causam dicens: ut hic in glo. j.uel melius, id est, a communitate constitutus: de quo glo. in d.l.j. ff. quod cuiusꝗ.ubi ponitur differentia inter Syndicum & Actorem. Syndicus

De his quæ ui, metus ue causa fiunt.

Iura dant remedium recissorium aduersus ea, quæ gesta sunt per metũ & appellatur actio quod metus causa. Fallit in quibusdam casibus, quibus metus uitiat ipso facto:ut not.j. eo.abbas.dixi ff.eo tit. Met'.

De restitutione in integrum.

Restituere in integrũ, est in pristinũ statum reponere. ij q. iij. in fi. & in l. i. C. de sent. pass. de hoc dixi ff. eo. ti. pag. 24

De alienatione mutandi iudicii causa facta.

Prouidetur hic illis, in quorum præiudicium est facta rei alienatio causa iudicii futuri inuitandi: dixi ff. eo. ti. pag. 26

De arbitris.

Arbitri sunt quodam modo iudices, cum assumantur ad contentiones sedandas: ideo post tractatum Iudicum ponitur in quo uersetur officium arbitrorũ, & de eorum potestate. Et quid sit arbitriũ, dic ut not. in c. quintauallis. de iurtiurando. dixi aliquid ff. eo. tit. pag. 26.

LIBER II.

De iudiciis.

IVdicium multa habet significata, de quibus Io. And. in rubrica huius tituli. & not. in regula, in iudiciis. de reg. iur. li. vi. de hoc dixi ff. eo. tit. pag. 28 ad materiam facit ij. q. i. & v. q. iiij. xiij. q. i. xv. q. vij. xvi. q. vi. xxx. q. ult. §. his ita. repetitur iste titulus in Sexto & Clemen.

De foro competenti.

Quià ante alium actum iudicialẽ solet discuti de competentia fori, iuxta no. in c. inter monasteriũ. de re iudi. & in c. pen. de excep. ideo de hoc

Forũ. & ponitur Forum in neutro genere pro territorio cuiusq; iudicis, intra quod potest in facinorosos animaduertere. ff. de uerb. signifi. l. si pupillus. §. territoriũ. Forus uero in ma-

Forus sculino, est locus ubi ius redditur. j. de uerb. sig. c. forus. & utroq; modo potest hic capi, dicẽdo de foro cõpetenti, id est, territorio intra qđ sit causa competẽs, ut quis ibi cõueniri possit: uel, id est, de loco iudicii, scilicet in quo qu s debeat conueniri: dixi C. si a non compe. iudi. pag. 104.

De libelli oblatione.

Rei ad iudicia uocati si non declinant forum, petunt sibi edi libellum ut sciãt quid, & qualiter petatur, & super quo debeant respondere: ideo de hoc De materia habetur ij. q. viij. per tot. & lxxxi. dist. Maximianus Et est Libellus secundum glo. hic, quædam scriptura, in qua ptinet res quæ petitur, & causa petendi, & nomen actoris & rei. Vnde dicit Host. Quis quid, coram quoq; iure petatur, & a quo, Recte compositus quisq; libellus habet. de quo Spec. de lib. concep. §. i in prin. ubi dicit, quod est scriptura agentis quæstionem continens, & futuram actionem deprimens. uel secũdum Cy. in Autent. offeratur. C. de litis contest. Est breuis scriptura, claram continens intentionem actoris, uel accusatoris.

De mutuis petitionibus.

Plerunq; libelli porriguntur ab utraq; parte, & fiunt hinc. inde mutuæ petitiões, & dubitatur de modo & practica procedendi: ideo de hoc, De materia. iij. q. viij. cuius in agendo Et est Mutua petitio, conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei. Nam Reconuentio, est secunda cõuentio: sunt ergo duæ petitiones. Mutua petitio.

De litis contestatione.

Litis cõtestatio fit per petitionẽ in iure propositam, & responsionem

secutam:& sine ea processus est nullus.j.c.i.& dicitur Litis contestatio, quasi confirmatio, uel comprobatio, aut assertio litis:de materia.iij.q.iij. offeratur. & repetitur in Sexto.uide Doct.j.c.i.post glo.ii.

Litis ptestatio.

Vt lite non contestata non procedatur ad receptionem testium, neq; ad diffinitiuam sententiam.

Regulariter lite non contesta.non debent testes recipi,uel ad diffinitiuã sententiam procedi.Fallit in casibus no.j.c.fi.per gl.

De iuramento calumniæ.

Actione edita, & lite contestata, succedit ex ordine iuramentum calumniæ.j.c.pen.Et hoc iuramentum est de calumnia, scilicet uitanda in causis Sicut exponitur illud. Vnusquisque habeat suam, propter fornicationem scilicet deuitandam.xx.dist. c.ij.in fi.uide in c.i.e.ti.li.v.& Spec.e.ti.post prin.dixi C.eo.ti aliquid.

Iuramentum calũ.

De dilationibus

Cœpto iudicio solent litigantes dilationes,id est,inducias petere quãdoq; ad petitiones,quandoq; ad probationes faciendas:ideo de hoc De materia habetur iij.q.ij.& vij.q.ij.per totum dixi ff.de fer.pag.19.

Dilatio.

De feriis.

De hoc dixi ff.eo.tit.pag.19

De ordine cognitionum.

Propositis quæstionibus litigantiũ solet quandoq; dubitari, quo ordine de his sit cognoscẽdũ:ideo &c. De materia ij.q.ij.& iij.q.i.nec superfluit parti.ʒ.de mut.pet.quia ibi principaliter tractat,an reus possit reconuenire actorem,& coram quo iudice, & an quod in una causa seruatur, sit seruandum in alia.Et si quid de ordinis cognitione ibi dicitur,illud est incidenter.Sed hic tractaẽ principaliter, quo ordine de ipsis cognoscatur.dixi C.eo.tit.aliquid.

De causa possessionis & proprietatis.

Causa proprietatis & possessionis ab eodem uel diuersis deductæ in iudicium,habent certum ordinem deducendi,cognoscendi, & diffinendi. ideo de his.

De restitutione spoliatorum.

Causa restitutionis possessoria est: ideo eo ordine proponi & discuti potest, quo aliæ possessoriæ:& tractatur hic, an spoliatus sit indistinctæ restituendus.

De dolo,& contumacia.

De prima parte dixi ff.de dol. pag.24.de contumacia autem dixi ff.ex quib.cau.in poss.eatur.pag.150. Ad materiam facit iij.q.ix.& iiij. q. v.& v.q.ij.& iij.per tot.xi.q.iij.certũ ubi habentur tres modi contumaciæ repetitur in Sexto & Clem.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

Licet in rubro dũtaxat fiat mẽtio de poss.rei seruandæ causa:tamen in nigro tractat etiam de interpositione secundi Decreti,per quod transfertur uera possessio.j.c.i:dixi:ff.ex qui.cau. in poss.& in tit.de bo.auct.iudi.pos.

De sequestratione possessionum & fructuum.

Dixi de hoc.C.eod.tit.pag. 266

De cõfessis.

De confeſſis.

Quia per confeſſionem aduerſæ partis releuatur litigans ab onere pro bandi:cum confeſſio non ſit proprie probatio,ſed probationis releuatio: quia ubi adeſt confeſſio, non eſt neceſſaria probatio:ideo ante titul.de probat.ponitur.de hoc dixi.ff.eo.tit.

Cōfeſſio.

De probationibus.

Vbi deficit confeſſio neceſſarie peruenitur ad probationem:de qua dixi ff.eo.tit.pag.75.

De teſtibus & atteſtationibus.

Poſt probationem in genere,incipit per ſpecies tractare, quæ plures ſunt:ut not.in c.cum ad ſedem.ſ.de reſt.ſpo.dixi.ff.eo.tit.pag. 77.Et ponitur rubrum in plurali,quia regulariter in qualibet cauſa duo teſtes exiguntur.j.eo licet.i.&.ii.De atteſtationibus autem dicit,quia eſt tractatus de per ſe:ue patet in.c.in cauſis. &.c. præſentiū. &.c.cum cauſam.cum ſimilibus. de quo Io. An.in rubro. de hominí.Et dictum teſtis quandoque appellatur Atteſtatio, quandoq; Depoſitio.d.c.cum cauſam.

Atteſ. Depoſitio.

De teſtibus cogendis.

Officium teſtium quaſi publicum eſt.ff.de teſt.Inno. in.c.mil.xl.de ele. & ad illud interdum inuiti compelluntur:ideo de hoc regula rubri.ponitur in.c.peruenit.i.j.eo.

De fide inſtrumentorum.

Dixi.ff.eo.tit.pag.76.

De præſumptionibus.

Præſumptiones quãdoque plene probant,ut uiolentæ:quandoq; ſemiplenam probationem faciunt,quandoq; alias probationes adiuuant.De materia no.in.c.tertio loco.ſ.de proba.& no.l diſtinc. ferrum. dixi.ff.de proba.pag.75

De iureiurando.

In defectum probationis recurrit ad iuramẽtum.j.c.fi.&.ſ. de procurat. ex inſinuatione. Eſt enim Iuramentum maximum litium expediendarum remedium.ff.eo.l.i.& omnis cõtrouerſiæ finis.c.& ſi Chriſtus.j.eo. Ad materiam uide gl.xx.q.i. in ſum. ubi ponit quid ſit iuramentum,quid iurare,quæ cauſa inſtitutionis &c.dixi.ff.eo.tit.pag.45

Iuramentum.

De exceptionibus.

Fundata intentione actoris, reus opponit peremptoriam, uel contra probationẽ actoris excipit:ideo &c. dixi.ff.eo.tit.de hoc,pag.170.

De præſcriptionibus.

Quid ſit præſcriptio, uide bonã glo.vi.q.iij.in ſum.dixi.ff.de excepti. pag.170.ff.de uſucap.pag.145.&.C. de uſuc.transfor.

De ſententia & re iudicata.

Ad ſententias, quæ finem litibus imponunt ueniamus:quia uero lata ſententia,ſi non appellatur ab ipſa,ſumit nomen rei iudicatæ:ideo de re iudicata ſubmittit.Et ſic recte loquendo dicitur ſententia cum adeſt facultas appellandi:cum uero non ſubeſt remedium retractiuum, appellatur Res iudicata.Large tamen poteſt etiã ante dici res iudicata.l.litigatoribus. C.de app.de hoc dixi.ff.e.ti.pa.148

Snīa. Res iudicata.

De appellationibus,recuſationibus,& relationibus.

Appellatio impedit effectum rei iudic

catæ:& est remedium contra senten tiam:ideo de hoc. Et quia Appellatio Recusatio, & Relatio æque conueniūt in iurisdictione suspendenda, ideo de his simul dicit. De prima parte est glo.ij. q. vi.in sum. dixi ff.eod .tit. pag. 297. De relatione dicut leg.& not. in c.intimasti.j eo dixi C.de re/ lat. De recusatione uide glo.in c.quo/ ties.ij.q.vi.not.in c.cū speciali.j.eo.

De clericis peregrinantibus.

Peregrinantes in multis gaudent priuilegio appellantium : intellige de peregrinantibus ad sedem apostoli/ cam:ut dicitur j.in c.i & intelligitur etiam in aliis accedentibus ad sedem apostolicam alia causa,quam peregri nationis,ut ibi dicitur.

De confirmatione utili,uel inutili.

Sententia processus iudicialis quā doq; confirmatur per superiorem:& quia posset dubitari de ualiditate,uel inualiditate confirmationis: merito hic tit. subiungitur.

LIBER III.

De uita & honestate clericorum.

Clerici debent a strepitu iudi/ ciorum,de quo s.lib.prox.es/ se quieti c.i de syndico.& ui/ ta,& honestate fulgere.xxi.q.i.sic ui/
Vita. ue,ideo de hoc. Et dic. quod uerbum Vita,concernit necessaria ad uictum clericorum,ff.de uerb.sig.l.uerbo ui/
Honestas. ctus. Verbum Honestatis, concernit clericum respectu morum. De thate/ ria habetur xxiiij.dist.his igitur.& §. clerici.cū iiij c.se.& xl.xli.& xliij.di. p totū.repetitur in Sexto & Clemē.

De cohabitatione clericorū & mulie.

Vita clericorum per consortia,& cohabitationes mulierum redditur de fornicatione suspecta:ideo qualis habitatio sit permissa,& quæ prohi/ bita,hic tractatur.uide pulchrū text. Hiero.xxxii.dist. hospitiolū.de H ctiā in c.uolumus. & c. cum omnibus. lxxxi.dist.

De clericis coniugatis.

Quandoq; clerici habitant cum mulieribus sine figura matrimonii, de quo s.tit j. quandoq; contracto matrimonio:de quo tit.quia poterat dubitari, nunquid clerici coniugati possint tenere beneficia, & gaudere priuilegio clericali Et differt hic ti.ab eod.j.qui cle.uel uou.quia ibi princi/ paliter tractatur de ualiditate matri/ monii per clericum cōtracti.hic prin cipaliter tractat,utrum clerici coniu/ gati possint tenere beneficia,uel non. Item an gaudeāt priuilegio clericali, & teneantur deferre tonsuram:& in/ cidenter tractatur de ualiditate ma/ trimonii.Repetentur in Sexto. De mā xxxij.dist.si quero.& xij.q.i.ga tua.

De clericis non residentibus in eccle/ sia,uel præbenda.

Sicut clerici beneficiis priuantur, per mulierum consortia, ut s.duo/ bus tit.proximis,ita & remouentur propter non residentiā in beneficiis. De hoc xxi.q.i.c.i.lxx.dist.sanctorū. lxxi.dis.c.clericos.xci.dis.Eleutheri'.

De præbendis,& dignitatibus

Clerici non possunt honeste uiue/ re,nisi habeant præbendas, unde ui/ tæ necessaria percipiant.j.eod. cum secundum . & xciii.dist. diaconi.ibi:

medicat infelix i plateis clericus, &c.

Præbēda. Et est præbenda ius percipiendi fructus ecclesiasticos, prouenientes ex institutione & officio: quia ex quo quis facit officium, debet percipere beneficium c. fin. de rescriptis. lib. vi.

Canonia. Canonia autem est ius quod prouenit ex electione uel receptione in fratrem, c. cum de constit. ubi. de hoc per glo. & j. eo. cum iam dudū. & in c. dilecto.

dignitas. Dignitas autem quid sit, & in quo differt a psonatu, & Officio, tractatur j. eo. de multa & multis modis dicitur Dignitas: ut est gloss. §. ti. proxi. c. quia nō.

De clerico ægrotante, uel debilitato.

Hic tractatur nunquid arrogantibus clericis sunt prouentus Ecclesiæ & beneficiorum subtrahendi. Et respōdetur ꝙ non, ne afflictio addatur afflictis. vij. q. i. cum percussio. cum duobus seq. Et quomodo existentibus in dignitate detur coadiutor, & de eius officio. j. c. fi.

De institutionibus.

Parum esset conferre præbendas, nisi sequeret institutio: ideo de hoc.

Instituere. Instituere autem est ius canonicum, id est, legitimum, in Ecclesia uel ecclesiastico beneficio tribuere. j. eod. c. auctoritate, & spectat iure communi ad episcopū. xvi. q. vij. ca. nullus omnino. de hæreti. cum ex iniuncto: in fin. & sumitur Institutio pro inuestitura. c. ad hæc. de offi. archi. & j. eod. cum uenisset. De hoc gloss. in regula. i. de regu. in lib. vi. ubi ponitur quæ ad institutionem requirantur. Differentiam inter Collationem, Præsentationem, & Institutionem, uide de præbendis: cum in illis. §. cum autem lib. vi. Et secundum Dy.

Institutio. Institutio est alicuius beneficii uerbalis collatio.

Inuestitura. Inuestitura autem est institutionis, uel collationis ꝯfirmatio, uel declaratio.

Missio in possessionē. Missio autem in possessionem, est institutionis, uel inuestituræ executio.

De concessione præbēdæ, & ecclesiæ non uacantis.

Sæpe præbendæ, & dignitates cōferuntur, seu promittuntur antequā uacent. Et quandoq; ipsæ uacantes non conferuntur, sed remanent diu uacantes: ideo hic prouidetur tam circa promissiones non uacantium quam circa negligentiam in conferendo uacantium.

Ne sede uacante aliquid innouetur.

Circa institutiones, & collationes potuit dubitari, an sede uacante capitulum succedat in collatione beneficiorum: ideo ponitur hæc rubrica, quæ negatiue loquitur: & ponit orationē perfectā; & ex ea potest argui, quod nihil possit innouari sede uacāte i præiudiciū ipsius sedis, nisi iure expresse caueatur: ualet enim arg. a rubro iuxta ea quæ no. Doct. §. in pœ. & Ang. Instit. in proe. & nō gloss. C. ne fideiuss. dot. den. super rubr. & ibi Bartol. & C. etiam ob chiro. super rubr.

De his quæ fiunt a prælato sine consensu capituli.

Prælatus sine consensu capituli instituere, uel destituere, uel alia negotia Ecclesiæ tractare nō debet j. c. nouit. Ratio, quia Prælatus, & Canonici sunt unū corpus uictū & repræsen

tatum in singulis de corpore. Et quia Canonici dicuntur fratres episcopi, sicut Cardinales fratres papæ, de off. leg. c. i. lib. vi. uide glos. xcv. dist. esto subiectus. & in. c. grauẽ. de. cri. fal.

De his quæ fiunt a maiore parte capituli.

Viso de his quæ fiunt a prælato, & capitulo: quia quædam pertinent ad capitulum tantum, in quibus peragendis sæpe discordant, & dubitari potest, quid iuris: ideo de hoc. Et disponitur hic, ꝙ ordinatio maioris partis capituli per contradictionem, & appellationem minoris partis nihil rationabile opponentis, non debet impediri. j. c. i.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Hæc rubrica integram orationem habet, & tantum continet in se quantum in nigro tractatur: & seipsam cum nigro summat.

De rebus ecclesiæ alienandis, uel non.

De hoc dixi in Auten. de non alie. eccle. re. col. ij.

De precariis.

Quia precariæ sunt quædam species alienationis, ideo de hoc dixi. ff. eo. tit. pag. 166.

De commodato.

Contractus cõmodati similis est precario: quia uterque fit gratia recipientis tantum regulariter: licet commodatũ quandoq; fit gratia ꝯcedentis, uel utriusq;: ut no. Insti. qui. mo. re contra. obl. §. item is cui. de hoc satis. ff. eo. tit. dixi. pag. 50

De deposito.

Iste contractus gratia cõcedentis fit: dixi. ff. eod. tit. pag. 58

De emptione, & uenditione.

Hic contractus fit gratia utriusq; & transfert etiam possessionem, si uẽditor erat dominus: de hoc. ff. eod. tit. pag. 60.

De locato & conducto.

Locatio magnam similitudinem, & uicinitatem habet cum uenditione: adeo ꝙ in quibusdam casibus probabiliter dubitatur, an sit locatio uel emptio. l. i. ff. eod. & ibi dixi. Et modum clare discernendi locationem a uenditione ponit Barto. in. l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi.

De rerum permutatione.

Emptioni proxima est permutatio, ut dixi. ff. de contra. empt. & est hoc nomen permutationis multum generale: nam conuenit omnibus rebus quæ inter hominum manus uersantur: & propter hoc non habet nomen speciale, sed mansit in suo genere: quia plura sunt, &c. l. natura. ff. de præscrip. uerb. dixi. ff. eod. tit. pa. 66 — Permutatio.

De feudis.

Per infeudationem transfertur utile dominiũ in uasallum, directo manente apud dominũ: & sic est quædam species alienationis. ff. de uerb. sign. l. alienationis. De materia dixi in usu feu. circa principium.

De pignoribus & aliis cautionibus.

Hæc rubrica loquitur in plurali, & aliis cautionibus: quia multiplex est Cautio ultra pignoratitiam, quædã Simplex, ut nuda promissio: quædã Iuratoria, quædam Fideiussoria, de his in. c. per tuas. de dote post diuor. & in. c. fi. j. eod. appellatione tamen — Cautio.

cautionis in dubio intelligimus de nuda, & simplici l.sancimus. C. de uerb.signi. De materia dixi. ff.de pig. act.pag. 50.&.ff.eod. tit.pag. 67

De fideiussoribus.

De hoc dixi. ff.eod.tit.pag. 96

De solutionibus.

Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio,&c.dixi. ff.eod. tit.pag.178

De donationibus.

Iste est contractus gratuitus, dixi de hoc.ff.eo.tit.pag.137

De peculio clericorum.

Peculium capitur multis modis, ut dixi.ff.de pecu.pag. 55. & quo ad propositum dicitur patrimonium clericorum. dictum peculium, quasi parua pecunia: de H.i.q.iii.in.c.totus.

De testamẽtis,& ultimis uolũtatib⁹.

Testamentum. Licet testamentum large, comprehendat in se ultimam uoluntatem, & econtra: tamen auctor ad maiores declarationem posuit utrunq;, ẽm Io. An. Vel potest dici ꝙ testamentũ proprie sumitur pro iusta sententia nostræ uoluntatis de eo quod quis post mortem suam fieri uult,&c. Sed ultimæ uoluntates dicunt aliæ quæ non cum institutione hæredis, aut tanta solennitate fiunt: ut est codicillus, donatio causa mortis,& mortis causa capio,&c.dixi.ff.eo.tit. de hoc pag.98

Vltima uoluntas.

De successionibus ab intestato.

De hoc dixi.ff.si tab.test.null.ext. & titul. seq. & in titul. quis ord. in bono.posses.

De sepulturis.

Omnes morimur,& sicut aqua dilabimur super terrã.ii.Regũ.xiiij.& in c. in Ecclesiastico.xiii.q.ii. ideo post bona defunctorum, quo deuolui debeant, uidendum quorsum corpora reseruentur. Est autem Sepultura secũdum Io. An. locus concauatus, quo ecclesiastico cœmeterio corp⁹ catholici requiescit. hoc probatur. xij.q.ij. autum.& uide tex.cum glo.in. c.cum grauia.xiii.q.ij. ubi uide etiam glossa in summa.

De parochiis, & alienis parochianis.

Parochia. Parochia secundum Io. An. est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus, certis limitibus constitutus: dicta parochia, a parochi. quod est largitio: quia ibi largiuntur ecclesiastica sacramenta: uel secundũ Ioã. Andr. dicitur quasi partitio curæ: naꝫ cura populi partita fuit inter Ecclesias parochiales.c.i. de capel.mon.de hoc.xiiij.q.i. &.lxxx. dist.c.i.&.ij. & xcix.distin.c.i.

De decimis, primitiis, & oblationib⁹.

Decimæ. Decimæ, primitiæ, & oblationes sunt de iure parochiali. Ex. xxij. Decimas & primitias non tardabis offerre.& Leu. xxii. Deuter. xiii.&.ii. Para. xxii. Nume.iiij.c.tex. Hier. xv.q.i.reuertimini Aug xvi.q.iii.decĩæ. &.q.ij. maiores. Amb. xv.q. vij. quicunque. Grego. de conse. dis.v. quadragesima. in fin. Et habetur in concilio generali in.c.maioris. ii. xvi. q.vij. & in clemen.cupientes.de pœn. Et dicuntur Decimæ, quia non nona, neque undecima pars, sed decima danda est: primitiæ autem frugum, id est, primæ Primitiæ.

portiones nouarum frugum. & utru3 tales sint in præcepto sicut de çimæ habetur per gloss. fin.& Doct. j.c.i. Oblationes autem dicuntur quas laici hodie faciunt clericis: de quibus. in c.omnis Christianus. de cons.dist.i.& in c.cum inter uos.de uerb.sign & c.cum causa.& x.q.i.de his.& c.antiquos.& bona glo.xc. dist.clericus.& xvj.q.i..statuimus.& xiij.q.ij.qui oblationes.& xxxij.dist. præter.

Obla/tiões.

De regularibus, & transeuntibus ad religionem.

Virorum ecclesiasticoru3 duo sunt genera: clericorum Sæcularium, & Religiosorum.uiso de primo,subiici/tur de secundo. Et dicitur Regularis secundũ Io. An. a regula:& multipliciter capitur ut no.gloss.super rubr. de regu.iur.lib.vi.sed quantũ ad pro/positum,dicitur a rectitudine uiuen/di. Et ille dicitur proprie habere re/gulam, qui profitetur tria sub/stanrialia cuiuslibet approbatæ reli/gionis.uidelicet Paupertate3, Castitatem,& Obedientiam c.cum ad mo/nasterium.j.de sta.reg.Religionis autem uocabulum hic capitur stricte, comprehendẽs solum illos, qui per professionem subiecerunt se abbatis imperio,secundum Io.An.

Rlaris

Reli/gio.

De conuersione coniuga/torum.

Coniugati aliquando conuertun/tur,& intrant monasterium: & du/bitari posset de eorum ingressu, uel conuersione,id est,religione, an ualeat.ideo de hoc. De materia xxxiij.q. v.& . xxvij.q.ij.c.sunt qui cum ix.c. seq.j.de rap.c.pen.

Cõuer/sio.

De conuersione infidelium.

Superior titulus tractat de conuersione coniugatorum ad religionem, hic subiicitur de eorum conuersione ad fidem.de materia.xxviij.q.i. & ij. & xxxij.q.viij.c.uno.

De uoto & uoti redemptione.

Ponit de uoto in genere, & ipsius uoti redemptione,id est, liberatione de materia xxvii.q.i per totũ.xxxij. q.i.c.fin.repetitur in Sexto & Clem. de fide instru.c.quod super.

De statu monachorum,& canonico/rum regularium.

Conuersi ad religionem,uel uouentes ingredi, efficiuntur ut plurimum monachi,uel canonici regulares:ideo hic subiicitur de eoru3 statu,id est,uita & habitu.

De religiosis domibus.

De statu regularium,& quibus su/biiciantur, sũ. dixit:nunc de eorum domibus & ecclesiis, & quibus sunt subiectæ:de materia habetur xi. q.i. per totum.xvi.q.vij.omnes basilicæ. cum seq.x viij.q.ij.quidam cum seq. dixi aliquid C.de epis.& cle.

De capellis monachorum, & aliorũ religiosorum.

Hic tractat in specie de domibus religiosis,seu capellis monachorũ,&c.

De iure patronatus.

Patronus multis modis dicitur. in iure:quandoq; Aduocatus, respe/ctu causæ,l.rem non nouam.§.pa/troni.C.de iud.xv.q.ij.Item dicitur. Patronus,respectu serui.ut in tot.tit.

ff.de iur.patr.& de istis patronis nõ tractatur hic. Item dicitur Patronus, qui construxit, uel dotauit, seu fundauit ecclesiam. Et dicit Patronus, quia sicut pater producit filiuȝ de non esse ad esse, ita patronus ecclesiam deducit ad esse: & sic capitur hic. Et dicitur ius patronatus secundum Ioan. And. ius honorificum, onerosum, & utile, alicui competens in ecclesia pro eo, quod dioecesani consensu ecclesiam construxit, fundauit, vel dotauit ipse, uel is a quo causaȝ habuit. Quid debeatur patrono, dixi ff.de iur.pat.pag.127.

Patronus.

Siue patronat⁹.

De censibus, & exactionibus, & procurationibus.

De censibus dixi ff.eo.tit pa. 222. Exactio autem est tributum quoddam, uel pensio, quæ extra ordinem exigitur: de quibus in c.innouamus. j.eo & in c.ea quæ. Procuratio autẽ est solutio expensarum per uisitatores factarum: de quo in c.cum apostolus. j.eod.& in c.sopitæ.& c.quinto.& c.cũ olim.& c. procurationes.

Exactio.

Procuratio.

De consecratione ecclesiæ uel altaris.

Ecclesia antequam consecretur nõ apppellatur proprie ecclesia, sed basilica: post cõsecrationem assumit nomen ecclesiæ. Sicut electus in episcopum, qui post consecrationem assumit nomen episcopi, de quo bona glo.cum tex.de relig.dom.c.i.& dicitur Ecclesia Latine idem quod cœtus concilium, contio, congregatio: quia in eam omnes publice conuocantur. Templum uero Iudæorum olim appellabatur, hodie synagoga, id est, coadunatio. Basilica autem dicitur quasi regium habitaculum a basileo. id est, rege.

Ecclesia. Templum Basilica.

De celebratione missarũ, & sacramento eucaristiæ, & diuinis officiis.

Quia in ecclesia ꝯsecrata missæ celebrantꝰ & alia diuina officia dñr. Et dicitꝰ Sacramentũ eucharistiæ, id est, bonæ gratiæ, uenerabile corpus dominicum, quo nihil maius in sacrificiis esse potest. de cõs.dis ij.nihil. de cuius laudibus & præconiis amplissimis, atq; prærogatiuis præcipuis, est optimus tex.in Clemen.una.de re reliq.& uen.sanc.

Sacramẽtũ eucharistiæ

De baptismo & eius effectu.

Baptismus est sacramentum ualde necessarium, sine quo nemo potest saluari.j.eod.maiores.de cõsec. disti.iiii.firmissime. Et producit tres effectus: remittit culpam, uitat damnationis periculum, & aperit regnuȝ cœleste.j.eod maiores.uide gloss.de cons.dist.iiij.c.ij.& bonam glo.ead. distin.c.i.ubi dicitur, quid sit Baptismus, unde dicatur, & per quæ uerba fuerit institutus, & de eius effectu.

Baptismus.

De presbytero non baptizato.

Sæpe promouentur aliqui non baptizati, in quibus ex defectu sacramenti baptismi impeditur impressio characteris aliorum sacramentorum: quia ubi non est baptismus, ibi non est ualidum aliquod aliud sacramentum, in quo imprimitur character: & hoc, quia baptismus est ianua aliorum sacramentorum infra. c.fina.

De custodia eucharistiæ, & chrismatis, & aliorum sacramentorum.

Qualiter eucharistia consecratur, s. dixit: nunc de ipsius custodia. Et qa

in baptismate utimur crismate, ut in c.i.de sacra uncti.ideo de hoc:& generaliter de custodia omnium aliorũ sacramentorum.

De reliquiis,& ueneratione sanctorũ.

Quomodo uenerandi sunt sancti & eorum reliquiæ, hic ponit:& quæ debeant præcedere canonizationem alicuius sancti:& ponit glo.in c.i.eo. tit.lib.vi & qua ueneratione sint sancti honorandi, ponit in c.si canonici. §.fi. de off.ord.eod.lib.

De obseruatione ieiuniorum.

Ieiunium Propter uenerationem & deuotionẽ indicta sunt ieiunia ab ecclesia. Et secundum Inno.est triplex Ieiunium primum abstinentiæ cuiuslibet rei edibilis, secundum propriam uoluntatem & non secundum factum ecclesiæ:& sic is.qui abstinet ab aliquo cibo placito, potest dici Ieiunator:dictum Ieiunium a quodam intestino sic uocato, quod ut plurimũ est uacuum :unde ad similitudinem illius intestini dicitur illud ieiunium propter abstinentiam & euacuationem.Secundum ieiunium est, cum quis abstinet a rebus humectantibus,comedendo sicca dũtaxat,ut panem,& nuces,& simi.Tertiuȝ, est abstinentia a cibis,secũdum ordinationem,seu consuetudinem ecclesiæ: & sic capitur hic.Et sic in effectu dicitur ieiunium, afflictio carnis ex abstinentia ciborum prouenienus,&c.

De purificatione post partum.

Purificatio Ob reuerentiam ecclesiarum indictum erat ex lege Mosaica, ne mulier post partum statim ingrederetur ecclesiam, sed expectaret purificationẽ suã,id est, purgationẽ, q̃ qualis sit hic habet & aliquid v.dist.c.ad eius.

De ecclesiis ædificandis,uel reparãdis.

Ecclesiæ consecratæ quandoque ruunt,& sic reparatione indigẽt. quãdoque uero ex necessitate de nouo edificari debẽt:imo ad decus ecclesiæ ptinet, reparare eã, uel nouiter edificare:ideo de hoc.

De immunitate ecclesiæ.

Ecclesiæ cum suo ambitu, seu cœmiterio,& suis rebus præmi non debet oneribus,quibus res laicorum premuntur: ideo de immunitate, id est,libertate earũ dicit. Et dicunt Ecclesiæ immunes ſm Inn.id est,extra munera seu officia. Nã munerum triplex est diuisio, ut d xi ff.de mu.& ho.unde ecclesiæ dicunt habere immunitatẽ,scilicet ab oneribus & officiis secularib⁹ Quid sit ecclesia dixi ſ. de cõs.ecc.Quid Cœmiteriũ, habet xij.q.ij.aurũ &.xvij.q.iiij. sicut antiquus.&.c.quisquis.& dicitur Cœmiterium,quia cinis mortuorum ibi tegitur:de hoc de sepul.c.i.& pe. Cœmiterium

Ne clerici uel monachi secularibus negotiis se immisceant.

Seculare negotium tribus modis dici potest:primo, quilibet actus secularium rerum:pone exempla.j.c.i. a quibus turpibus abstinendum est. Secundo dicitur, negotium seculare, iudicium de rebus secularibus quod clericis non licet, nisi inter clericos tantum,xi.q.i.§.ex his. Tertio dicit quod sit inter seculares homines : qđ etiam non licet clericis, nisi de his quæ pertinẽt ad iudicium ecclesiæ, puta de decimis,de iure patronatus, & simi.de iudi. quanto.pro hoc gl. summæ.xxi.q.iij.ubi de hac materia

De sponsalibus, & matrimoniis.

Quid sint sponsalia, & unde dicantur, dixi ff.eo.ti.pag.78. Matrimonium autem quid sit, unde dicatur, ubi fuit institutum, per quem, quot sint eius causæ instituendæ, & de impedimentis ipsius & multis aliis. est bona gl. xxi q.i. in sum. dixi aliqd ff.de ritu nup.pa.79

Matrimonium

De desponsatione impuberum.

Ad sponsalia contrahenda certa ætas determinata est de iure: scilicet pubertatis, quæ in masculo est in xiiii.an. in puella in xii. Inst.de nup. §.i.& quib.mod.in fi.circa principium: & j eod.c. puberes. ubi tractatur de ætate habili ad sponsalia de materia, xxx.q.ij.& xx.q i c.i. repetitur in Sexto.

De clandestina desponsatione.

Quandoque puellæ seducuntur, & inducuntur ad contrahendum clam parentibus: & quia de tali matrimonio posset dubitari: ideo de clandestina desponsatione dicit, id est, in occultũ locũ destinatum. De materia xxx.q.v.& iij q.iiij.c.cõsanguineorũ.

De sponsa duorum.

Quandoque quis contrahit successiue bina sponsalia cum diuersis mulieribus: uel econtra, mulier cum diuersis uiris, & posset dubitari quæ præualeant: ideo de hoc.

De conditionibus appositis in desponsatione, & matrimonio, uel in aliis contractibus.

Quandoque sponsalia contrahuntur pure, ut ꝫ quandoq; sub conditione: ideo de hoc. Et quia conditio apponi potest non solum in matrimonio, sed etiam in aliis contractibus: ideo subnectit hic de conditionibus appositis etiã in aliis contractibus. Et est conditio quædam adiectio posita uel subintellecta in dispositione, suspendens, uel resoluens ipsam dispositionem: & differt a Modo: ut j.c.si.per glo.& satis dixi ff.de condi. & demon.pa.115.

Conditio.

Qui clerici uel uouentes matrimonium contrahere possunt.

Ista rubrica nihil ponit dispositiuè: sed procedit interrogatiue, scilicet, q cler.ul'uo.&c. Et dic quod clerici in minoribus licitè contrahunt matrimonium. Si uero sunt in sacris, non possunt contrahere: & si contraxerint, est nullum.c. uno.de uoto.lib. vj.& ꝫ.de cle.coniug.quasi per totuȝ ubi dixi differentiam inter illum tit. & hunc.

De eo qui duxit in matrimoniũ quã polluit per adulterium.

Subiit de alio impedimẽto, quod causat ex adulterio, ul' ex machinatione in mortem coniugis: ut j.c.i.

De coniugio leprosorum.

Morbus lepræ superueniens dissoluit sponsalia de futuro, c.quemadmodum.de iniur.& . c.literas.j.eod. sed non matrimonium, nec matrimonii effectum, j.c.i.& ij.

De coniugio seruorum.

Licet seruus contradicendo domino contrahere potest matrimoniũ, & propter hoc nõ liberat a seruitijs dño debitis, j.c.i.tamen quando li-

bera ignoranter cum seruo, uel econ/tra contraxit, separatur matrimoniũ nisi postea de hoc sciens coitum ad/miserit, j.c.ij.

De natis ex libero uentre.

Liber uēter. Partus sequitur uentrem. Institu. de iure gen. §. & natus ex libero uen/tre, id est, matre libera, iudicandus est liber, non seruus, ut hic.

De cognatione spirituali.

Spiritualis cognatio catechismus. Spiritualis cognatio proprie ori/tur quo ad impediendum & dirimē dum matrimonium post contractũ ex duobus sacramentis tantum, scili cet baptismatis, & confirmationis: ut circa tex in.c.fi.j eod.tit lib.vi. Ex catechismo autem, id est, instructio/ne, quæ fit ante baptismum, oritur impedimentum, sed non dirimit: ut in.c.per catechismum.eod tit.lib.vi. Et est Cognatio spiritualis quoddam uinculum, proueniens ex eo, ꝙ quis aliquem baptizauerit, uel confirmaue rit: seu baptizatuȝ leuauerit, seu tenue/rit in baptismo, uel confirmatione, seu chrismatione. Et appellatur ista Cōpaternitas. cognatio spiritualis quandoque Cō paternitas, respectu leuati seu baptiza ti, & leuantis seu baptizantis. Quan/doque compaternitas, respectu paren tum leuati seu baptizati, & leuantis Fraternitas. seu baptizātis. quia isti sunt simul pa rentes baptizati: unus carnaliter, alius spiritualiter. Quandoque dicitur Fra ternitas. respectu leuati seu baptizati, & filiorum leuantis seu baptizantis. quia inter se sunt fratres spiritualiter. Nec extenditur ista cognatio ad ne/potes. Et. xx. personas, quæ prohibē tur per hanc cognationem spiritua/lem, ponit Ioan. And. in summula sua super quarto Decre. & in glo.c. uni.eod.tit.lib.vi.in nouel.

De cognatione legali.

Adoptio. Adoptio est quædam propinqui tas legalis, id est, a lege inducta, per quam quis efficitur filius, uel nepos, uel affinis. qui ex natura non est: de hoc dixi.ff.de adop.

De eo qui cognouit consangui neam uxoris suæ.

Ex copula habita cum consangui/nea uxoris oritur affinitatis cogna/tio, quæ non dirimit matrimoniuȝ prius contractum, sed soluit sponsa/lia de futuro. Item priuat facultate contrahendi matrimonium & exa/ctionem debiti in uxore habita.

De consanguinitate & affinitate.

Quid sit affinitas, & consanguini tas, dixi, ff.de grad.affin.pag.131.

De frigidis & maleficiatis, & im potentia coeundi.

Hæc rubrica tres habet partes: tra/ctat enim de Frigidis, id est, de his qui ex defectu naturalis caloris coire nō possunt. Et de Maleficiatis, id est, per maleficas & incantatrices a coitu re tardatis, aut inhabilitatis. Et, de im potentia coeundi: quæ multiplex est se potest. ut si uir est sectus, uel caret uirilibus, uel habeat nodosam uirgaȝ: de quo in c.ij.j eo. Maleficiatus Impotēs

De matrimonio contracto con tra interdictum ecclesiæ.

Interdictum ecclesiæ, id est, prohi

bit io super matrimonio contrahendo, quandoq; impedit & dirimit: de materia uide quod not. glo. in. c. tua de spon. duo.

Qui filii sint legitimi.

Sæpe filii nascuntur ex matrimonio contracto contra impedimenta ecclesiæ: & dubitari potest, an & quando sint legitimi: ideo de hoc uide c. tanta § eod. ubi est clauis totius titul. dixi aliquid in Autenti. quib. mod. na. eff. le. colla. vii. de materia xxvi. distin. uiduam. xv. q. vi. non nu/per. xxx. q. iij. dicat. & xxvij. q. vij. c. final.

Qui matrimonium accusare possunt, & contra illud testificari.

Ista rubrica duas partes habet: tractat enim qui sint accusatores idonei. In quo distingue, an agatur ad separationem thori, ut tunc soli coniuges admittantur: an ad separationem uinculi coniugalis: nam tunc omnes admittuntur. Secundo tractat, qui testes sint idonei contra matrimonium: & dicit Inn. quòd quisque ad accusationem matrimonii est idoneus testis.

De diuortiis.

Diuortium Diuortium fit dupliciter: primo quo ad substantiam uinculi matrimonialis: ut quandoque separatur matrimonium propter impedimentum perpetuum: quandoque fit quo ad thorum & mutuam seruitutem, ut propter adulterium coniugum. Quid sit Diuortium dixi. ff. eod. tit. pag 81

De donationibus inter uirum & uxorem, Et dote post diuortium restituenda.

De prima parte dixi. ff. eod. titul. pag. 80. De secunda dixi. ff. sol. mat. pag. 83. & ff. de iure dot. pag. 79

De secundis nuptiis.

Dixi C. eod. tit.

LIBER V.

De accusationibus, & inquisitionibus, & denuntiationib⁹.

Tractaturus auctor de criminibus, & eorum pœnis: quia super eis quandoque procedit per accusationem, quandoque per inquisitionem, quandoque per denuntiationem: ideo de his dicit: dixi. ff. eo. tit. pag. 192.

De calumniatoribus.

De hoc dixi ff. eo. titu. pag. 23. & ff. ad turpil. uide bonum tex. ij. q. i. notandum. & ff. de priua. del. pa. 181

De Simonia.

Inter cætera crimina Simonia obtinet primum locum: nam cætera respectu huius pro nihilo reputantur i. q. ult. c. fi. Et est Simonia uoluntas studiosa, uel cupiditas emendi uel uendendi aliquid spiritualis, uel spirituali annexum: de quo, & unde dicatur, quot modis contrahatur, & quis admittitur, ad accusandum, uel testificandum, uide glo. i. q. i. in summ. & gloss. seq. Simonia.

Ne prælati uices suas uel ecclesias sub annuo censu concedant.

Ista est species Simoniæ: & est tit.

satis clarus, quia negatiuus, & totam orationem continet.

De magistris, & ne quid exigatur pro licentia docendi.

Hic submittit de quibusdã habentibus instar spiritualium: ut de magistris, & licentia docendi. & est satis clarus, præsertim secunda pars, quæ negatiua est.

De Iudæis, & Saracenis, & eorum seruis.

Iudæi Saraceni. Serui. Iudæi a Iuda, quia illa tribus erat præstantior cæteris: dixi. C. eod. Saraceni dicuntur a Sara uxore Abrahæ: qui potius Agareni dici deberent, ab Agar ancilla Abrahæ: & matre Ismahelis, ex quo Saraceni descenderunt. Et dicitur hic de seruis siue stricte, id est, libertate carentibus, siue large etiã seruientibus pro mercede, ut famuli: qui etiam serui dicuntur a seruiendo: dixi. C. ne Iudæ. Christi manc.

De hæreticis.

Dixi. C. eo. tit.

De schismaticis.

Schismatici sunt, qui diuidunt se ab unitate Romanæ ecclesiæ, constituẽdo sibi ecclesiam, & ordinando clericos, & sacerdotes. xxiiij. q. i. loquitur. &. q. iij. inter schisma.

De apostatis, & reiterantibus baptismum.

De prima parte dixi. C. eo. de apostа. C. ne sanc. bap. re.

De his qui filios occiderunt.

Inter homicidiorum genera, homicidium filiorum est grauius, quia parricidium: ideo præmittitur: dixi. C. ad leg. pomp. de parric.

De infantibus, & languidis expositis.

Exponentes, id est, eiicientes infantes, & languidos, eos quasi occidunt ideo de hoc dixi aliqd C. de ser. lang.

De homicidio uoluntario, uel casuali.

De homicidio uoluntario dixi ff. ad le. co. de sica. pag. 197. De causuali dixi ff. ad le. aquil. pag. 38. & uide glo. bonã in c. sicut dignum. j. eod. & glo. xxxiij. q. iij. in sum.

De torneamentis.

Torneamenta fieri non debent, & uulnerato in eis conceditur pœnitentia. Sed si moriatur denegatur ei sepultura ecclesiastica. j. c. i. & dicuntur Torneamenta, quia uadunt circumeundo, seu percutiant se circumeuntes: a torqueo, uel a torno. Torneamenta.

De clericis pugnantibus in duello.

Duellum dicitur, ubi duntaxat duo pugnant: & hoc est prohibitum quia tentatur. Deus. j. c. ij. & de purg. uulg. per totum. de quo glo. Instit. de hære. ab intest. §. per contrarium.

De sagittariis.

Sagittarii & Balistarii sunt, qui sagittis, id est, arcu, & balistis utuntur.

De adulteriis & stupro.

Dixi ff. eo. tit. pag. 194

De raptoribus, & incendiariis, & uiolatoribus ecclesiarum.

Rapina partim se habet ad mœchiam, cum scilicet rapitur mulier: partim ad furtum, cum cõmittitur in aliis rebus: in quo delicto frequẽter incendia, & uiolationes ecclesiarũ contingunt: ideo de hoc.

De furtis.

Dixi ff.eo.tit.pag.181.

De usuris.

Dixi ff.eo.tit pag.74.

De crimine falsi.

De materia habes xix.dist.in memoria. & xi.q.iij.quisquis.iiij.q iiij. qui falso.uide modos deprehendendi falsum.j.c.licet.& pœnam in c.ad audientiam.dixi ff.pag.197.

De sortilegiis.

Sortilegia dicuntur quæ fiunt pro furtis inueniendis, uel diuinationibus intentandis per missionem sortis:de hoc uide optimam glo.xxvi. q.ii.in sum.& q.v.c.contra idolorũ.

De collusione detegenda.

Dixi ff.eo.tit.pag.143.uide glo.ij. q.iij.§.notandum.& §.fi.facit tex.in c.ij.de procu.li.vi.

De delictis puerorum.

Omne delictum cadit in puerum, excepto uitio carnis.de materia xv. q.i.per totum.& iiij.q.iij.c.i.& xxij. q.vi.c.paruuli.

De clerico uenatore.

De multiplici uenatione clericis prohibita hic tractat:de hoc lxxxvi. dist.qui uenatoribus.cum v.c.seq.& xxxiiij.distin.c.i.in princ. Venatio.

De clerico percussore.

Clericus sæpe aliquem percutiens deponendus est, de materia xlv.dist. & i.q.vii.c.si quis omnem.

De maledicis.

Pœna blasphemantis ponit.j.c.ij. dixi aliquid C.si quis Impe.maled.

De clerico excommunicato, deposito,uel interdicto ministrante.

Clerici his censuris innodati celebrantes,uel diuinis se ingerentes,sunt irregulares: ut j.dicetur:de materia xi.q.iij.placuit.&.c. pen.l. distin.accedens.

De clerico non ordinato ministrante.

Talis deponendus est, & amplius non ordinandus.

De clerico per saltum promoto.

Per saltum promoueri dicitur,qui non gradatim ad ordines accedit,sed præpostere, aliquibus intermediis obmissis ordinibus,de hoc lij.dist.solicitudo:ubi.glo. Per saltum pmoueri.

De eo qui furtiue ordines recepit.

Furtiue ordines recipere dicitur, qui sine ordinatione & licentia superioris,& sine examinatione, ut quia ingerit se cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore, ordinatur:& de hoc lxiij.dist.salonitanæ q.ix.q.ij.Lugdunensis.

De excessibus prælatorum.

De delictis prælatorum ponit, & eorum pœnis.

De noui operis nuntiatione.

Dixi ff.eo.ti.pag.135.no. plene per glo.c.ij.

De priuilegiis,& excessibus priuilegiatorum.

Quãdoq; delinquunt priuilegiati excedentes terminos priuilegiorum

suorum. De materia xxviq.ij. per totum. facit iij. dist. priuilegia. & ix.q. iij. §. sola. & xi. q. iij. priuilegium. repetitur in Sexto & Clemen.

De purgatione canonica.

Infamati ex delicto, qui conuinci non possunt, debent cõpelli ad purgationem, id est, ostensionem innocentiæ, quæ dicitur canonica, quia canonibus instituta, uel inuenta.

Purgatio.

De purgatione uulgari.

Hanc purgationem, id est, ostensionem, innocentiæ uulgus introduxit: & est prohibita, quia tentatur Deus, & multoties per eum condemnatur absoluendus.

De iniuriis, & damno dato.

De prima, ff. eo. pag. 185. De secunda, ff. ad l. aquil. pag. 38

De pœnis.

Dixi. ff. eo. tit. pag. 204.

De pœnitentiis, & remissionibus.

Pœna imponitur in foro iudiciali, sed pœnitentia in foro pœnitentiali: quæ quia quandoq; releuantur per indulgentias, ideo ponit de remissionibus, id est, indulgentiis.

Pœna pœnitẽtia.

De sententia excommunicationis.

Excommunicatio est, a qualibet licita communione, uel licito actu separatio. Et quædam est maior, quæ priuat participatione sacramentorum, & communione hominum: quædam minor quæ solum priuat a participatione sacramentorum: de hoc in. c. a nobis. de excep. c. fi. de cler. excom. min.

De uerborum significatione.

De hoc dixi. ff. eo. tit. pag. 213

De regulis iuris.

De hoc uide bonam glo. eod. titu. lib. vi. super rubr. dixi etiam. ff. eod. tit. pag. 223

¶ Has easdem rubricas etsi non omnes, eas saltem quæ tibi, o Lector, obuenerunt in Sexto & Clementinis repetere, ac reuisere, ex suprapositis potes. FINIS.

DECRETVM.

DE materia Decreti paululũ quippiam pro eius duntaxat cognitione dicturi, præmittimus, Decretum idem esse quod statutum, uel constitutionem. Et quæ sit differẽtia inter Decretum, Iussum, Auctoritatem & cõsensum, not. in c. i. de re. ecclẽ. non alie. & Bar. in l. si qs mihi. §. iussum. ff. de acqui. hær. Et sumitur Decretum quandoq; pro sententia diffinitiua. ff. de off. procon. l. nec quicquam. §. ubi decretum. & l. prætor. §. i. ff. de iudic. & ff. de re iudi. si decreta. Quandoq; sumitur pro simplici petitione data iudici. C. de precib. imper. offer. l. i. Quandoque continet permissionem, uel dispositionem iudicis, absolutionem uel condemnationem non continentem: ut in iurisdictione præcise uoluntaria, ubi nemo citandus est ff. de bono. possess. lege. iiij. §.

Decretum.

pen. Quandoq; dicitur Decretum electio de aliquo facta ad aliquod officium.ff quod cuiusq; uniuer.l. item eorum.§.si decuriones.de elect.innotuit. Quandoq; dicitur in integrum restitutio. ff. de post.l. i §. de qua. Quandoq; dicuntur Decreta patrum statuta, ut hic, &.j.xx.distin.si decreta. Et fuit compilatum a magistro Gratiano, anno domini. M.C.V.secũdum formam appellationis, quæ ponitur.ii.q.vi.§ forma. Sed ut glo. ibi dicit colligi ex chronicis, ꝙ fuerit. M.C.L. Et hoc decretum non est approbatum quo ad dicta Gratiani, sed bene quo ad compilationem, & alia: de quo per Io.An.de biga. debitum. de rescript ex parte.i.not Hug.& Archid.xi.distin.quis nesciat. &.l.disti. de his. Et diuiditur totum opus in tres partes in Distinctiones, Causas, & Tractatũ consecrationem. Distinctiones præmittuntur, quarum sunt centũ & una: in quibus tractatur de origine iuris diuini & humani, & de ordinatione, uita, & moribus clericorum, & eorum officiis. Causæ sunt trigintasex, quæ per modum positionis formantur: & sub eis uariæ quæstionis ex causis ipsis emergentes, & incidentes explanantur. Sed sub tricesimatertia causa post tertiam eius quæstionem, in qua mentionem fecerat de pœnitentia, inseritur tractatus De pœnitentia, habens septem distinctiones. Postremo autem ponit Tractatus consecrationis, cum quinque distinctionibus usque ad finem continuatis. De huius libri diuisione ita solent tradi uersus.

Cõpilatio decreti.

Distĩctiões

Cãæ.

C, distinguit & i, dant causas x, tria cum ui.

pœnitet v, uersum: sed consecrat v, uiceuersum.

SED de his ad præsens satis, ne lõgiores reperiamur, ꝙ ab initio polliciti sumus. Habes, ô lector, laborem quidem præcipitatum, & quoad potuimus abbreuiatum: in plurimis tamen non ingratum, aut iucundum tibi fore scio. Pensa animum nostrũ, quem non plebeium lucrum, non popularis aura, sed communis studentium utilitas, ad huius opusculi consumationem allexit. Tuoq; fauebis Sebastiano, Sibi, si quid de te bene meruit, longa stamina, fusosq; lanificus sororum non fastiditos, immo uero continuatos precando.

Iamq; uale, studiose puer, perdisce libellos,
  Hosce: neque addubita, te quia digna leges.
Contigimus portum, placidis comitantibus auris,
  Et premit optatum nostra carina solum.
Lintea fessa quidem, remiq;, ratisq; manusq;,
  Quod meruit naulum nauita ferre cupit.
Disce docendus adhuc, tenerum bene digere tempus.
  Est aliquid saltem, discere uelle. Vale.

MODVS STVDENDI IN VTROQVE IVRE.

IOAN: BAPTISTAE DE GAZALVPIS.

CVM expurgaueritis uetus fermentũ, & iam ſitis noua conſperſio, ut opinor, in azymis ſynceritatis & ueritatis: in quo ſtatu nos conſeruet clementiſſimus Deus: uiſum eſt mihi ſitienti utilitatem ueſtram, tempus eſſe conueniens, quo ſtudioſis anxie diligentibus religionem iuris ciuilis, rectum callem oſtendam, quo greſſus eorum dirigam, & uiam aperiaʒ, per quam ambulent, nõ in tenebris, ſed in luce, ad illam legalem ſapientiam capeſſendam: Dicaʒ igitur quæ ſentio, & pro utilitate ueſtra fideliter loquar, quaſi mihi ipſi ꝯſilium dans.

DOCVMENTVM I.

QVicunque cupit iuri operam dare, ſit circunſpectus infra ſcriptis. In primis bene, & diligenter præparet animam ſuam, confitendo peccata ſua integre, & ſatisfaciendo pro cõmiſſis: ut ſic Spiritus ſancti gratia, omnem habens uirtutem, & omnem ſcientiam, inueniat receptaculum mundum, & tribuat plenam perfectamq; ſcientiam. nam quicquid alibi quæritur, hic perfectius inuenitur. xxxvii. diſt. c. legimus. §. ſed econtra. in fin. illud eſt potiſſimum & primum conſiliũ quod dedit uenientibus ad ſtudium uenerabilis doctor Guiliel. de monte Laud. in clement. i. de magiſtris ſubdẽs, ꝙ ſcholaſtici qui ad quãuis ſcientiam approbatam tranſeunt & die noctuque torquentur, in uanum laborant, niſi Dei gratiam habeant ſecum coadiutricem: quia ut dicitur Sap. i. In maleuolam animam non introibit ſapientia. Idem conſilium dedit recolẽdæ memoriæ doctor dominus Simon de Burſiano, Cardinalis Mediolanenſis, in proœmio Clemen. dicẽs, ꝙ ſcholaris non confidat in ingenii perſpicacia, & capacitate, ſtudii aſſiduitate, & memoriæ tenacitate: ſed in eo ſpem ponat, qui ſcientiarũ dominus eſt: in quo ſtãt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi. Nam ſcriptũ eſt: Qui confidunt in domino, intelligent ueritatem: ſuperbis autẽ Deus reſiſtit. Idem conſilium ſummopere laudauit in. d. clement. i. de magiſt. Franciſcus de Zabarellis de Padua, olim Cardinalis Florentinus: & inſignis doctor do. Goffredus Caietanus in dicta clem. i. & Martinus de Fano in epiſtola quam fecit de modo ſtudendi, in quinto requiſito. Caueat etiã omni conatu a ſingulis peccatis: qa delinquens in uno factus eſt omnium reus:

Aĩa purgãda & ꝯſcientia.

teus: ut in c. defleat. extra de reg. iuris. & per unum peccatum tota gratia euacuatur. xxxij. q i. cum renũtiatur, totum enim hominem, non dimidium saluat Deus. Versus. Larga dei pietas totum non dimidiabit: Aut nihil, aut totũ, te lacrhymãte dabit.

A uenere absti nẽdũ scholaribus

Dicit etiam Guilielmus, quod specialiter caueat ideȝ studens a Venere, (quo uitio ꝯsueuerunt facile studiosi inquinari) cum per tale uitium ratio & intellectus, tanquam superiores partes mentis confundantur, sensualitate (quæ est inferior pars) attrahente & prædominãte. xxxvij. dist. c. turbat. in c. i. de sacra unct. uersi. in pectore. Simile in caule, cuius spica per quã emittitur semen si permittatur luxuriari: cito crescit: sic est in scholari, si pinolum, id est, ingenium permitatur defluet, uirtus supernæ rationis & intellectus impediuntur & corporis paratur infirmitas. Idem dicũt præfati doctores in. d. clem. i. ubi subdit D. Card. Florent. quod ipse habuit auditorem, qui notorie obiit ex hoc: & cognoui plures, qui hoc uitio dediti, male uitam finierunt, uno contextu perdiderunt omnem uirtutem omnem honorem & oẽm substantiam. & inter cæteros uidi quẽdam scholarem diuitem & ingeniosum, qui fuerat rector cuiusdam studii, captum mulieris amore (quæ est rete diaboli, ut inquit Hieronymus) tandem propter illius meretricis amplexus uagabundum discurrisse prouincias. & tandem carceratum pro mole æris contracti pro nutrienda illa diabolica fœmina. Iste idem præ rubore & uerecundia ne cognoscerẽ eũ, prono in terram uultu petiit a me elemosynaȝ. ad hoc uide xxxvij. di. c. legimus. uers. hinc etiam. & Hieronymus in epist. ad Damasum.

Ab Alea.

Caueat ab Alea, quæ fomes est, & incentiuum omnium malorum: ut plene dixi anno superiori in opusculo contra lusores, quod uelis omnino uidere: quia ipsius lectura cum adtorio Dei reformabit te, si reformatione indiges.

Crapula! Ebrietas.

Caueat a Crapula & Ebrietate: cũ cum uicina sint uenter & genitalia, ex uicinitate membrorum resultat quædam confœderatio malorum, id est, uitiorum, secundum Hierony. & Greg. in moral. dicit quod dominante gulæ uitio, omne quod homines fortiter egerint, perdunt: & dum uenter non restringitur, simul cunctæ uirtutes obruuntur. Et hinc est, quod pinguis uenter tenueȝ sensum non gignit. Ideo suadeo, ut mutuas comesationes fugiatis: nam escarum usus est Insatiabilis, & origo uitiorũ & est quid perniciosum, & sanitati inimicum: & quod peius est, inutilis consumptio temporis, quo nihil carius, secundum Theophrastum.

Qualiter iuuenibus uiuendum.

Audi Augusti. in lib. ij. de ordine contra Academicos, cap. viij. Adolescentulis studiosis sapientiæ ita uiuẽdum est, ut a ueneréis rebus, ab illecebris uentris & gutturis, ab imodesto corporis cultu & ornatu, ab inanibus negotiis ludorũ, a torpore somni atq; pigritiæ, ab æmulatione, obtrectatione, inuidentia, ab honorum potestatũq; ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se abstineant. Amorem autem pecuniæ totius suæ spei certissimum uenenum esse credant. Nihil eneruiter faciãt, nihil audacter. Inimicitias uitẽt cautissime, ferant equissime, finiant ci

tissime: In omni uero contractu cõuersatiõeq; cũ hoibus, satis ẽ seruare hoc unũ uulgare prouerbiũ, Nemini faciant quod pati nolint. Republicã nolint administrare, nisi plecti. Perfici autem uel intra senatoriam ætatem sistinent: uel certe intra iuuentutem. Sed quisquis sero ad ista se cõuertit, non arbitretur nihil sibi esse præceptum. Nam ista utique facilius adulta ætate seruabit. In omni autem uita, loco, tempore, amicos aut habeant, aut habere instent. Obsequantur dignis, etiam non hoc expectantibus. Superbos minus curent: minime sint. Apte congruenterq; uiuant. Deum colant, cogitent, quærant, spe, fide, charitate subnixi. Optent tranquillitatem, atque certum cursum studiis suis omniumq; sociorum: & sibi quisque poscat mentem bonam. pacatãq; uitam. Hæc Augu.

Quid orandum. Optimum autem & salutare est remedium ad prædicta consequẽda, frequens oratio ad Deum: de qua oratione plenissime loquitur gloss. in Clementin. si dominum. de reliq. & uener. sanct. super uerbo, orationem, & specialiter hortatur, ꝙ quilibet studiosus uelit singulis diebus dicere officium beatæ Mariæ gloriosæ uirginis, quæ est inuentrix gratiæ, genitrix uitæ, & mater salutis: in qua qui spẽ posuit, nunquã uacuus abiit.

Quo credẽdum. Cæterum licet omnis quicunque adultæ ætatis teneatur credere articulos fidei: ut habetur in Symbolo, Credo in Deum & Athanasii, Quicunq; uult saluus eẽ. de quo. xxxviii. dist. c. i. & . ij. & licet laico simplici, & forte omnibus etiam literatis sufficiat articulos fidei credere implicite, id est, credere uerum esse quicqd credit Ecclesia catholica: ut dicit Innoc. in. c. i. de summa trinitat. & sequitur mag ster Bernard. Compostellanus ibidem: Illum tamen qui ingeniosus est, hortatur idem Compostella. ut uelit illos articulos fidei scire magis distincte. Et quãuis hoc ex dono scientiæ, & ingenii sibi a Deo dato, quasi ex debito rationis, & ingratitudinis uitandæ causa scire debeãt: putat tamen ibidem ꝙ dicti laici etiã ingeniosi, & literati non peccãt mortaliter, si dictos articulos fidei nesciãt explicite, uel non sint soliciti de his sciendis: quia eorum professio ad hoc non est: quæ uerba nota diligenter.

DOCVMENTVM II.

Doctor eligendus. Conuenit adolescenti studioso, qui sicut dictum est, uiuere instituerit, quærere doctorem sibi, & magistrũ, cuius auctoritas aperiat sibi ianuam sciendi necessaria, magna & occulta: quam ianuam quisque ingressus sine ulla dubitatione uitæ optimæ præcepta sectatur, per quæ cum docilis factus fuerit, tunc demum discet & quanta ratione prædita sint eaipsa quæ secutus est ante rationem: & qd sit ipsa ratio, quam post auctoritatis cunabula firmus & idoneus iam sequitur, atque comprehendit. Hæc Augusti. ubi š. Plinius secundus. ii. lib. epistolarum epistola. xviii. inter cætera cuidam Maurico, qui eum consuluerat de præceptore eligẽdo pro fratris liberis, dicit hæc uerba: Cum omnes qui profitentur, audiero, quid de quoque sentiam, scribam: Nec ignoro, suscipiendas offensas in eligendo

præceptore: sed oportet me non modo offensas, uerum etiam simultates pro fratris tui liberis tam æquo animo subire, quam parentes pro suis. Illustris doctor Martinus de Fano in epistola quam fecit de modo studendi, dicit, primo quærendũ esse de Doctore, si qualia doceri oportet doceat, si libenter ad interrogata respondeat: & si respondendo dubitationes de pectore quærentis euellat: si patitur rationabiliter contradici: si causam rationabilem suis dictis adiungit: si uidetur quod asserit, de fonte uel scripturæ uel æquitatis, ubi iustitia deficit, prouenire. Item quærendum, an sit satis sufficiens, an uim habeat impressiuam, ut exemplis intelligibilibus instruat quod ostendit: nec sit in sua lectione pomposus, sed potius utilis, & fidelis: & plus ueritati quam triuffis & ornamento uerborũ inhærens. Dicebat recolendæ memoriæ doctor & præceptor meus dominus Ioan. Petrucii de Perusio, quòd aliqua quæ adulta in ætate ab imperito & inepto præceptore erronee sibi tradita didicerat, uix sexagenarius factus dediscere potuerit. unde suadebat, in electione præceptoris esse propriæ utilitati, non alieno honori consulendum. Hinc Hierony. in epistol. ad Athletam, de institutione Paulæ, monet, quòd non discamus in teneris annis quæ dediscenda forent: quia difficulter eradicatur, quod rudes animi didicerunt. & subdit: Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem, orbisque dominatorem, & in moribus & incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere uitiis, quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Hinc sumat exemplum quisque, ut illum æmuletur, & cum illo conuersetur, cuius mores sunt probati: alias informabitur cohærentia. Tu intelligis quid dicere uelim: quorsum tendant hæc dicta mea. Qui habet aures audiendi audiat. Adde quod Macedonum sapientissimus Rex Philippus Alexandrum filium Aristoteli in disciplinam tradidit: extatque illius epistola ad Aristotelem: quam Aulus Gellius lib. ix. Noct. Att. his uerbis ponit: Diis pol habeo Gratiam: non tam proinde quòd natus est mihi filius: quàm pro eo quòd eum nasci cõtigit temporibus uitæ tuæ. Spero enim fore, ut eruditus, edoctusque abs te, dignus existat & nobis, & rerum istarum successione. Hæc refert Leonardus Aretinus in quadam epistola. Item Plutarchus de liberis educandis sic ait: maximum omnium, longeque primarium dicturus accedo. Inquirendi sunt præceptores filiis, quorum uita nullis obnoxia criminibus, irreprehensi mores, & optimum sit experimentum. Honestatis enim fontem, simul ac radicem esse liquet, legitimam consequi disciplinam. Pauloque infra subdit: illud certe stultitiæ extremæ: Sunt quidam qui licet præceptorum inscitiam cognouerint, idque præsenserint, illis tamen suos commendant pueros: nonnulli placidis ipsorum uicti blanditiis. Sunt etiam qui rogantium amicorum gratiæ tribuant. qua in re simile quippiam factitant: ut si qs ægroto laborans corpore doctum ac salutiferum omittens medicum, ut amici gratiam ineat, imperitum ho

Qualis doctor.

Præceptor.

Præcepta erronea.

Mores magistri.

minem deligat, a quo fortassis in perniciem detur hoc satis apud Plutarchum.

DOCVMENTVM. III.

Honor praeceptoribus impendendus

CONuenit adolescenti studioso posteaquã idoneum praeceptorem elegerit, illum honorare, obseruare, colere, amare ut genitorem, & conari habere beneuolũ. Ipsum interroget, ut ab eo instruatur, non autem ut calumnietur, & & per aliquam cauillationem aut fallaciam intercipiat eũ. Hæc Martinus de Fano in d. epistola, & Card. Mediolanensis in d. procemio Clement. Non superbiat ille discipulus, cui aliquando contingerit [illegible] aliquid scire doctori ignotum nam in hoc latissimo prato iuris ciuilis bos herbam, canis leporem, ciconiaq; lacertam inuenire potest: ut in simili dicit Seneca in epist. 108. Præterea omnia intelligere, & omnium habere memoriam, diuinitatis est potius quã humanitatis: ut l. i. §. si quid autem C. de uet. iur. enu. Capiat unusquisq; exemplum ab Augusti. dicente: Ego episcopus tot annorum ab anniculo paratus sum doceri. xxiiij. q. iij. si habes. Conetur præceptoris opiniones defendere quãtum potest: exẽplo Cassii Iurisconsulti: ut habetur in l. qualem. uer. Cassius. ff. de arbi. cũ simi. Quod si non potest ex errore manifesto, ueritatem præponet, & honorabit eam: nam ambobus existentibus amicis, sanctius est honorare ueritatem, ut inquit Philosophus. i. Ethi.

DOCVMENTVM IIII.

COnuenit ut omnem curam, studium & diligentiam adhibeat, Deum & facultatem cui indulget, corde gerens: ut inquit idem Marti. de Fano in d. episto. circa quæ quicunque uoluerit ad saturitatem uidere. legat Plin. lib. i. epist. iii. v. vi. ix. xiii. xvi. xviij. xx. & xxi. Itẽ in li. ii. epis. iii. v. xi. xiiii. xviii. & xix. Item in lib. iii. episto. i. & iii. Sed super omnia. legat & memoriæ commendet epistolam v. dicti lib. iii. ad Marium: quæ incipit, Pergratum, in qua describit uitam & mores Plinii maioris auunculi sui: quæ literis aureis esset scribenda, non omisso apice. Incitaret enim animum cuiusque ad diligentiam, & moueret pectora etiam durissima & saxea, quinimo ex ipsius lectione plerique qui se credunt diligentissimos, cognoscerent manifeste se esse negligentes. Imitetur exemplum Pomponi Iurisconsulti dicentis hæc uerba: Nam & ego discendi cupiditate (quam solam uiuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi) memor sum eius sententiæ, quam dixisse ferunt Iulianũ: Nam & si alterum pedem in sepulchro tenerem, adhuc tamen discere quidem uellem. ut habetur in. l. apud Iulianum. ff. de fideicommis. liber. Subdit Martinus de Fano in dicta epistola: Nec tantũ studeatis ꝙ tristitia aut pectoris dolor uos affligat anxietatibus: recipite requiem, & animum ad gaudia reuocate. Hoc fuerit supfluũ monere tẽporibus nostris. Nam libri scholariũ regulariter sunt pleni puluere, quotidie circumeunt plateas, ut cũ

ſint bene, imo luxurioſe induti, ui/deant & uideantur. Peſtis efficaciſſima ſtudioſis luxuria ueſtium, propter quam tempus otioſe perditur, & rotæ conuerſæ ſunt in ſcabella. Scio intelligis quid uelim monere per hæc uerba. Hinc Ioan. And. reprehendit ſcholares ueſtibus doctoris utentes: ut eſt gloſ. in. c. ad apoſtolicæ de priuileg. l b. vi. Hæc non ſunt intelligenda de nobilibus & potentibus. Vnde Card. Mediolan. in dicto proœmio Clem dicit, Paupertatem eſſe unam ex clauibus, per quas intramus ianuā ſapientiæ: nam paupertas luxuriam compeſcit. & Sen dicit: Si uis addiſcere, ſis pauper, aut ſimilis pauperi: Cratis Thebani recipiens exemplum. xij. q. ij. c. gloria uerſi. ætatis. Hoc intellige cum temperamento, & dummodo neceſſaria adſint: ut inquit Philoſophus, x. Ethicorum.

Paupertas & humilitas.

DOCVMENTVM V.

An expediat habere multos libros.

NON curet ſcholaris in uſu multos libros habere. Nam lectio multorum auctorum omnis generis uoluminum habet aliquid uagum & inſtabile. Certis ingeniis immorari oportet, ſi uelis aliquid trahere, quod animo fideliter ſedeat. Nuſquā eſt quod ubique eſt. In peregrinatione exiſtentibus hoc euenit, ut multa habeant hoſpitia, multas amicitias. Idem accidit his, qui nullius ingenio ſe familiariter applicant: ſed omnia curſim, & properāter tranſmittunt. Nihil eque ſanitatem impedit, quàm remediorū crebra mutatio. Nec prodeſt cibus ſumptus qui ſtatim eiicit. Non conualeſcit planta quæ ſæpe transfertur. Diſtrahit librorum multitudo. Itaque cum legere non poſſis quantum habueris, ſatis eſt habere quantum legas. Sed modo hunc librum euoluere, modo illum, raro eſt fructuoſum. Faſtidientis ſtomachi eſt, multa degustare: quæ ubi uaria ſunt & diuerſa, inquinant, non alunt. Non refert q̄ multos, ſed q̄ bonos libros habeas: Lectio certa prodeſt, uaria delectat. &c. Hæc Sen. in epiſt. ij. pro maiori parte. unde dominus Cardinalis Flo. in. d. cle. i. de magiſtris. dicit, q̄ expedit ſcholari paucis libris uacare, ut poſſit commendare memoriæ quæ fuerint opportuna ut puta ſcholari in iure ſtudenti conuenit memoriæ commendare textus & gloſſas, ſine quibus fruſtra laborat, ad ſubtilitates quas non poſſet iure probare. Doctor autem indiget multis libris, & ſi fieri poſſet, omnium qui ſcripſerunt: ut ex multis poſſit elicere ueriora. Tu ſi uolueris plenius uidere, an expediat habere multos libros, uide eundem Sen. in lib. de beneficiis c. ij. & in lib. de Vita & moribus philoſophorum, in. iii. parte. & Hiero. in epiſt. xl. & Oldradum conſilio. lxxxv. Quod ſi omnino uoluerit illos habere, & cum perfectus fuerit, illis utitur: notum ſibi facio, q̄ primus qui cœpit gloſſare textus & leges fuit Guarnerius ſeu Irnerius, dum ſtuduiſſet legibus ex ſeipſo: & legit Bonon. unde tunc fuit maximi nominis: & merito appellatus Lucerna iuris: tanquam primus illuminator noſtræ ſcientiæ. Ita dicit Odof. in l. ius ciuile ff. de iuſti. & iure. Poſt eum ſecuti ſunt Bulgarus, Martinus, Placentinus, Ioānes, Azo, Accurſius: quorum gloſſæ qua auctoritate factæ fuerint, non me memini legiſſe. ſed circūſcripta licētia principis, an

Guarneri⁹. Martinus. Placētinus. Ioan.

impune licuerit glossare, uide glos. in l.ij.§. hoc autem. C. de uete. iur. enu. Notabis tamen circa prædicta aliqua demulcentia aures auditorum. Primo notabis, quod prima summa quæ fuit in iure nostro fuit composita a Rugerio: ut dicit Odof. in rubr. C. ad legem Iul. repe. Huius discipulus fuit Rofredus Beneuentanus: ut colligitur ex dictis Ioã. And. in addi. specul. in tit. de fructibus & interesse. & in titu. de confes. Sciendum est etiam quod dominus Placentinus præclarus & famosus iurisperitus apud Montempessulanum super Codice & Institutionibus summas laudabiles composuit: ut dicit Azo in pœmio suæ summæ super Codice, & incipit dicta summa Placentini Cum essem Mantuæ. & ista summa Placentini erat tunc melior aliqua alia quæ publicata esset usq; ad illa tẽpora: ut dicit Odofr. i l.i. ff. de pactis.

Rugerii summa. Rofredus. Placẽtini summæ.

Post de hæc Ioannes Basianus Cremonen. fecit unam summam breuissimã super Pandectas, de quo Odof. in l.i. in principi. ff. de edendo. dicit, quod erat uentosa, & quod illam solum fecit ut Placentinum reprehenderet, & quod aliqd boni non est in illa summa. Idẽ Ioan. fecit Quãdã lecturã sup. C. Iste Io. fuit præceptor Azonis: ut i sum. Azo. sup. C. in tit. p so. de q̃ in glos. fit sæpe mentio. Floruit anno domini Mcc. Iste fuit iuris lucerna, & speculum mundi, ut inquit Ange. de Perusio in repeti. l. falsis. C. de furtis.

Io. basian⁹.

Eodem tempore fuit Bulgarus, ut habetur in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscrip. Supuenit Azo, qui primo fecit minorem apparatum super C. & ff. deinde fecit summam quam habemus, & dicitur Azonis, & est. licet quidam dixerint olim, illam summam quæ attribuitur Azoni, fuisse Ioannis Basiani Cremonensis: sed male dixerunt, nam Ioannes tantum fecit summam super Pandectis, ut dixi. hoc dicit Odof. in l. legem C. de pac. & illi summæ Azonis Odofr. fecit additiones, quas in aliquibus summis incorporatas uidi. Post hanc summam idem Azo fecit magnos apparatus super Digestum uetus optimus fuit, ut dixit Odofr. in l. Iulianus. ff. de condi. inde Hunc Azonem Bal. in l. contractus. C. de fide instru. & l. cũ aliter. C. de fideiuss. dixit fuisse fontem legum, & uas electionis. Lotarius fuit contemporaneus Azonis, ut per Bar. in l. sancimus. C. de iudi. Rofredus Beneuentanus, qui fecit utilissimũ opus libellorum in iure ciuili & canonico fuit discipulus Rogerii in inito, ut prædixi: postea discipulus domini Azonis ut ipsemet sæpius attestatur in dicto opusculo libellorum.

Bulgarus. Azo. Lotarius. Rofredus.

Succurrit deinde tenebris iuris ciuilis Accursius Florentinus, qui glossauit Digestum, Codicem, Institutiones, librum Autenticorum, & tres libros. C. tempore Gregorii ix. pontificis clxxxvi. & Friderici ii. in ordine Imperatorum xxiii. Tempore quo glossauit librum Autenticorum currebãt anni domini. Mccxxvi. ut ipse notauit in Autẽ. ut præpo. nomen impera. § si qua uero. super uerbo indictionis. & consequenter a glossatione Accursii usq; ad præsentem annum cucurrerunt anni ccxxxvi. uel circa. Iste Accursius fuit discipulus Azonis, ut ipsemet notauit in l. ii. super uerbo, possum. ff. de condi. ob caus. Iacobus Balduini fuit præce-

Accursi⁹. Iaco. Bald.

pror Odof. floruit anno domini Mcclx. de isto sæpe Odofr. in lecturis suis facit mentionem.

Innocēti⁹ quartus.
Innocentius iiii. qui fuit Ianuensis de domo de Flisco, & de comitibus Louaniæ fecit apparatum solennem super decretalibus: fuit magnus legista: floruit anno domini Mccxliiij. ut p Io. And. in addi. Spe in tit. ne sede uacante.

Cōpostellanus.
Dominus Ber. Compostellanus scripsit super primo decretalium usq; ad titulum de transla. præla. fuit capellanus Inno. prædicti, & edidit illud de mandato Innocētii.

Odofred⁹.
Odofredus fecit lecturas super C. & ff. floruit anno domini Mcclx. colligitur ex dictis eius in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Viuebat etiam tēpore Ioannis Andr. ut colligitur in addi. Spe. in tit. de locato.

Hostiēsis.
Hostiensis, id est, dominus Hēricus cardinalis Hostiensis qui fuit de Segusia secundum Ioan. Andr. in addi. Spe. in tit. de rescrip. præsentatione fuit præceptor Speculatoris, ut dicit Io. An. i addi. spe. i ti. de of. iudicis, fecit summā mirabilē, & edidit lecturas sup Decretalib⁹.

Speculator.
Speculator, Guilielmus Durandi, fuit prouincialis: ut colligitur in Spec. in tit. de feudo. Tempore quo condidit librum Speculi, currebant anni domini Mcclxxi. patet in Spec. de instru. editi. §. i. uersic item hodie.

Iaco. de beluiso.
Iacobus de Beluiso legit sæpius librū Auten. & fecit optimam lecturam super illo libro & multas disputationes.

Bartho. brix.
Bartholomæus Brixiensis qui fecit additiones ad glossas Decreti, fecit etiā quæstiones Dominicales & Veneriales, floruit tempore Gregorii noni.

Garsias.
Garsias Hispanus. floruit anno domini Mcclxxxiij.

Arch.
Guido de Buisio Archidiaconus Bononiēsis floruit eodē tempore: commentauit solenniter Decretum & Sextum, Decretalium.

Dynus.
Dynus Mugelanus claruit anno domini Mccxcvij. tempore Bonifacii viij. pōtificis & Adolfi imperatoris scripsit subtilissime super ff. & super titu. Insti. de Act. fecit etiam mirabile cōmentum super tit. de reg. iur. in vi. Huic disputando determinanti aliquam quæstionem adesse uidebatur tota synodus legalis philosophiæ: ut dicit Cyn. in l. unica. C. de sententiis quæ pro eo quod interest. Repeziuntur etiam consilia eius elegantissima.

Iaco de Rauēna.
Iacobus de Rauenna prouinciæ Lotoringiæ legū professor, in Theologia magister, ac Verdunensis ciuitatis in dicta prouincia episcopus scripsit super ff. & C. & multa simpliciter tradita a maioribus, reduxit ad Dialecticū arguēdi modum: ut per Cyn. in l. quicunq;. C. de seruis fug. q. vi.

Petr⁹ de bella.
Petrus de Bella pertica, Burgundus, doctor illustris, scripsit super ff. & C. & super Institutionibus. Edidit etiā infinitas disputationes: ut audiui, numero centum. Floruit anno domini Mccc. ut colligitur ex dictis Cyni & Bart. in l. i. C. de sententiis quæ pro eo quod inter. & fuit contemporaneus Dyni.

Iacobus de Arena Parmensis cuius opiniones ut plurimū sunt de mente iuris, ut dicit Bartol. in sua disputatione quæ incipit, Statuto Lucanæ ciuitatis. scripsit breuiter, sed utiliter super C. & ff. & fecit multas disputationes.

Marti n⁹ de Silemanis.
Martinus de Silemanis fuit contēporaneus Dyni. iste fuit præceptor Io. And. in legib⁹: ut refert Ioā. And. in additio. Spec. in ti. de arbitris.

Bartho. de Neap.
Bartholo. de Neap. fuit cotēporane⁹ Dyni. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de iura. calū. & in tit.

Fran. de donatiõ. Franciſcus Accurſius
Accu. fuit etiam cõtemporaneus Dyni, ſm
Doct.in.l.unica.C. de ſententiis, quæ
pro eo quod inter.& Cyn.in.l.ſi.C.
de ſuſpectis tut.& Bart.in.l.i.§.ſuſpe
Alber cti.ff. ad turpil. Albertus Odofredi
tus fuit cõtemporaneus Dyni.uidi conſi
Odo. lium ſubſcriptum ab utroq;: de quo
patebat publico inſtrumẽ.in archiuo
Ri Senẽſi. Richardus de Petronibus de Se
char nis Cardinalis, unus ex compilatori
d' de bus Sexti decretalium, fuit de ſequaci
Petro bus Franciſci Accurſii ut refert Cyn.
nibus in.l.tutori.C.de neg.geſ.obiit Ianuæ
anno dñi Mcccxiiii.ut uidi patere pu
Guil blico inſtrumento. Guilhelmus de
hel.de Tyno doct.ultramontanus, qui legit
Ty. longo tempore in ſtudio Aurelienſi,
fecit breuem apparatum ſuper.C.&
Ric. ff.ueteri. fuit doctor illuſtris. Ri
Malũ chardus Malumbre Cremonẽſis, qui
bre. legebat Paduæ tempore regis Rober
ti ſecundum Cyn.in.l.ſi uiua matre.
C.de bo.mater.fuit ualentior doctor
Italiæ ſuo tempore, ut dicit Bald.in
l.qcunq;.C.de epiſ.& cle. Iſte Richar.
fuit condemnatus de hæreſi, ut in.d.
l.quicunque. per Iacob.Butri.& Bal.
multa ſcripſit, quorum copia rara.
Lãber Floruit anno domini Mccc. Domi
tinus nus Lambertinus de Ramponibus
de Rã. Doct. profundiſſimæ & fundatiſſi
mæ ſciẽtiæ ſcripſit ſuper ff.& C.ſuo
rum ſcriptorum rara eſt copia. Hunc
doctorem extollit uſque ad ſydera
Ioan. And.in.c.ſi pater:de teſt.in vi.
Bar in Nouella. & in additioni. Spec. in
thol. titul. de teſta. Dominus Bartholo
de Bu mæus de Butrigariis extollitur a Io.
triga And.in addit.Spec.in tit.de accuſat.
riis. in.iii parte.Ioan. And. fons & tuba
Ioan. iuris canonici, fecit nouellas ſuper
And. Decretalibus: gloſauit & Sextum &
Clementinas: fecit Nouellam ſuper
Sexto:& Mercuriales, opus digniſſi
mum.& ultimo loco fecit mirabile
opus Additionum Speculi: anno do
mini Mcccxlvii. ut colligitur ex his
quæ ipſe dicit in additiõi. prædictis,
in tit.ne ſede uacãte.& in tit.de filiis
presbyterorum. Mortuus eſt anno
domini Mcccxlviij tempore magnæ
peſtis, ut ſcribit Ioan. Calderini eius
filius adoptiuus in cuueſtra de cohab.
cler.& mulie. De qualitate patris Ioã.
Andreæ, & aliis ad notitiam ſui per
tinentibus, uide in dictis addit. & in
tit.de filiis presbyte.& in tit.de æta
te & qualitate. & in tit.de ſucceſ. ab
inteſt. Hunc uirum tibi propone, pa
tre ludi magiſtro, tenuiſq; fortunæ
homine natum: qui iſta moleſtiſſi
ma utriuſq; iuris ſtudia & pertulit
& didicit, pelle urſina tectus, citra le
cti delicias, neque poſtea uxorius fa
ctus ſolitam diligentiam intermiſit.
huic ad urbem uenienti (ut refert Ni
colaus Euerardi in locis ſuis legali
bus, loco ab auctoritate) dixit Ponti
fex: bene uenerit, qui lux mundi co
gnominatus eſt. Plura alia his ſimi
lia de iuris doctoribus referuntur in
dicto loco ab auctoritate. Cynus de
Sigisbuldis de Piſtorio florebat an
no domini Mcccxiiii. quo anno i die
ſancti Barnabæ apoſtoli finiuit lectu
ram ſuper.C.: quam inchoauerat an
no præcedenti. Iſta lectura perfecit in
genium Bartho. ut inquit Bald.in c.
ſi uaſallus.in tit.ſi de feud.fue cõtro.
inter do. & uaſ. Scripſit plane ſuper
prima parte ff.ueter.uſque ad titul.ſi
ex noxali cauſa agatur. incluſiue. &
ſuper tit.de rebus creditis.in.ij.parte.
ſuper reliquis paruam additionem
ſcripſit.fuit iſte Cynus amicus Ioan.

And. ut attestatur Ioan. And. in addi. in tit. de locato. Fuit discipulus Dyni: quem præceptorem suum reuerendissimum fuisse profitetur in mille locis.

Oldr. Oldradus de Laude fuit contemporaneus Ioan. And. & Cy. & fuit discipulus Dyn. fuit aduocatus consistorialis. Edidit super iure ciuili plures lecturas, quarum rara copia reperitur. solenne opus consiliorum fecit. Floruit anno Mcccxx. Vixit imperante Ludouico IIII. uidi eius compendiosam & utilem lecturam super feudis. circumfertur hodie eius tractatus de Legitimatione, cum aliis: qui sunt multum utiles.

Nicola⁹ de Materellis. Nicolaus de Materellis, doct. Mutinensis, fuit contemporaneus Ioan. And. ut colligitur in addi. ad Spec. in titu. de confessis. §. sequitur. Edidit pulchras lect. super ff. & C. illarum copia rara.

Ioan. Cald. Ioannes Calderini Bononiensis adoptiuus Ioan. And. doct. magnæ scientiæ & uitæ sanctæ, floruit tempore Ioan. And. & post commentauit Decretales, & fecit pulchrum opus consiliorum.

Gasp. de Calderinis. Gaspar de Calderinis floruit paulo post.

Ioan. Fabr. Ioan. Fabri, doctor ultramontanus, qui fuit Aquitanicus, scripsit super C. & Institu.

Iaco. Butr. Fere per eadem tempora Iaco. de Butrigariis scripsit super ff. ueter. & super C. fecit duas lect. ueterem & nouam. Item commentauit titul. institutionum de Actio. Edidit etiam infinitas disputationes. Fuit unus ex præceptoribus Barto. floruit anno Domini Mcccxx.

Reineri⁹ de Forliuio. Reinerius de Forliuio alius præceptor Barto. qui commentauit etiam ius nostrum obiit anno domini Mccclviij. ut refert Nellus de sancto Gemin. in parte ulti. bannitorum q. vij.

Feder. Petr. Fredericus Petrucius de Senis fuit contemporaneus Ioã. And. Cy. Oldradi, Nicolai de Materellis & aliorum, de quibus paulo supra. Floruit anno domini Mcccxv. Edidit notabile opus consiliorũ.

Recuperi⁹. Recuperius de sancto Miniate, & Ioan. Pagliarensis de Senis fuere contemporanei Frederici, & uiri singulares.

Lap⁹ de Castell. Lapus de Castellione contemporaneus prædictorũ fecit inter cætera opus notabile Allegationum suarum.

Bart. de Saxo ferrato. Bartolus de Saxo ferrato Picenus speculũ pater, & lucerna iuris ciuilis, natus anno domini Mcccix. incœpit studere in iure ciuili anno domini Mcccxxij. idem publice de iure respondit anno domini Mcccxxx. obiit anno domini Mccclx. ætatis suæ anno xlvi. fuit discipulus Cyni, Iaco. But. & Reinerii: ut colligit ex dictis eius in. l. si is qui pro emptore ff. de usucap. & in l. quidam cum filium ff. de uerb. oblig. ibi conijcere potes quibus parentibus natus sit Barto. & in. l. i. C. de sum. trinitat. & ex repetitione domini Nicolai Alexandri eius generi in. l. etsi filium. ff de muner. & hono. Edidit mirabilia commenta in iure nostro, quæ propter eorum celebritatem notoria sunt.

Franciscus Tigrini. Franciscus Tigrini de Pisis floruit tempore Bart. fuit doctissimus, & sanctæ uitæ.

Franc. de Albergotis. Franciscus de Albergotis de Aretio solidus doct. ut plurimum imitatur Barto. floruit per eadem tempora.

Albericus de Rosate. Albericus de Rosate Pergamensis eximius cõmentator, floruit anno domini Mcccl. fuit contemporaneus Bartoli, Barto. non uidit ipsius commentarios, qui continent super ff. & C. multa uolumina, quorum copia frequens est in Lombardia. Albericus tamen uidit Bartolum, nam allegauit eum in suo tracta

tu statutorum parte ij.q.ccxix.& pluribus seq. Signorellus de Homodeis de Mediolano, fuit contemporaneus Alberici, ut colligitur ex dictis Alberici. Martagnanus de Azognidis de Bononia floruit tempore iuuentutis Bartoli: obijt ætatis sue ann.xxv. fecit multas disputationes, quas uidi: & illarum copia rara. de illo mentionem facit Bald. in l. assiduis C. qui po. in pig. ha. Baldus, Petrus, & Angelus magistri Francisci de Vbaldis de Perusio germani fratres, utriusque iuris excellentissimi doctores, discipuli Bartoli, Francisci Tigrini, & do. Ioan. Pupillaren. in iure ciuili floruerunt longo tempore. obiit Baldus anno domini Mccccxiij. in aprili, Papiæ iacet sepultus in ecclesia fratrum minorum. hinc aiunt scioli quidam, & iuris eiusq; scientiæ studiosos odio Vatiniano prosequentes, in scalatum fuisse, ꝙ nescio quid in Archetypo Pisano immutasset. Alciatus tamen in Paradoxis negat eos libros Archetypos, insipienterq; agere, qui ob eorum inspectionẽ seria omittunt. Inter alia eademque innumera ingenij sui monumenta scripsit Baldus diuinum consilium de schismate: in fauorem pontificis Vrbani VI. & præiudicium Clementis VII. pseudo pontificis a Gallis creati, ea spe ut Romana curia in Gallia persisteret: & Vrbani causam defendit etiam Ioann. Lignanus. Cõtra ædis Vedasti abbas, idem a consilio regis Franciæ monumentis literarum Vrbanuz damnat. Angelus decessit Florentiæ eodem anno. Ambo illi unde licet Baldus & Angelus illustrauerũt ius ciuile. Petrus illuminauit ius canonicum. De Baldo & eius doctora tu mentionem facit Barto. in l. quidam suo ff. de cõ. insti. in fi. Richardus de Saliceto floruit tempore Baldi. Bartholomæus de Saliceto floruit eodem tempore, & ambo commentauerunt. ius ciuile. Petrus de Ancharano Bononiẽs fuit discipulus Baldi, floruit tempore Saliceti. scripsit plene super Decretalibus, Sexto, & Clementinis. Edidit pulcherrima commenta super reg. iuris in Sexto & Clementinis, & pulchrum opus consiliorum. Scripsit etiam super ff. ueteri. & ff. nouo. hunc Pontanus in suis consilijs extollit usque ad sydera. Antonius de Butrio de Bononia uir excellens & sanctæ uitæ commentauit Decretales & Clementinas & fuit contemporaneus Petri de Anchar. doctor omni ueneratione dignus. Edidit etiam opus consiliorum, & duo pulchra repertoria, unum in iure Canonico, & aliud in iure Ciuili. Franciscus de Zabarellis de Padua, Cardinalis florentinus, floruit anno domini Mcccc. commentauit Decre. & Clement. solenniter. Christophorus de Castelliono de Mediolano floruit eodẽ tempore: multa tentauit contra communem doctrinam, quæ licet ingenia excitauerint, confusionem tamen fecerunt scholaribus hebetis ingenij. Raphael Fulgosius de Placentia, & Raphael Cumanus (uel melius diceretur Cornelis) contemporanei & subtiles doct. in iure Ciuili claruerunt Paduæ Mccccxx. imitati sunt mores domini Christophori eorum præceptoris. Petrus Maurocenus Cardinalis Venetiis floruit anno domini Mccccxxiiij. scripsit super Sexto Decretalium solenniter. Ioannes de Imola claruit

Margin notes: Signorellus de Homod. — Bald. Petr. Angelus de Vbaldis. — Rich. & Bartholomæ. de Salicceto. — Petr. de Anchara no. — Ant. de Butrio. — Frãc. de Zabarellis. — Christophorus de Castellione. — Raph. fulgo. & Cuman. — Io. de Imol.

eodem tempore: commentauit primum, secundum & tertium Decretalium, item Sextum & Clementinas: præterea infortiatum: & obijt anno domini Mccccxxxvi. xviij. Februarii.

Paul. de Castro.

Paulus de Castro clarus & utilis doctor scripsit super .ff. &. C. Edidit etiam pulchrum opus consiliorum. obiit paulo post Ioan. de Imola, cuius fuerat cõtemporaneus: legit Florentiæ, Senis, & Paduæ.

Dñic⁹ de sancto Gemin.

Dominicus de sancto Geminiano floruit per eadem tempora. commentauit egregie Sextum Decretalium.

Ludouic. Põtanus

Ludouicus Pontanus origine, sed incolatu Romanus: doctor memoriæ singularis, & quasi stupendus: scripsit super aliquibus partibus Digestorum, & Codicis copiosissime. Edidit consilia solennia, & Repetitiones aliquas fecit: inter quas obtinet principatu3 repetitio Autent. similiter. C. ad leg. Fal. & ibi omnia specialia piæ causæ collegit. floruit anno dñi Mccccxxx. fuit discipulus do. Ioannis Petrucij, de quo infra. Tanta fuit huius Pontani auctoritas ob eximiam doctrinam in concilio Basiliensi, ut Eugenium modo damnauerit, damnatu3 rursus patribus reconciliauerit.

Nico. abbas Panormitanus.

Nicolaus quondam Monacensis abbas, postea archiepiscopus Panormitanus, origine de Catania oppido Siciliæ iuxta monte Aetnam, floruit eodem tempore cum Ludouico Pontano: ambo clarissimi facti sunt in almo studio Senensi, & in concilio Basiliẽ. commẽtauit iste dominus Abbas modernus Decretales solennibus claris, & ordinatis commentis: incœpit commentare Decretum. Edidit multas Disputationes, Repetitiones, & Consilia. Eius fama (ut opinor) quotidie crescit.

Petrus de Mathellanis de Bononia floruit eodem tempore.

Iaco. Aluarotus

Iacobus Aluarotus de Padua floruit per eadem tempora: cõmmẽtauit egregium librum Feudorum.

Ioan. Ana.

Io. de Anania tãdem archidiaconus Bononiensis, floruit Bononiæ longo tempore. commentauit Decretales. Obiit anno domini Mcccclv. uel circa.

Thomas Doctius Senensis doct. uerus, & clarus iuris interpres, obiit anno domini Mcccclx.

Io. Petrucii

Ioan. Petrucii de Perusio & Angelus de Periglis de Perusio præceptores mei, primus de mane, alius de sero, florebant anno domini Mcccclxi. quo anno incœpi studere in iure ciuili.

Angelus de Perusio.

Obiit dominus Angelus anno Mcccclxv. dominus uero Ioan. obiit anno Mcccclxii. quorum animæ requiescant in pace: fuerunt illustres doct. ut notum est.

Andr. Iser.

Multi alii fuerunt uiri solennes in iure ciuili, ut Andreas de Isernia commentator Feudorum & Constitutionum regni.

Albert. Gale.

Albertus Galeottii Parmẽsis, qui fecit opusculum quod dicitur Margarita.

Andr. de Pisis.

Andreas de Pisis, qui scripsit super .ff. Argentinus domini Reinerii de Forli.

Benedictus de Plõbino.

Benedictus de Plõbino, qui commentauit aliquos titulos in prima parte .ff. noui. incipiendo a titulo de manumiss. ff. fecit etia3 solẽnes repetitiões & disputationes. Bartolocius de presbyteris de Bononia. Barth. de Capua. Comites de Perusio. Diony. de Perusio.

Frãc. de Rãpon.

Frãc. de Rãponibus de Bononia. Frede. de scalis de Bon.

Florianus. Petr. Hombonus

Floria. de sancto Petr. de Bono, Gãdinus, id ẽ, Albertus de Gãdino de Cremona. Guido de Suzaria. Ygol. de Fõtana Parmẽsis. Hõbon⁹ Cremonẽ. Onof. Bar. de Perus. Iac. de Archizo. de Verona cõm. Feudo. Iacobus de Iso

lanis olim cardinalis. Lanfrancus de Luca. Marinus de Caramanico de regno glosator constitutionum regni: Marsilius de Mantigellis de Bononia illustris doct. cuius multæ disputationes inueniuntur. Mattheus de Matesilanis de Bononia, cuius reperiuntur notabilia dicta quædam, & clara opuscula. Nicolaus Cremonensis. Nicolaus furiosi, qui glosauit librum feudorum. Nicolaus de Neapoli maximus textualis. Nellus de sancto Geminiano, qui edidit illustre opus bannitorum. Hospertus de Cremona, qui fuit primus doctor qui incœpit legere Perusii. Petrus Decer, qui scripsit super libris feudorum. Petrus de Boactariis de Bononia. Petrus Boemus. Tācredus de Corneto, cuius reperitur opusculum quod dicitur Compendiosa. Ybertus de Bonacurte. Vbertus de Bobio, & alii plures. Item in iure canonico prænotatus Abbas antiquus, Bernardus glossator Parmēsis. Bona guida Aretinus. Bertrandus Hispanus, qui scripsit super Clementinas. Basianus. Berengarius olim cardinalis, qui inter cætera fecit pulchrum repertorium super Speculo. Egidius Bononiensis. Franciscus Vercellensis. Goffredus Beneuentanus, cuius reperitur utilis summa. Gratian⁹ Aretinus. Guilelmus de monte Laud. ultramōtanus. Guillelmus naso. Gandulfus. Guilellmus de bonis consiliis de Bononia. Henricus bohic. Ioannes glossator decreti. Ioannes de Deo Hispanus. Laurentius antiquus doct. Laurentius de pinu q scripsit sup clemē. Lauren. de Rudolfis de Florentia, cuius reperitur egregium commentum super usuris inter cætera. Matthæus Romanus qui scripsit super cle. Nepos de Monte albano. Paulus de Leazaris. Petrus de Saxonia. Petrus Manducator. Prosdocimus de Padua. Simon de Bursiano. Cardinalis Mediolanēsis qui scripsit super clementinis. Stephanus Prouincialis, qui similiter scripsit super Clementinis. Stephanus Troches, & Petrus de Stagno q sūt scripserūt super Clement. legentes, apud Montempessulanum. Tancredus glossator, Lucas de penna doctor Gallicus. Thomas de Piperata. Raymundus de Pennatorti. Vicentinus antiquus doct. Vgusio Vercellensis, Zenzelinus Vltramontanus, Ioānes de Blanasco Burgundus. Ioannes Fauentinus, Ioannes de sancto Georgio de Bononia, Ioannes de Morio de Florentia. Ioannes de Santuliis de Bononia, Iason de Mayno doctor celeberrimus: & profecto admirabilis est suus in primis docendi modus: eruditio noua omnino, atque incredibilis pollitio, inaudita & lacteo fonte exuberans facundia. scripsit super. ff. & C. Edidit insuper consilia solennia. Item fecit additiones ad Christoforum Porcum in Institut. Philippus Decius doct. memoriæ singularis scripsit egregie in iure canon. Iodocus Lauuerinis utriusque censuræ doctor ualde subtilis almæ uniuersitatis Tholo. edidit multas disputationes, & nonnullas fecit repetitiones, super. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obligat. & super lege rem maioris pretii. de rescind uen. C. & alii infiniti, quorum tempora, patrias, celebritatem, & opera tuipse prosequaris.

Duorū solidissima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error, tibi

Lāfrācus. Matt. de Matesil. Nico. de Neap. Nellus de sancto Gemin. Tācredus. Vbertus de Bob. Abbas antiq. Goffri. Beneuēta. Gratianus. Guil. de mōte lau. Henricus bohic. Io. de Deo.

Nepos. Paul. de leazaris. Card. Mediolanen. Lucas de pēna. Zenselinus. Io. de Blanasco. Iason de Mayno. Philippus. Deci⁹. Iodocus Flamigus.

propono, ut illos eligas, tanquam principatum tenentes inter commẽtatores iuris: scilicet Ioan. Andr. in iure canonico, & Bartolum in iure ciuili. Illi sunt tibi colendi ultra cæteros. (Ioãne And.) Ioannem Andream in iure canonico cæteris præferendum esse ordine & emolumento, exclamat Cardinalis Florẽtinus in procemio Clementinarum: dicit enim, quod sapientiam canonicam adeo locupletauit suis cõmentis, ut a centum annis simul oẽs commentatores reliqui non æque commentauerint: & merito datur ei principatus, ut eius commenta textui sint apposita Sexti, & Clementinarum. Recolo etiam quod ipse idem Ioan. Andr. in additio. Spec. in tit. de filiis præsbyte. dicit sibi puero fuisse reuelatum a quodam religioso uiro, ipsum illuminaturum ius canonicũ. (Bart.) Bartolum etiã in iure ciuili fuisse principem. quis negabit? Huius dictis semper fere inest clausulam ueritatis, re ipsa patet, ut Pontanus exclamat consilio cccxvij. Propterea in Hispania, & Lusitania decreto regio & communis illarum partium est sancitum constitutione publica (ut alias audiui a quibusdam auditoribus meis illarum partium) quod in casibus in quibus requiritur contradictio doctorum, opinio Bartoli præualeat, tanquam principalior, & secundum illam iudicetur. Si Hispani tantum deferunt Bartolo: nos Italici qd faciemus? Intrepidi sua scripta curemus habere, scire, imitari. qa Bartolista optĩmus iurista cẽsendus est.

DOCVMENTVM VI.

(Audit. doct.) Congruit utilitati scholaris, ut doctorem & præceptorem sine intermissione audiat. Vnde Laurentius antiquus doctor in clement. j. de magistr. & Guill. de mõte Laudu. & do. Cardinalis Florentinus, & dominus G of. Portan exclamant contra scholares capitosos, nõ intrantes scholas, qui quadam capitositate credunt plus addiscere, quam si a doctoribus doceãtur. quod dicit in uanum, cũ sensus auditus aptior sit ad percipiẽdum, & memoriæ tradendum quod uerbali uoce traditur, in scriptis, uel sine, quam uisus, uel alius sensus. xliij. dist. sit rector. Zenzelinus etiam dicit ibidem, quod requiritur instructio a uoce magistra. Primo est tempus tacendi, postea loquẽdi. Eccle. iij. & ueritas prius addiscitur a magistris postea docet. xxxvi. dist. §. ecce. uer. hinc etiam Salomon. un. de Hierony. ad rusticum monachũ dicit, Non ingrediaris absque doctore uiam quam nunquam ingressus es. xvj q. j. c. si clericatus.

(Mora trahẽ in studio.) Nec sufficit scholarem moram trahere in studio, nisi studeat. xvi. q. i c. generaliter. & in c. cum ex literis. de in integ. resti. notat. Hinc dicit Host. in c. fi. de mag. & Ioan. de Lignano in procemio clem. quod scholares (Scholares habitu.) habitu, & non actu, non sunt appellãdi scholares. Quinimmo fortius dicit Dominicus de sancto Gemi. in procemio Sexti. & do. Abbas in c. i. in fin. de iudi. quod tales scholares solo habitu possunt puniri tanquam mendaces. bene facit glo. xxxvij. q. v. cauere. & quod Doct. notant in l. qui

sub prætex.C.de sac.sanc.eccle.uide circa hæc quæ dixi, & quæ not.l.i. scriniarios.C.de test.mil. Dominus Paul.de Castro etiam exclamat contra scholares non intrantes ptinue in l.frater a fratre.ff.de pdi.inde.Viua enim uox multum imprimit: quia habet nescio quid latentis energiæ, ut inquit Hieron.in proœ.Bibliæ. Plinius etiam in quadam epistola Plinium nepotem exhortatur, ut audiat uocē magistri. Ab istis excipiēdi sunt scholares prouecti, & proximi cingi. qa aliquando ruminant in studio camerario quæ didicerunt: aut per se studeant, quæ non leguntur in scholis. Quisque sibi prospiciat prout sibi nouerit esse consultius. Caueat tamen, ne decipiatur a pigritia, uel alia causa.

DOCVMENTVM VII.

diligēter audire.

Scholaris diligens & intrans institutus ut supra, seruet hūc modum, ut cum audit Doctorem, non numeret regulas, non faciat castra in mari, ut dicit glo.in l. i.C.de stu.libe.urbis Romæ. Deinde secundum Martinum de Fa in dicta Epistola, hoc seruet, ut casum ad totam & ad quālibet partem literæ cōcordet. & non credat se intelligere, si aliquam particulā non intelligat ad plenum: & uideat si lex pertinet ad rubricam: deinde ipsius casus: & quare sic statutum fuerit, consideret rationem. & soluat contraria causas solutionis diligēter attendēs, de q̄ fonte procedant. Curet sibi ex se inuenire similia, ex generalibus non inhæreat multitudini: unam uel duas leges det generalibus, quæ melius id exprimāt, memoriæ commendando: & illas quasi unicas gēmas teneat & amplectatur. Tēmpus non perdat in literā commendādo memoriæ, sed intellectui: & ubi & q̄re sub tali rubrica sint positæ contemplando studeat. Demum in corde suo cōcipiat, si aliquē casum audiuisset, uel sensisset, cui decisio illius l. posset applicari: & illum casum auditum, quasi præsuppositionem illius legis habeat. Cæterum cū uigilat in lecto, ruminet in corde dicēs. Tot leges, & sic incipiētes habuimus ex quibus in effectu istud reportauimus. Aduertat etiam dum legit legem, an super illa possit formare aliquam quæstionem, per quam possit legem ad inconueniens reuocare. Tandem quærat ueritatem, & æquitatis, & iustitiæ sit semper amator. Hæc Mart.in Epistola præalle. Sed in præmissis aliquando clarius loquar. Cum inoleuerit iste mos dandi in scriptis, & multiplicati sint infiniti commentatores uarie loquentes, quid sendum? Dicet intra se diligens auditor: si recollectis institero, ego confundor: si non instandum in illis, ut quid perdimus illud tempus? malo domi studere cum uno commentatore præcipuo, puta Bartolo: uel cum intrauero, ro.o scribere. Respondeo: Super omnia consultius est intrare, propter impressionem uocis magistri: ut supra dixi in sexto consilio. Item si stas in scholis, consultius est scribere recollectos §§. nullus enī liber est tam malus, quin aliquid boni habeat: ut dicit Plini⁹ lib.iij. Epist. epist.v. ipsa etiam scriptura facit

Non oia memoriæ ponda.

Quæstiões formandæ.

...te olfacere omne minimum uerbum. Præterea multo magis (ut uulgo dicitur) uiua uox afficit. Nā licet acriora sint quæ legis, altius tamen in animo sedent, quæ pronuntiatio, uultus, habitus, gestus etiam dicentis afficit: ut dicit Plin. 11. in epist. 3. lib. 2.

...tio studē dum. sit. domi

Cum autem domum redieris, & uolueris studere lectionem, in primis textus legas, & lectites ut imprimas. Magis enim firmum, & stabile est quod repetita pbauit lectio: ut dicit text. ... const. cordi. C. de emen. Iustin. cod. Casum figurabis literæ, & intellectui doctorum congruentem: deinde iterum resumatur textus, & notando singula uerba, & partes textus, postquam adaptaueris ad rubricam: & quæsieris rationem dubitandi, & decidendi, colliges textualia & notabilia quæ doctores inde eliciunt. Et coneris etiam tu scire aut elicere aliquid ex ipsa litera. Et hoc potissimum, & primarium in nouitio. Et cum hoc feceris, surgas cum intellectu, & calcules tecum, dicens, Ex ista lege in effectu habeo hoc notatu dignū & illud commenda memoriæ: non de uerbo ad uerbum, sed sufficit in effectu. & hoc sufficeret nouitio, nec ultra: ne si pergat, sentiat stomachum oneratū, quia fragilis hoīuʒ memoria sæpe dum aliud nouū quærit, aliud iam quæ quæsitum ammittit: ut dicere solebat Seneca. Quod si intellectus tuus, & memoria sit capax ulterioris inquisitionis, capias glos. illas, & explica opponendo uel quærendo secundum modum quem dat Bartol. in l. pecens. C. de pactis. & ibi dixi. & tandem calcula glossam, si aliquid habeat notatu dignum: & illud assigna memoriæ, & semper habeat notatu dignum: & illud assigna memoriæ: & semper habeas ante oculos monitiones Senecæ quas uidisti s. in v. consilio tibi dato. Circa Recollectarum tuarum usum do tibi hoc consilium, ut recollectis, quæ nō uersantur circa legem tuam, & intellectum, & notabilia, & necessariam declarationem legis, & glossæ, sed extrauagant cū florib⁹ uariis singularium dictorum aliquando recollectorum, & principaliter extra rem, non inhæreas dum es scholaris, quouis modo ista sint uaria: quæ licet delectent, tamen inquinant. Et Doctores qui ista tradunt, cōsultius facerēt si omitterent: unde bellissime exclamat Salicetus in repetit. l. quod te. ff. si cer. pe. & l. quod Neiua ff. deposi. cōtra illos, q negligūt rl'as scire. & implēt caput suum casibus singularibus, & peregrinis: quæ doctrina est fallax, & periculosa. Quando uero Doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis, in primis illud uideat omnino nouitius, & super textuali intellectu uigiliam premat, omnia pertentet: reliquum quod doctor subdit additiue, uel cumulando quæstiones, & dicta, reseruet in aliud tempus, postquam erit solidatus in regulis, & terminis iuris. & hoc modo Recollectæ prosunt, & non obsunt, si clare traduntur, & non impertinenter: quando uero impertinenter absint omnino a te tanquam uenenum.

Recollectarum usus.

Rl'as scire expedit.

Glossæ quō studendæ.

Quod si diceres, nonne melius esset studere cum Barto. tantum? Confiteor quod Barto. omni tempore omni personæ utilis & necessarius est: sed aliquando breuis, aliquando obscurus, aliquando non legit

legem, aliquando non habetur. Ita/que impleas stomachum tuum bonis cibis, & nutritiuis, id est, bonis legibus, & regulis, & bonis do/ctrinis communibus secundum ca/pacitatem ingenii tui. Laudo quod tu, qui es iam solidatus in regulis iu/ris, & reali cognitione terminorum, & audiuisti partes quæ ordinarie le/guntur, uideas totum corpus iuris cum Barto. & totius facias, ut Barto li doctrinas pro uiribus assequi cone/ris, & tenere in studiis æmulaberis: licet illius ingenii adipisci arduitatem etiam sperare nimium est: quod dari nisi a Deo non potest: sicut in simili de Cice. dicit Plinius lib. 4. Epist. epi/stola 8. eius tamen Barto. uestigia semper adorabis: ut de Virgilio dicit Statius in fine libri Thebaidos, ibi: Nec tu diuinā Aeneida tenta: Sed lon/ge sequere, & uestigia semper adora. Dixi quod æmuleris Bart. nam stul/tissimum est ad imitandum non optima quæq; præponere, ut inquit Plinius lib. j. Epist. epistola v. & lib. vij. epist. ix. Cum Bartolum bene ui/deris, legas alios dignos auctores ex his, quos supra memoraui: & semper notes & excerpas quæ digna inuene/ris, ut facere cōsueuerunt omnes illu/stres uiri. Et tuæ memoriæ debilita/tem artificio styli & pugillarium iu/uabis. Ad id te inuitat epistola Plinii v. in lib. iii. quæ incipit, Pergratum. Ideo dico, quod uideas alios: quia quanto plures respicies, tanto magis proficies: quia non est unus, quāuis præstet, imitandus præcipuus & so/lus: quia nunquam par fit imitator autori. Hæc rei natura est. Semper enī ueritate similitudo minor est: ut di/cit Seneca in prologo Declamationū suarum. Præterea sicut terræ uariis mutatisq; seminibus: ita ingenia no/stra nunc hac, nunc illa meditation[illegible] recoluntur: ut inquit Plinius lib. vij, Epistolar. epistola ix. quæ incipit Quæris.

Excer/pere.

Laudarē, quod nouitius memoriæ commendaret titulum de uerb. signi. & titulum de reg. iur. ff. & regulas iu/ris, de quibus in Sexto, singulis die/bus aliquas. nam & animum recreāt ipsarum uarietate, & [illegible] cō/ferunt. Sunt enim [illegible]ues iuris, quibus est in [illegible]tan/quam Bonon. carocio [illegible] glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. quinimo illas ignorare, lata culpa est. Deinde profectus cum rusticatur aut peregrinatur, potest secum conferre Dynum de reg. iur. quo non puto es/se utilius opusculum, & magis uariū. Cōsultat unusquisq; sibiipsi: illum ui/deat auctorem, ad cuius cognitionē ingenium ardentius excitatur, & per cuius æmulationem credat melius legitimos assequi thesauros. Tempo/re uacationum repetat quæ audierit, uiderit, legerit: & commendet memo/riæ ea quæ fuerint notatu digna. Fe/lix ille cuius memoria fuerit bonæ si dei quæ in promptu reddit sibi credi/ta: ut inquit Seneca in prologo. Decla/mationum. Quod si memoria tua fuerit infidelis custos, committas exce/pta stylo & pugillaribus, ut prædi/xi: & quicquid dixeris, audieris, egeris in die, uesperi commemorabis, ut in/quit Cicero in lib. de Senect. & ad hoc studium in secessu habēdum, uideat epistolam Plinii, ix. lib. vij. quæ in/cipit, Quæris. quæ est elegans ad hoc.

Rřæ iuris

Dyn de rlis iuris

Vaca/tionū

Documentū

DOCVMENTVM OCTAVVM.

Nou Iusti. C Onsulo nouitio, donec Nouus Iustinianus appellatur, id est durante primo anno, ut nunquam curet ad ostentationem arguere: curet scire potius, quam apparere: discat, nō uideri doctus, sed esse quærat, iuxta consilium moralis uiri Alberti causidici Brixiensis. Pars enim scientiæ est, scire quod nescias. De omnibus sibi ignotis diligenter interroget, quorum possit esse capax. Nam si non purgauerit aliquid erroneum, quod ipsum faciebat mussare: illud inde ꝯtinuo transiret in habitū & faceret apostema, id est, esset causa multorū errorū. Vnde Martia. discendi modus est dum te nescire uidebis. Disce sed assidue, disce sed ut sapias. Sumpta parum prodest quæ mox emittitur esca: Bos quibus est pastus ruminat hæc eadem. Quinimo fortasse melius faceret, si secundo anno

Edictalis. quo Edictalis uocatur, ab argumentatione ostentandi causa abstineat. Illæ solent esse fructuosæ contentiones, quæ secreto fiunt inter collegiatos in collegiis ordinis literarii: ut in domo sapiētiæ Senensis, & sīibus q̄ secreto genere disputādi nihil synceri, aut simplicius, aut melius. Refert Aulus Gellius i cap. ix. quod cum quis exploratus a Pythagora, idoneus inuentus fuerat recipi in disciplinaꝫ, statim iubebat certum tempus tacere: non omnes idem, sed alium aliud tempus pro æstimato captu solertiæ: sed non minus quisquam tacuit quam biennium. Reperi etiam quod Hippocrates cum discipulos suscipiebat, antequam doceret, iuramentum ab eis extorquebat inter cætera, ut silentium, sermonem, incessum, mãsuetudinem habituum, morumq; seruarent. Tertio anno

Papiniani sta. quo Papinianista uocabitur, audacter incipiat, & disputationis genus ad utilitatem frequenter, non ad pompam. Disputationis enim multiplex & mira est utilitas: ut luculētissime

Q si disputãdõ. ostendit eloquentissimus uir Leonardus Aret. in opusculo quod edidit de utilitate disputationis. Quarto anno quo Græco uocabulo ab antiquitate

Hircos. uocabatur Hircos in procę. Digesto rum. §. sed quia solitum, quod glossa ibi exponit quasi subtiliter uidens: quod opinor dictū, q̄a hircus est oculorū angulus, ſ3 Seruiū grāmaticum. Hinc apud Virgilium: Transuersa tuētibus hirquis id est, oculis in hircos, hoc ē, in angulos retortis. Vnde scholaris qui studuit tribus annis, & inchoauit studere quarto, fortasse ideo Hircus dicitur, quia sit couenıens ut oculos habeat fixos, & speculationi diu intentos, & eundem in locum directos. hoc. n. facere solēt cogitabūdi, ut supra in domo recolēdæ memoriæ do. Ang. de Periglis de Perusio, de quo supra. Vel ideo Hircus: quia sicut sanguis hirci frangit adamantem lapidem durissimum: sic scholaris qui iam tres annos studuit, omnem duram & perdifficilem materiam iam tractare potest. Est enim tempus speculandi, & pensitandi. Sit igitur in continuatione & colluctatione legali ut cum opus fuerit, in corona deniq; hominum acri magnoq; iudicio ab origine causisq; primis repetat, discernat, expendat, ponderet, colligat: con

cludat: & omnem hæsitationem dubitationemq; redundantem resoluat & in audientium animis aculeum relinquat: quo fiet, ut in disputando, per usum qui est magister egregius, fiat incomprehensibilis & lubricus: & ianuam famæ patefaciat per illas ractiones. Radices disciplinæ sunt amaræ, fructus dulces, secundum philosophum, Patienter igitur ferat omnem laborem: quia labor improbus omnia uincit. Quinto anno Coloritæ uocantur ut in dicto proœmio Digestorum, de his nominibus habetur. Iam enim sciunt colorare uerba casib⁹ legitimis, arcanis eis reseratis, sciunt uti legum inductionibus congruenter, quod est potissimum: ut l. non solum. §. qui pilum. ff. de excu. tut. ibi, recte adaptans omnibus similibus. & iste inducendi modus imitatione maiorum potissime habetur, disputationis usu coalescit. Audi Leonardum in præallegato opusculo de utilitate disputationis, dum dicit: Nam quid est, per deos immortales, quod ad res subtiles cognoscendas atque discutiendas plus ualere possit, quam disputatio: ubi rem in medio positam uelut oculi plures undique speculentur: ut in ea nihil sit, quod subterfugere, nihil quod latere, nihil quod ualeat omnium frustrari intuitum. Quid est quod animum fessum atque labefactum & studiis longitudine otii & assiduitate lectionis plerunque fastidientem magis reparet atque redintegret, quam sermones in corona cœtuq; agitati? Vel gloria si alios superaueris: uel pudore si superatus fueris. ad legendum atque perdiscendum uehementer incenderis. Quid est quod ingenium magis acuat, quod illud callidius uersutiusque reddat, quam disputatio? cum ibi necesse sit ut momento temporis ad rem se applicet, uique uerborum se reflectat, colligat, concludat: ut faciliter intelligi possit hac exercitatione exercitatum, ad cætera discernenda fieri ualociorem. Paulo infra subdit: Itaque ego, qui uestræ utilitatis sum auidus, quique uos quàm maxime florentes in studiis uestris uidere cupiam, non iniuria uobis irascor: siquidem hunc disputandi usum, ex quo tot emanant utilitates negligitis. Etenim absurdum est intra parietes, atque in solitudine secum loqui, multaq; agitare, si in oculis hominum, atque in cœtu, ueluti nihil sapias, obmutescis. Et quæ unam aliquam utilitatem in se habeant, ea magno labore prosequi: disputationem uero, ex qua permultæ utilitates proficiscuntur summa cum iucunditate, nolle attingere. Nam uelut is agricola improbandus est, qui cum liceret ei fundum uniuersum excolere, saltus quosdam steriles arat: partem uero quampiam eius fundi pinguissimam, atque uberrimam relinquit incultam: sic reprehendendus est is, qui cum omnia studiorum munera adimplere possit: cætera quanuis leuiora accuratissime obit: disputandi uero exercitationem aspernatur, & negligit: ex qua tot fructus colliguntur uberrimi: ut per eum ibi latius. Et hoc est quod dicere uoluit iurisconsul. in l. munerum. §. mista. ff. de mune. & hono. ibi, Herennius Modestius & notando & disputãdo bene & optima rõne decreuit.

Coloritæ.

Disputationis utilitas.

DOCVMENTVM NONVM.

[Dispu tare qdl3.] Ibi consulo, ut si disputaturus in corona fueris, nunquam temerarie illud onus suscipias, respondendi de singulis, de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius lib viij, cap. antepenul. commendet Gorgiam Leontinum, ætatis suæ cunctos præstantem: eo quod primus in conuentu ausus sit poscere, qua de re quisque audire uellet: & ideo ei (ut idem dicit) uniuersa Græcia in templo Delphici Apollinis solido ex auro statuam posuit: cum cæterorum ad id tempus auratas collocasset: beatus tamen Hieronymus in opusculo contra Ioann. episcopum Hierosol. Origenis scilicet assertorem, sic inquit: Gorgiam Leontinum cuncti philosophi & oratores lacerant, quòd ausus sit publice sella posita polliceri, responsurum se de qua quisque re interrogare uoluisset. [Gorgias Leontinus] Sed de nouissimis agamus. Tempore quo illustris do. Bald. de Perusio legebat Papiæ, quidam do. Philippus de Rhegio, qui fuerat doctior omnium fere illorum doctorum Papiensium, & apud eos erat maxime auctoritatis, cum mult s annis postea legisset Paduæ, rediens Papiam in principio sui aduentus publice pollicitus est, se uelle respondere de quolibet in materia ultimarum uoluntatum. [Bald. reprehēdit quēdā leguleium.] Do. Bald. ibi præsens interrogauit eum dicens: Vbi habemus nos, quod substitutio uulgaris facta in legato, nō cōprehēdat nisi casum, Si uoluerit & facta in hæreditate, cōprehēdit casus, Si noluerit, uel nō potuerit: ut l. cū proponas. C. de hæredi. instituen. Breuiter ille do. Philippus obmutuit: & Baldus tunc aperuit librum, & legit text. legis, pater Seuerinam. ff. de condi. & demonstr. ubi erat casus secundum unam lectionem. unde illi cathedranti resultauit magna confusio. Hoc refert do. Paulus de castro in dicta l. pater Seuerinam. dicens: Caueas a talibus actibus præsumptuosis, quia solus Deus nouit omnia.

DOCVMENTVM DECIMVM.

Consulo scholari, quod in disputando solis textuum allegationibus inhæreat: non ut quidam inepti, aut inexperti faciunt, qui arguendo glos allegant, & Doctores, absque iurium allegatione: illo enim nihil apud Doctores ineptius. Contra istos exclamat glo. in l. sed licet. ff. de off. præsidis. Si uolueris apte arguere in forma legistis congruente: utaris argumentandi modis, quos edidit subtilis doctor Iacobus de Butr. uel illis, quos edidit Albericus de Rosate: uel illis, quos Bald inseruit in l. conuenticulam. C. de episco. & cleri. Si uero fueris responsalis, tunc ut facile declines omnia argumenta tibi facta, uideas Odofredum in proœmio. fforum in princ. & ibi Bald. qui mira quadam dexteritate instituit omnem argumentandi uim, altero de tribus modis posse repelli & declinari: scilicet per Aliter & aliter, per Aliud & aliud, & per Secundum quid, non simpliciter. Quod qualiter intelligat, & practice adaptandum sit, bellissime explicat ibi Bal. quē omnino uideas.

[Textũ allegã di.] [Argumētã di modus.] [Solutionis argumētorũ cautela.]

Hæc si seruaueris, optimus quoque iudiciorum tam athleta q̄ gubernator euades in omni æuo loco, que felix: ut dicit textus in dicto procemio. Horum. §. discipuli: facilius q̄ continget, si patriam propriam fueris egressus gratia studiorum: nã in propria patria multa diuertunt, ut dicit dominus Simon de Bursiano cardinalis mediolanen. in procemio Clemen. & si egredi decreueris, eligas locum ubi sint celebres Doctores, & ubi sit numerosa multitudo scholarium: prout erat Bononiæ tempore do. Azonis quo tempore ibi erant decẽ milia scholarium: ut refert Odoffr. in Auten. habita. C. ne filius pro patre, ubi refert quòd semel propter multitudinem magnam orta contentione inter scholares Lombardos & Thuscos, ciuitas illa fuit in magno periculo: nemo enim poterat coercere illos: & ut facilius coerceri possent, in futurum de concordia tunc renuntiarunt priuilegio iudicum: de quibus in dicta Autenti. & in criminialibus se submiserunt iurisdictioni Potestatis.

Studere ex patriã.

Bononiæ tempore Azonis erant decẽ millia scholarium.

Facio igitur finem. Quo ad præmissa, licet prædicta parua sint & talia quæ auribus & ingeniis uestris cultissimis tanquam puerilia (non dubito) & diminuta uidebuntur, aut fortasse non carentia rubore, cum & ego ipse alterius consilio in prædictis & aliis indubitanter indigeam: sed tamen syncere locutus sum, quasi mecum loquens. Vos diligentia uestra omnem sinisteritatẽ & ineptitudinem emendabitis, & in melius reformabitis: potissime cum omnia prædicta absque diligenti præmeditatione ediderim.

COMPILATIO IVRIS CIVILIS

VErum quia supra io tertio consilio dard dictum fuit, quo discipuli debent amare præceptores: ut habetur etiam apud Quintil. lib. 1. Institutionis oratoriæ ubi dicit: Discipulos moneo, ut præceptores suos non minus, quam ipsa studia ament: eosq; parentes existiment, non quidem corporum, sed mentium. Plurimum hæc pietas discipulis proderit: nã ita & libenter audient, & dictis credent, & similes fieri concupiscent. Sint læti & alacres in conuentu aliorum: emendati nõ irascantur: laudati gaudeant. Nam ut illorum officium est docere: sic horum præbere se dociles. Doctrina enim coalescere nequit, nisi sociata tradentis atq; accipientis concordia. Cum sim utilitatis uestræ auidus, & optẽ quod per uos iacta sint bona fundamenta, & ab origine causisq; primis intelligatis, ut dicitur in l. i. ff. de iust. & iu. uisum est in signum mei in uos animi aliqua præmittere acuentia ingenium, quæ non reperietis alibi tradita, & paucis sunt nota: & quæ ignorare, est lata culpa, scire autem plurimum affert decoris: ne illotis manibus templum sacratissimum iustitiæ opus C. & ff. ingrediamini: ut in l. i. ff. de ori. iur. iuncta. l. ij. §. has itaq;. C. de ue. iu. enu. Videamus ergo quæ sit causa efficiens, materialis, & finalis libri C. & ff. in hac scientia legali. Quidam (ut Azo) dixere, quod causa efficiens libri C. est Iustinianus

Discipuli amẽt præceptores.

Cã efficiẽs iuris.

imperator: alii dixerunt, quod fuit ipse Deus, cuius minister fuit Iustianus & hoc not. in Auten. de hær. & fal. in rubr. hoc probari uidetur ex eo, quia lex est, inuentio & donum Dei. l. ij. ff. de legibus. Item leges fuere per ora principũ diuinitus promulgatæ: ut l. ij. C. de ue. iu. enuc. & l. fin. C. de prescrip. lõgi tẽp. & hoc tenebat antiquus doct. Iac. de Ranignei Lotharingus. Glossator uester Accursius breuiter se expediuit, dicẽs una cũ Azone, quod causa efficiẽs fuit Imperator Iustinianus: ut no. in rub ff. de iureiur. Tertij quidã nitunt cõciliare, dicẽtes ꝙ causa efficiens potest considerari tripliciter: scilicet proxima, remota, & magis remota. Cã efficiens proxima ꝑmi uoluminis C. Iustiniani fuerunt illi decem illustres compilatores, qui numerantur in prima & secũda constitutione Codicis. s. Ioãnes Leõtius, Phocas, Basilides Thomas Tribunianus, Constantinus, Theophilus, Dioscorus, & Præsentinus. Isti commissione domini Iustiniani compilauerũt primũ. C. Iustinianũ. cõmissio eis data p3 in prima ꝯstitutiõe C. Cõfirmatio uero dicti C. ab illis compilati patet in secunda constitutione illius uoluminis. Causa efficiens proxima C. emendati, id est, codicis repetitæ prelectionis, quem hodie habemus, fuerunt quinq; illustres uiri ab eodem Iustiniano electi: scilicet Tribunianus, Dorotheus, Menna, Constãtinus, & Ioannes: ut patet in constitutione quæ incipit, cordi. C. de emen. Iustin. cod. Causa efficiens remota fuit Iustinianus imperator, cuius auctoritate compilatio facta fuit: & qui post compilationem confirmauit: ut patet in d. prima constitutione, & secunda & tertia. & in l. ij. constit. omnia enim. C. de uete. iur. enu. Iste Iustianus ĩperator fuit xiiii. in Oriente. Cucurrerũt ab urbe condita usq; ad tempora sui imperii, secundum computationem quam puto ueriorem, mille & quadringẽti pene anni: ut exprimitur in l. i. §. cunq; hæc materia. & l. ii. in prin. uersi. erat enim mirabile. C. de uete. iu. enu. Ab urbe uero condita usq; ad aduentum Christi cucurrerunt anni septingenti quinquaginta: ut patet in chronicis quas ueriores puto. Ab aduentu uero Christi usq; ad tempora imperii Iustiani prædicti cucurrerunt anni sexcenti quadraginta septem uel circa. Assumpsit imperium præfatus Iustini. die 1. Aprilis, anno domini nostri IESV Christi DC.XLVII. indictione v. ut ꝓbatur in Auten. ut præpo. nomen imp. §. si qua uero. & ibi notatur, iuncta data, de qua in ij. & iij. constit. C. & l. ij. de uet. iu. enu. si recte inspicianť. Imperauit autem annis XXXIX. fuit iste Iustinianus positus in catalogo sanctorum, ut refert Bartol. in. i. rubric. C. & in prooemio ff. uete. super prima rubric. Cæterum insignis doct. do. Ioann. Fabri Aquitanicus super rubr. procemii Institutio. dicit se uidisse nomen Iustiniani scriptum in catalogo sanctorum calendis Aug. Gennadius etiam qui prosecutus fuit libellum Hieron. de uiris illustribus ecclesiasticis, ponit Iustin. inter illos. Quod ad sacras leges attinet, notandum quod Iustin. imperator in primordio sui imperii cõmisit præfatis decẽ illustribus uiris ut uisis antiquis codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, & multis cõstitutionibus extra-

Triplex cã efficiens.

Decẽ cõpilatores Codicis.

Iustinian⁹.

Iustinian⁹ imperiũ assumpsit.

Iustinianus sanctus.

Decẽ cõpilatores Codicis.

uagantibus a Theodosio imperatore & successoribus factis, nouum codicem Iustinianum ederent. & hoc patet in j.constit.C.sub rubr de nouo codi.facien.& colligitur ex constitutione iij.quæ incipit,cordi.ibi, primordio nostro.Supradicti decem illustres compilatores Codi.Iustin.ediderunt illum anno iii.imperii domini Iusti.tempore consulatus Decii:anno domini nostri IESV Christi DC.XLIX.indictione vii. Et eo anno v.Idus Aprilis,id est, nona die Aprilis dominus Iustin.illum codicem confirmauit:ut probatur in ti.C.de Iusti.co.confirman.in fi.constitutionis ibi posito.iunctis his quæ præmissa sunt.Post hæc Iustinianus imperator uertens animum ad enucleãda infinita & immensa prudentiæ ueteris uolumina,commisit sex illustribus uiris, uidelicet Tribuniano, Constantino,Theophilo, Dorotheo Anatolio & Cratino, ut una cum aliis decem doctissimis uiris excellentissimis causarum patronis apud partes Orientales,v3 Stephano,Mena,Prodocio, Eutolino,Timotheo, Leonide, Leontio,Platone,Iacobo, Cõstantino& Ioanne.legerent immensa prudentiæ ueteris uolumina,& sub compendio redigerent in unum Codicẽ, distinguendum in quinquaginta libros,omnem Romanam sanctionẽ continentes.quæ ab urbe condita & a Romuleis descendit temporibus iam confusam per tanti temporis lapsu3:& tot ueterũ dispsa uolumina uno codice indita oñderẽt:fuitq; his data a Iustiniano amplissima auctoritas corrigẽdi:ac diminuẽdi ut probat in l i.C.de uet.iur.enu. Tandem iste Tribunianus magister huius operis legitimi una cum aliis sexdecim prænominatis compilarunt,& enuclearunt ex immensis patrum uoluminibus Pandectas & Digesta:ve3 qn quaginta libros fforũ quos habemus quod opus uelut sacratissimũ templũ consecratum do. Iustin. approbauit & cõfirmauit anno viii.sui imperii & iii.consulatus sui:anno domini DC.LIIII. indictione xii. tertio calen.Ianuarii id est, penult.die decẽbris ut ipse Iustinianus attestatur in l.ij.C. de uet iu.enu.col. ult.§ leges autem.Hic est notandum,quod ideo semper Tribunianus præfuit ut magister legitimo operi prædicto, tum quia ultra legum peritiam experientia rerum decoratus erat: tum quia antiquæ sapientiæ librorum copiã ipse maxime præbuit:in quibus multi fuerunt etiam ipsis eruditissimis hominibus incogniti:ut dicit text. in d.l.ij.§.in præsenti autem. Estque hic singulariter aduertendum ad unum, quod dicta antiquitas commentatorum iuris nostri ignorauit, quod continebat dicta ueterum immensa uolumina pene tricies centena millia uersuu3:& duo millia librorũ: ut d.l.ij.& i procemio Institutionu3 & ff.ueteris.Digesta noua quæ hodie habemus iuris enucleati, continent pene CLV.millia uersuum & L.libros ut d.l.ij.& in aliis locis prælleg.Vellent scire quidam hoc dictum. Accursius glossator,qui omne uerbum fforum glossauit:illud exponit, Versuũ, id est,legum,seu paragraphorũ,aut responsorum quasi senserit, quod hodie digesta quæ habemus, contineãt CL.millia legum uel paragraphorũ, uel responsorum. Aduerte, quia Accursius noster,qui affirmauit se suc-

Marginalia: Quo tpe. C.cõpilat' est. — Liber ff.cõpilati Noĩa cõpilatoꝵ ff. — Quid significet numeros uersuum in legibus

currisse tenebris iuris ciuilis: ut dicit in l.facta.§.si in danda.ff.ad treb.in hoc passu adduxit tenebras, hoc tibi demonstrabo ad oculum. Volui alias numerare omnes leges, ffcorum, quas habemus uidelicet ff.ueteris, Inforciati, & ff.noui. Comperi quod in ff.ueteri sunt duo millia noningentæ decem & octo. In Inforciato sunt duomilliaducentæ triginta quatuor. In Digesto nouo, duo millia nongentæ octoginta tres. Et in summa leges ffcorum, uidelicet omnium quinquaginta librorum sunt octo millia cxxxv. Vnde patet manifestissime, quod Accur.noster in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incaute glossam super hoc faciens. Cogitabam alias, quod exponi debuisset Versuum, id est, linearum: feci periculum per numerum linearum ff. ueteris, Inforciati, & ff.noui reperi hoc eē uerissimum. Nam secundū cōputū meorum textuum reperi ff.uetus constare ex quinquagita milibus uersuum, id est, linearū. Inforciatum constare ex xxxix.millibus & quingentis uiginti lineis. ff.uero nouum ex xl I I I I.millibus linearum. Vnde in summa oēs quinquaginta, ffcorum libri constant secundum uolumina mea ex centum uigintinouem millibus uersuum, id est, linearum, & quingentis uiginti.

Nu-
me-
rus
legum.

Opinor, quod si quis computaret numerum linearum pandectarum quæ sunt Florentiæ, quod facile fieret per numerationem quinternorum, & numerū chartarū: & per lineas unius lateris inueniret illas cōstare ex centū quinquaginta pene millibus uersuum, id est, linearum: & ad hoc neminem reperi ante hæc aduertisse. Sed accuratius inuestigando quæro a te, Quid uult dicere tex.dum dicit, quod olim erant tricies centena millia uersuum: hodie uero centum quinquaginta? Dicere fortasse, quod olim erant tercētena, id est, trecēta, millia uersuum, hodie uero centumquinquaginta. Cogita quid dicas: nam cum olim essent duo millia librorum, hodie uero quinquaginta libri, & sic fit quadragesima pars respectiue ad computum librorum: ergo respectiue ad numerum uersuum erit dimidia pars: & ideo exponet tricies, id est, trigesies, sicut uicies, id est, uigesies. nam sciendū quod omnia quæ sunt supra centum syncopātur: ut terceni, id est, tercētū duceni, id est, ducenti. quadrageni, id est, quadringenti. infra centum uero non syncopantur: ut quinquies. septies decies, centies, ducenties, tricenties, millies, decies millies, uicies millies, & ita deinceps. Cæterum ita reperi exposita illa uerba Tricies & Vicies a Prisciano in opusculo de numeris Similiter exponit eloquentissimus uir Laurentius Valentin. Romanus in lib. I I I.de Elegant.linguæ Latinæ, sub rubr. de numeris. Olim ergo erant tricies centena milia uersuum, hodie centum quinquaginta millia. & consequenter ex xx.partibus una est compendium ffcorum, quæ habemus quod ad linearum numerum. quod singulariter notabis: quia non reperi hoc expositum ab aliquo Iurista: de quo plurimum miror. His incidenter intermistis: quæ non sunt extra rem, sed ex re, ut not. in l.i. super uerbo, bene. ff. si cert. peta. Respondeo ad rem, & dico, quod Iustinianus cum edidisset Codicem Iustinianum, & deinde Digesta,

Tri-
cies
cen-
tena
millia
uer-
suum.

ut prædixi, componi fecit institu-tiones quas habemus, a Tribuniano. Theophilo, & Dorotheo, ex institu-tionibus ueterum, & commisit inse-ri in illo libro Institutionum ea, quæ per constitutiones Iustiniani emen-data essent: & ita factum est. Fuit au-tem consummata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis: ut d. l. ij. §. omnia igitur. Post hæc ad unum aduertens Iustin. quod anno. i i i. sui im perii ediderat Codicem, & demum Digesta & Institutiones anno viij. sui imperii, ut prædictum est: eundem Codicem, quem fecerat primo com poni a decem illustribus uiris præ-nominatis, fecit relegi, & iterum edi dit propter aliquas cõstitutiones de nouo factas super quinquaginta De-cisiones quas iussit inseri. Et hanc se-cundam editionem. C. quæ dicitur repetita prælectio, commisit quinque illustribus uiris, uidelicet Tribunia-no. Dorotheo, Menæ, Constantino, & Ioanni & facta fuit dicta secunda editio, id est, Codex emẽdatus domi ni Iustini. repetitæ prælectionis quẽ habemus: item cõfirmatus a Iustin. prædicto imperii sui anno. x. & tem pore sui quarti consulatus, & etiam Paulini: anno domini D C L V I. indi ctione xiiij. quarto calen. Ianuarii, id est, xxviii. die Decembris: ut proba tur C. de emendando Iusti. cod in cõ stitutione, cordi. iunctis premissis. Et hunc. C. iussit appellari Codicem do mini Iustiniani repetitæ prælectio nis: ut in dic constitutione. cordi. Et ita dicta est prima rubri. C. Ideo au tem dicitur Codex repetitæ præle ctionis: nam apud ueteres, quando post primam editionem fiebat secun da editio, appellabatur a ueteribus, Repetita prælectio: ut colligitur ex li bris Vlpiani ad Sabinum: & exprimi tur in dicta constitutione, cordi uer si. in antiquis etenim. Et ideo dicitur Repetitæ prælectionis, id est, secũdæ editionis, quia præcedens lectio, id est, prima editio fuit repetita. Prote status etiam fuit Iustinianus, quod si postea nouas constitutiones ipsum facere contingeret, illas congregabit in libro qui appellabitur liber Nouel larum constitutionum: ut patet in eadem constitutione uersiculo, hoc etenim. Suadente postea uaria rerum natura, Iustinianus multas constitu tiones nouas fecit, numero centum uel circa: quas hodie insertas habemus in lib. Autẽt. quæ factæ fuerunt ab eo (ut opinor) anno. xi. sui imperii: anno domini Dclvii. indictione. xv. ut colligitur ex textu in Authenti. ut præpo. nomen imper. §. si qua uero. iunctis aliis præmissis Hic notandũ, quod ex eo quod imperator (ut pauloante dicebatur) dixerat, quod appellaret li brum Nouellarum constitutio, scili cet quem postea ederet: quod Irne rius dicebat librum Autent. quem habemus, non fuisse Iustiniani: quia non appellatur Nouellarum, sed Au tent. adducebat Irnerius rationes, quas ponit glo. in d. constitutione, cordi. super uerbo congregationes. & idem dicebat Placentinus, ut refert Bal in. l humanum. C. de legi. Ioan nes uero antiquus glossator dicebat contrarium, per tex. in d. constitu-tione, cordi. scilicet, quod liber Au-tent eorum fuit Iustiniani: & cum hoc transire uidetur glos. ibi & in dicta l. humanum. Et ita tenendum proculdubio patet ex suprascriptioni bus cuiusque tituli, & ex data in mul

Institutiones. Codex emendatus. Codex repetitæ prælect. Liber autẽt. Nouellæ cõstitutiões.

tis titulis. & nominat ipsum in titulo, ut præponatur nomen imperatoris & in titul. ut iudices sine quo q̃ suffragio. & in titulo, iusiurandum quod præstatur ab his', & miror, quòd de hoc aliquis unquam dubitauerit Ratio tamen dubitandi. Potuit oriri ex eo, quia fertur reperiri quendam librum, qui dicitur liber Nouellarum, quem dicunt continere easdem constitutiones, quas continet lib. Auten. licet. in aliquibus sit uarians de quo lib. Nouellarum mentionem facit gloss. in Auten. hoc amplius. C. de fideicommis. & doc. in Autẽ. res quæ. C. communia de lega: unde egregius cõmentator Albericus de Rosate Bergomensis, quem refert do. Raphael ful. in Autent. hoc amplius. C. de fideicommiss. dicit quod liber Autent. quem habemus, excerptus sit ex libro Nouellarum, ut compendiosior fieret. Vnde dicit, quod liber Nouellarum erat multum prolixus: dicit do. Raphael, se nunquam uidisse dictum librum Nouellarum. do. Paul. de Cast. in dicta Auten. hoc amplius dicit, quod liber Nouellarũ fuit extractus de libro Autenticorum

Albericus.

Per breuiora uerba, & magis apta Item do. Paulus in d. Auten. res quæ. dicit non esse standum illi textui. Nouellarum quando textui Autentico/rum contradicit: quia de fide illius operis dubitatur. Bal. etiam in d. autent. hoc amplius. dicit, quod præualet textus Autenticorum, eo quod ille liber Nouella. non legit in scholis. Sed ibi reliquit nos incertos, qs liber corrigat aliũ: uel liber Nouel. uel liber Autẽt. Ego semp credidi, & semp credã (donec constet de contario) qđ liber Nouel. tanquam de cuius fide dubitatur, & qui p studia uniuersalia non uersatur, sit respuendus, & quod liber Autent. sit liber constitutionũ à Iustiniano editus, & ideo illum glossauit Accursius, & etiam super illo fecit, summam Ioan. Basianus Cremonẽ. & Azo, & illũ studia recepeũt & plerique illustres cõmẽtatores cõmẽtauerũt, ut Iacobus de Beluiso, Bartol. & Angel. nec obstat. l. humanum. C. de leg. nam illa lex fuit imperatoris Valentini, non Iustiniani, ut patet ex suprascriptione: ideo glo. ibi somniauit. Nec curandum de uarietate stili: quia non ipse, sed illi quibus committebat, componebant, qui erant alii ab ipsis præmissis compositoribus Codicis. Adde prædictis, q. od egregius doctor Odofr. in Autentic. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. sic ait: Vnum sciatis quod Autenticum, quod fuit compositum a Iustiniano habet nouem collationes. Postea quando uenit Fredericus minor, misit has constitutiones ad ciuitatem istam, scilicet Bono. ut Doctores legũ adaptarẽt eas singulis legibus sub congruentibus titulis. Doctores conuenerũt in sancto Petro. & aptauerunt postea quid fecerũt? Dominus Vgol. post nonam collationem posuit librum Feudorum, & omnes cõstitut. Frederici antiqui, & minoris, & alias quas leges Corrardi imperatoris, & uocatur Decima collatio: sed pauci sunt qui habeant ita ordinatum in libris suis. Odofredus hæc refert, & eũ sequitur Bald. in præludiis Feud. in uersi. porro. Aduertant ignorantes præsumptuosi, ne mordeant sibi labia reprehensores ueritatis: quia ego uidi Odofre. ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, q ante Autenticas

Autẽ. adaptatæ ad. C.

Decima col.

quæ sunt insertæ in C.solet esse scriptum, Con.no.id est, constitutio noua. Patet ergo ex prædictis, quo tempore fuerit factus lib. Autent. & qualiter fuit factus a Iustiano. Itē Autēt. quæ sunt in C. fuerunt insertæ de mandato Frederici secundi qui regnabat anno domini Mccxv. tempore Honorii tertii: item & tempore Gregorii noni: qui Greg. ix. decessit anno domini Mccxli. de mense Iulii. & deinde regnauit ipse Inno. iiij. qui fuit assumptus anno domini Mccxliiij. die j. mensis Iulii. ut attestatur Roffredus in libellis iuris canon. in titul. ne sede uacāte. & Ioan. Andr. eod. titulo. in additio. Iste Inno. iiij. Fredericum Ecclesiam persequentem deposuit, & imperiali dignitate priuauit anno domini Mccxliiij. in concilio Lugdunensi: de qua depositione habet in c. ad apostolicæ. de re iudi. lib. vi. Et etiam notandum, quod cum bella fuissent inter imperium, & quasdam ciuitates Lombardiæ tēpore Henrici vi. & deinde Frederici secundi minoris: iste Fredericus secundus fecit pacem cum dictis Lombardis ciuitate Constantiæ: quæ pacis capitula habentur pro lege, & allegantur a Doctoribus in l imperium. ff de iurisdi. om. iudi. & alibi Bald. super dicta pace in uer. uolumus, dicit ipsum pro lege allegari & consueuit allegari hoc modo: ut in extrauaganti de pace Constantiæ: quam glossauit, & commentauit Odof. de/unde Bald. etiam solenniter commentauit, reperto in archiuo Bononiensi apparere dictā pacem registratam: & dicitur conclusam anno domini Mcclxxxiij. indictiōe prima. ann. xxij. sui imperii: regni uero anno xxxij. vij. calend. Iulii. Hæc ideo feci te scribere, quia Bald. in fin. dicti commenti dicit, illam pacem fuisse factam post depositionem Frederici, & tamen cōcludit pro lege debere seruari: ut ibi uidendum. Ista pax deberet esse situata in fine libri Feudorum post alias constitutiones eiusdem Frederici secūdi in illo libro insertas. Vidisti ꝙ liber Autē. est diuisus magistraliter in nouem Collationes: & postea superuenit liber Feudorum quem Decimā collationem uocamus: ut supra dicebat Odofre. & Bartol. & ponit Bart. super rubrica extrauagantis, ad reprimendum. Deinde factæ fuerunt constitutiones, ad reprimendum & constitutiones, quoniam nuper. ab Imperatore Henrico vij. anno domini Mccc viij. quas Bart. super rubri appellat Vndecimam collationem: & glossauit illas tēpore Caroli. iiii. seu Ludouici, cū fuisset donatus pluribus insignibus, & priuilegiis a præfato Henri. & dicta Bar. sup dictis extrauagātib⁹ puto maioris auctoritatis aliquibus aliis dictis eiusdem alibi: quia magis digeste edidit tanquam glossas Sed dicet aliquis, quomodo tibi constat de tempore approbationis Codicis, Digestorum Institutionum, & compilationis Autenticorum, & aliorum prædictorum: quo anno domini: quo anno imperii domini Iustiniani hæc acta sint. quo cōsulatu, & qua indictione? Respondeo, quod hæc collegi ex enumeratione annorum, ab urbe cōdita ad tēpora imperii Iustiniani Item ab urbe condita ad aduentum CHRISTI. Item ab aduentu CHRISTI ad tempora Iustiniani. Itē ex data quæ posita in secunda constitutione: &

[Margin notes: Con. no. — Fredericus secundus. — Greg. nonus — Inno. quartus — De pace Cōstantiæ facta. — Cōsti tu. ad repri/men/dum.]

in tertia constitutione uoluminis. C.& in l.ij. C.de ueter.iu enu.& ex tempore aperte posito in Autent.ut præponatur. & ex computatione chronicarum. Iterum dicet aliquis: Tu notas tempora Consulatus domini Iustiniani imperatoris: Si imperator, quomodo Consul? si Consul, quomodo Imperator? Respondeo, quòd Imperator aliquando assumebat sibi consulatum ut quidam extraneus: & hoc erat quando sibi placebat: ut est textus in Autenti. de consulibus. §. final. ibi, aduenit autem cum ipse annuerit trabea. & not. gloss. in proœmio ffo. rum in fin. gloss. Iterum dicet aliquis, Tu dicis, quòd Romana sanctio fuit triennio consumata: ut di cto. §. omni immo uidetur quòd quinque anni sunt lapsi: nam Codex primus fuit factus tertio anno Imperii Domini Iustiniani, liber uero digestorum, anno. VIII. ut supra est dictum Gloss. aduertens ad hæc in ij.constitution.C.§. fina. super uerbo, septimæ, dicit, quod aliqui opinantur quod duo anni fuerunt interpositi post compositionem primi Codicis ante inchoationem fforum, Alii uero opināntur, quod ímediate post ꝓpositionē C.fuerit inchoata compositio fforū & cum triennio consumata esset, biennio fuit supersessum antequam publicaretur. Huius rei non habetur certitudo. Credo ergo quod uoluminis causa magis remota fuit ipse Deus, a quo lex & omnis scientia: ut supra. dicebatur. sequeretur uidere, quæ fuerit causa materialis legalis sapientiæ. Azo super hoc in summ. C. in princi. multa uerba dicit acriter, & obscure loquens: ad cuius dicta in hoc omnes refugiunt: uerum quia aliqui mordent dicta Azonis, si uolueritis ista uidere, uidete per Bartol. in proœmio. ff. præsertim in lecturis antiquis, quæ dicuntur lecturæ Paduanæ. Videte etiam Bald. ibidem, & in. l. i. ff. de iust. & iu. & per Ioan. Fabri in proœmio Institut. Tertio uidendum esset, quæ sit causa formalis librorum iuris ciuilis. Doctores consueuerunt dicere, quòd duplex est causa formalis: nam ex parte tractatus est diuisio operis in libros, librorum, in titul. titulorum, in. ll. legum, in. §§. paragraphorum, in uersi. opus enim constitutionum impetialium, de quibus s. dictū est, in. xij. lib. digestū est, & ꝯclusum, ut dicit textus in. l. ij. in secunda col. uersic. omnia. C. de uet. iur. enu. Horum duodecim librorum nouem sunt inserti in uolumine Codicis, quem habemus. l.res reliqui sunt inserti in libro qui apppellatur Volumen. Constat autem totum ius Constitutionum, & Decisionum imperialium esse distinctum in dictos duodecim libros in rubricas cccxlviij. leges quatuor millia quingentas sexagintaduas. Codex uero quē habemus habz rubricas cccxxxj. leges uero tria millia, & sexcentas. viij. Illi uero tres libri Codicis, de quibus in Volumine, habent ccxxvij. rubricas: leges uero nongentas liiij. Digestum uetus habet rubr. clij. leges uero duo millia nongentas xxviij. Infortiatum habet rubric. cj. leges uero duo millia duccentas trigintaquatuor. Digestum nouum habet rubric. clxxij. leges uero duo

Causa mālis legū.

Causa mālis

TITVLI IVRIS

VTRIVSQVE, ORDINE ALPHABETICO DIGESTI NUMERO PAGINARUM, QUIBUS SINGULI CONTINENTUR, ADIECTO.

DIGESTI VETERIS.

A

INFORTIATI.

DIGESTI NOVI.

D

DIGESTI VETERIS.

INFORTIATI.

DIGESTI NOVI.

E

DIGESTI VETERIS.

DIGETI NOVI.

F

DIGESTI VETERIS.

INFORTIATI.

DIGISTI NOVI.

DIGESTI NOVI.

M

DIGESTI VETERIS.

INFORTIATI.

DIGESTI NOVI.

N

DIGESTI VETERIS.

DIGESTI NOVI.

O

DIGESTI VETERIS.

INFORTIATI.

DIGESTI NOVI.

T

DIGESTI VETERIS

INFORTIATI.

DIGESTI NOVI.

V

DIGESTI VETERIS.

INFORTIATI.

DIGESTI NOVI.

RVBRICAE NOVEM LIBRORVM CODICIS

T

V

Vsuris

R V B R I C AE
INSTITVTIONVM.

AVTENTICORVM RVBRICAE

RVBRICAE
TRIVM LIBRORVM CODICIS.

CONSVETVDINVM FEVDORVM.

DECRETALIUM

TITULI.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB.

Omnes sunt quaterniones.

Venetiis apud Hieronymum Scotum.

1547


IN TENEBRIS FVLGET
S S